

TOWARZYSTWO PRZYJACIOŁ NAUK W POZNANIU  
WYDZIAŁ TEOLOGICZNY.

---

WYDAWNICTWO SERIA I

POSZYT 2/3

**MATERYAŁY**

---

**VISITATIO GENERALIS  
DECANATUS POSNANIENSIS**

AUCTORITATE

ANTONII ONUPHRII

DE OKECIE

**OKECKI**

EPISCOPI POSNANIENSIS ET VARSAVIENSIS  
CONSUMMATA

PER **JOSEPHUM ŁODZIA ROGALIŃSKI**

ST. ET UID. DECANUM CATH. POSN.

DELEGATUM VISITATOREM

1781.



POZNAŃ.

NAKŁADEM WYDZIAŁU TEOLOGICZNEGO.

CZCIONKAMI DRUKARNI „PRACY” W POZNANIU.

1918.



Z księgozbioru  
Tadeusza Lalika

TOWARZYSTWO PRZYJACIÓŁ NAUK W POZNANIU  
WYDZIAŁ TEOLOGICZNY.

WYDAWNICTW SERYA I

POSZYT 23

MATERIAŁY

VISITATIO GENERALIS  
DECANATUS POSNANIENSIS

AUCTORITATE  
ANTONII ONUPHRII  
DE OKECIE

OKECKI

EPISCOPI POSNANIENSIS ET VARSAVIENSIS  
CONSUMMATA

PER JOSEPHUM ŁODZIA ROGALIŃSKI

ST. ET UID. DECANUM CATH. POSN.

DELEGATUM VISITATOREM

1781.



Biblioteka Instytutu  
Archeologii i Etnologii PAN



0016644

POZNAŃ.  
NAKŁADEM WYDZIAŁU TEOLOGICZNEGO.

CZCIONKAMI DRUKARNI „PRACY“ W POZNANIU.

1918.

*Ł. Rutjark*





I 15.603

200-5-01 k.

<http://rcin.org.pl>

14460



# Visitatio generalis Decanatus Posnaniensis

auctoritate nuper pie defuncti pastoris

**inchoata**

demum pari auctoritate Illustrissimi Excellentissimi  
et Reverendissimi

**Antonii Onuphrii de Okęcie Okęcki**

Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Posnaniensis et Varsaviensis  
supremi Regni Cancellarii Equitis ordinum aquilae albae  
et s. Stanislai

**Consummata**

Per Josephum Łodzia Rogalski S. Th. et. U. J. Doctorem Decanum  
Cathedralem Posnaniensem in Archidiaconatu Sremensi  
et per decanatum Posnaniensem specialiter delegatum Visitatorem  
generalem Anno, quo visitavit nos Oriens ex alto  
1781.

---

Ponam visitationem tuam pacem et praepositos tuos iustitiam.  
Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas et contritio  
in terminis tuis, et occupabit salus muros tuos et portas  
tuas laudatio (Is. LX, 17. 18.)

---









**Andreas Stanislaus Kostka Młodziejowski Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Posnaniensis et Varsaviensis Supremus Regni Cancellarius Ordinum aquilae albae et S. Stanislai Eques.**

Perillustri Reverendissimo Josepho Rogalinski, coadiutori archidiacono Szremensi, fratri nostro carissimo, salutem in Domino. Cum ad perficiendum salubre opus Visitationis generalis dioecesis nostrae desit, ut ecclesiae in decanatu Posnaniensi sitae visitentur, Fraternitatem tuam, cuius vel in recenti etiam visitatione ecclesiarum eidem ad visitandum commissarum scientiam ac prudentiam optime experti sumus, ad hocce opus perficiendum assumendam esse duximus, uti quidem assumimus eique Visitationem omnium et singularum ecclesiarum praedicti decanatus Posnan., BMV. in Summo, s. Magdalenae, s. Nicolai, s. Martini, s. Adalberti, s. Joannis Hierosolymitani, s. Margarethae, s. Rochi et Głuszynensis committimus, requirentes, quatenus visis receptisque praesentibus literis nostris ad earundem executionem condescendat praemissisque literis innotescentialibus pro solito per praefatas ecclesias publicandis ac assumpto notario sibi bene viso servataque forma visitationis a ss. canonibus et constitutionibus provincialibus praescripta nec non consuetudine in hac provincia recepta Visitationem tam internam quam externam, realem et personalem ecclesiarum praefati decanatus exerceat et exequatur, decreta reformationis iuxta exigentiam status ecclesiarum, personarum et rerum in scriptis relinquat omniaque et singula circa Visitationem rite faciendam de iure et consuetudine necessaria et opportuna expediat ac post peractam huiusmodi Visitationem Fraternitati tuae commissam actum visitationis per se expediendae ad nos deferri curet. Nos enim, quo salubrius et utilius Fraternitas tua munus suum exequi possit, plenam eidem in praemissis omnibus impertimur facultatem praesentibus literis nostris pro hac dumtaxat vice valituris.



Commendamus uno eodemque praesentium literarum contextu omnibus et singulis Illustribus Adm. Reverendis praepositis, curatis ac universo clero decanatus Posnan., ut Perill. Rmum Josephum Rogalinski, coadiutorem archidiaconum Sremen., in Visitatorem a nobis pro hac vice constitutum recipiant eumque pro tali habeant et recognoscant. Per easdem praesentes literas visitoribus ordinariis ius visitationis ordinariae habentibus nullatenus derogamus, quinimo illorum iura salva relinquimus et in suo robore conservamus. In quorum fidem praesentes manu propria subscriptas sigillo nostro communiri iussimus. Datum Varsaviae d. 1. Febr. 1779.

Andr. Stanislaus Episcopus.

(sig.)

Ign. Bojakowski C. E. R.

Joseph Łodzia de Zwonowo Rogalinski, S. Th. et U. J. Doctor, in ecclesia Cath. Posnan. coadiutor archidiaconus Sremensis, praepositus Vschovens, rector Universitatis studiorum Maioris Poloniae, auctoritate Jll. Excell. ac. Rev. D. D. Lociordinarii feliciter hanc dioecesim gubernantis in archidiaconatu Sremensi et per decanatum Posnaniensem specialiter

delegatus Visitor.

Universis et singulis Perill., Illustr., Adm. Rev. Vener. Honorandisque viris praelatis, decano foraneo, canonicis collegiarum, praepositis, parochis, commendariis, vicariis, mansionariis, altaristis, psalteristis, praebendariis, capellanis et aliis quibusvis presbyteris, clericis per et intra decanatum Posnan. existentibus, tum locorum piorum, confraternitatum ac hospitalium cuiusvis generis curatoribus, praefectis, administratoribus, provisoribus, oeconomis aliisque locum eorum tenentibus, nec non Honorandis viris scholiregis, organariis, cantoribus, campanatoribus et generaliter universis personis ad regimen et obsequia ecclesiarum quomodolibet pertinentibus, nobis in Christo dilectis, salutem in Domino et nostrae observantiae studium. Dudum vobis innotuisse credimus Illustr. Excell. ac. Rev. D. Andream Stanislaum Kostka Młodziejowski, Dei et Apost. Sedis gratia episcopum Posnan. et Varsavien., Supremum Regni cancellarium, ordinum aquilae albae et s. Stanislai equitem, integritati ecclesiarum suae iurisdictioni ordinariae subiectarum pro officii sui pastoralis munere salubriter providere cupientem, ad ea paternum suum animum convertisse, quae earundem bono regimini, tum disciplinae ecclesiasticae manutenendae et conservandae sive restituendae pro zelo



et solertia sua opportune noverat expedire. Cum proinde salutare Visitationis remedium a sacris canonibus et Concilio Tridentino praescriptum ac summopere commendatum per calamitatem temporum a longo tempore in hac sua dioecesi doleret intermissum, tandem pacatis aliquantum patriae rebus generalem Visitationem totius dioeceseos literis suis pastoralibus d. 5 Martii a. 1777 Varsaviae editis intimavit ac publicari fecit. Cum vero per gravissima munia, quae in hac Republica laudabiliter gerit, ipse per se (ut vellet) omnes ecclesias visitare nequeat, et quo celerius opus hocce salutare conficiat, illud inter viros a sua prudentia delectos distribuere voluit. In quorum numero dum et tenuitatem nostram eo inspirante, qui infirma mundi eligit, in partem huius laboris vocare dignatus est et pro officio, quod gerimus coadiutoris archidiaconi Sremensis, primum Visitationem decanatum Sremen., Borcen., Neomesten. et Costensis speciali suo instrumento Varsaviae 10. Maii a. 1777 in personam nostram edito plene committere voluit. Qua Deo auspicante et adiuvente iam anno elapso in martio per nos feliciter terminata nunc iterum recenti instrumento Varsaviae 1. Febr. anni currentis edito Visitationem totius decanatus Posnan. imparibus licet humeris nostris imposuit. Nos itaque eiusmodi magni sane momenti muneri nobis imposito quam primum licet satisfacere volentes atque pastoralis zelo Jll. Lociordinarii pro virium nostrarum imbecillitate, quantum in Domino possumus, cooperari cupientes, ad Dei O. M. gloriam et ecclesiae ipsius emolumentum servanda forma Visitationis a sacris canonibus et constitutionibus provincialibus praescripta et consuetudine in hac provincia recepta, tum etiam seorsiva ab Jll. Lociordinario nobis transmissa ac manu eius subscripta Varsaviae 19. Maii a. 1777 instructione, nec non ad articulos ab eodem ibidem 5. Martii anni eiusdem editos, qui in Visitatione generali examinabuntur, vobis autem iam pridem via cursoria transmissos exigenda informatione, Visitationem generalem internam et externam, realem atque personalem ecclesiarum omnium in decanatu Posnan. atque locorum piorum, quocunque nomine censeantur deque iure vel consuetudine Visitationi ordinariae subsint, die 13. mensis Aprilis anni currentis aggredi Spiritus sancti gratia adiuvente decrevimus, quam praesentibus literis indicimus et intimamus, illam ab ecclesia collegiata BMV. in Summo dicta die inchoaturi et successive per reliquas ecclesias Posnanienses continuaturi. Monemus itaque omnes et singulos supra nominatos et alios, quorum in-



terest aut interesse poterit, ut coram nobis die et tempore illo, quo singulas eorum ecclesias locaque per nos visitabimus, praesentes compareant ibidemque sacrorum ordinum et beneficiorum suorum titulos superque eorum pluralitate dispensationes, literas approbationum ad excipiendas confessiones Sacramentales, erectionum, ordinationum, indulgentiarum, confraternitatum, privilegiorum, inscriptionum, statutorum, obligationum, proventus omnes et singulos, tum ipsarum ecclesiarum, altarium, capellarum, hospitalium, fraternitatum, quam etiam suorum praepositorum, scholiregarum, cantorum, organariorum, campanatorum, nec non quantitatem et qualitatem agrorum et situm eorundem, prata, hortos, pomaria, areas, stagna, piscinas, silvas, molendina, missalia, decimas, inscriptiones sive earundem approbationes, inventaria bonorum mobilium et immobilium ad cultum, apparatus et ornatum ecclesiasticum commoditatemque parochorum, fideliter et exacte iam prius descripta, nec non libros Metrices baptisatorum, copulatorum et mortuorum, tum quoque registra perceptarum, legatorum et expensarum pro ecclesia, aliaque iura et documenta ac scripta ad informationem de statu ecclesiae et dote eiusdem quomodolibet necessaria, nec non visitationes anteriores suarum ecclesiarum ac alia omnia cum memoratis articulis separatis sibi iam tempestive transmissis comprehensa, tum cetera de iure et praxi antiqua necessaria et opportuna in promptu habeant et nobis ad verificandum exhibeant. Invitamus praeterea et amice requirimus omnes et singulos ecclesiarum patronos, collatores et alios parochianos, ut nostrae cuiusque ecclesiae Visitationi adesse personaliter dignentur, et si quidpiam ad cultum divinum, animarum salutem, vitam et mores suorum parochorum rite componendos opportunum in Domino iudicaverint, nobis per se vel per suos delegatos verbo vel scripto proferant. Ut autem praesentes hae nostrae literae ad omnium notitiam perveniant, volumus et hortamur, ut Illustris Rev. decanus foraneus Posnaniae cursoria easdem quam citissime ad omnes ecclesias transmittat et ecclesiarum rectores easdem ad valvas templorum affigi et populo ad divina congregato die festo e suggestu publicari curent. Sive autem in Visitationis nostrae termino ii quorum interest comparuerint sive non, nos nihilominus absentia illorum minime obstante ad ea, quae muneris nostri, iuris et iustitiae fuerint, procedemus. In quorum fidem praesentes literas manu nostra subscriptas sigillo nostro communiri fecimus. Datum Posnaniae, die 28. mensis Februarii a. 1779.

Joseph Rogalinski visitator mp. (sig.) Literae innotescentiales.



Decanatus Posnaniensis continet has ecclesias:

Ecclesiam collegiatam BMV. in Summo.  
 Ecclesiam collegiatam ac parochialem D. M. Magdalenae.  
 Ecclesiam collegiatam ac parochialem s. Nicolai.  
 Ecclesiam parochialem s. Martini.  
 Ecclesiam parochialem s. Adalberti.  
 Ecclesiam parochialem s. Joannis Hierosolymitani.  
 Ecclesiam parochialem s. Margarethae.  
 Ecclesiam parochialem s. Rochi.  
 Ecclesiam parochialem Głuszynensem.

#### Hospitalia et loca pia:

Hospitale s. Gertrudis.  
 Hospitale s. Spiritus.  
 Hospitale s. Nicolai.  
 Hospitale saecularium ad s. Laurentium et ecclesiam.  
 Hospitale pauperum sacerdotum ibidem.  
 Hospitale s. Margarethae.  
 Hospitale s. Crucis et ecclesiam.  
 Hospitale s. Lazari et ecclesiam.  
 Cistam Chirurgorum.  
 Communitatem quinque viduarum nobilium.  
 Communitatem septem viduarum civilium.  
 Fraternitatem pii montis.  
 Ecclesiam omnium Sanctorum.  
 Ecclesiam s. Leonardi.  
 Ecclesiam s. Barbarae et s. Sebastiani.

#### **Visitatio Ecclesiae Collegiatae Posnan. BMV.**

in Summo dictae anno D. 1779 die 13. Aprilis  
 expedita.

1. Visitaciones anteriores huius ecclesiae habentur duae: Nicolai Zalasowski, archid. Posn. de a. 1695 et Francisci Libowicz de a. 1727.

2. Primaria haec ecclesia collegiata decanatus Posn est de muro solido constructa in formam antiquissimam, figurae partim ovalis, partim quadratae. De primo fundatore ipsius nihil certi habetur.

3. Erectio primaria huius ecclesiae non habetur. Colligitur tamen ex actis Consist. Posn. de a. 1433 die 10. Martii fuisse ibidem praebendas, prout etiam act. terrestr. Posn. de



a. 1433 deducitur. Tandem circa a. 1444 per olim Andr. de Brin eppum restauratio huius ecclae facta est cum erectione custodiae et quatuor canonicatum, prout inscriptio super armarium bibliothecae huius ecclae hodieum prostans edocet.

4. Non est parochialis, sed quaelibet praelatura et canonicatus ad diversos patronos spectant habentes ius collationis, prout dicitur infra.

5. Est consecrata, prout signa visibilia in parietibus et dies anniversaria dedicationis Dominica II. post Pascha celebrari solita demonstrant, licet nullo documento authentico constet, quando et per quem fuerit consecrata.

6. Est tituli Visitationis BMV.

7. Indulgentiae altaris privilegiati pro defunctis habentur applicatae altari s. Crucis a. 1772 ad decennium concessae, prout tabella ibidem appensa cum instrumento edocet. Praeter has habentur indulgentiae pro vivis concessae a. 1585 die 23. Maii pro festis celebrioribus BMV. et dedicationis ecclesiae cum permissione processionis intra templum vel coemeterium cum ss. Sacramento, prout edocet copia instrumenti authentici in antiquo libro iurium huius ecclesiae descripta. Privilegium autem authenticum, quod in thesauro ecclae asservabatur, iniuria temporum deperditum est.

8. Reliquiae ss. Martyrum sunt in altari maiori collocatae in duabus tumbis ligneis vitro munitis. Super quarum realitate, licet deperditum sit documentum authent., habetur tamen ipsius copia in libro antiquo continente iura huius ecclae. Quia tamen praedictae cistae carent sigillis, ideo sub actu Visitationis nostrae vitra confracta reparari et sigillum nostrum iisdem apponi fecimus. Sunt et aliae reliquiae in cista separata ad norman libri confecta antiquissimo opere variorum sanctorum MM. vitris munitae, super quarum realitate nullum exstat documentum authent. Cum tamen antiquitate sint commendatae, proinde in Rev. Officio recognosci et authenticari debent.

9. Status ecclae quoad fabricam est satis bonus. Parietes sunt dealbati, sed in tribus locis ab inundatione aquarum fissuris hiantes. Pavimentum latericium bonum. Fornix ex testudine murata dealbata in statu satis bono. Fenestrae formae antiquae vitris integris. Ambona est lignea depicta satis decens. Stalla sunt lignea formae antiquae tapetibus quatuor cooperta. Confessionale est unum vetus ligneum. Chorus est de muro solido constructus cum organo reparatione indigente, quod



Borussorum militum invasione vitiatum est. Janua ad eccliam est una cum foribus bonis ligneis et forti serratura munitis.

10. *Sacristia* sub choro ex opposito maioris altaris sita facit partem eccliae, angustis limitibus oclusa, cum pavimento lateritio, cum cistis ligneis pro suppellectili ecclesiastica conservanda, cum una fenestra vitro et crate ferrea munita. Fores habet duplices, ex lamina ferrea et ex ligno, utrasque bona serratura munitas.

11. *Capitulare*, ubi sessiones collegii peraguntur, est a tergo maioris altaris cum scamnis et mensa lignea.

12. *Porticus* ad eccliam est una ex ligno confecta cum foribus ligneis sine serratura.

13. *Tectum* eccliae est ex tegulis lateritiis forma antiqua constructum, non pridem reparatum, in statu optimo.

14. *Turricula* supra tectum eminet de muro constructa, tegulis de lamina aerea cooperta, in statu optimo.

15. *Campana* mediocris magnitudinis pendet e turricula, quae dicitur fuisse consecrata, et signa visibilia consecrationis in eadem apparent.

16. *Caemeterium* est maiori parte muro circumseptum, in reliquo asseribus ligneis clausum. Quia tamen Capitulum Cath. stante reparatione eccliae Cath. devotiones suas in hac ecclia peragebat, ideo titulo gratitudinis promisit reliquam caemeterii huius eccliae partem muro solido circumdare sumptibus massae Capit., super quo exstat decretum Capit. Cath. sub die 16. Martii a. 1761 latum. Sed post 18 annos elapsos promissio haec nondum ad effectum deducta est ob calamitatem temporum. Supplicandum tamen Rev. Capitulo, ut quod differtur, plane non auferatur. Portae ad caemeterium sunt duae cum foribus ligneis sera clausis et cum cratibus ferreis, proinde ita clausum tenetur, ut animalibus non pateat aditus. Nundinae et mercatus in illo non solent fieri.

17. *Ossorium* et *cryptae* non sunt ullae in hac ecclia.

18.

### **Altaria.**

*Altare maius* imaginem BMV. puerum Jesum gestantis praeferens est ligneum depictum et sparsim deauratum, opere sculptorio elaboratum. Mensam habet de muro solido constructam et consecratam a. 1678 die 1. Oct. per Mathiam Kurski, eppum Ennensem suffr. Posn., in qua inclusit reliquias ss. Mart. Leontii



et Crescentiae, prout acta Capituli eiusdem colleg. testantur in libro, cuius titulus: Jura ecclae colleg. BMV. in Summo. Tumulus sacer est hactenus inviolatus. Mensa tribus mappis tegitur et omnibus requisitis instructa est ad sacrificium missae celebrandum. Hoc altare foundationem et erectionem nullam habet.

Altare secundum a cornu Epistolae situm imagines ss. Trinitatis et s. Adalberti praeferens, ligneum opere sculptorio elaboratum depictum et sparsim deauratum. Mensam habet simul cum maiori altari consecratam, prout docet superius citatum documentum. Tumulus est hactenus inviolatus. Mensa tribus mappis tegitur et omnibus requisitis instructa est ad sacrificium missae decenter celebrandum.

Hoc altare erectum est in praebendam et annexum et incorporatum canonicatui foundationis olim Chraplewskich, demum Trzeszkowiczow et Winiarzewiczow, deinde Naramowskich, post Berkmanow, qui omnes auxerunt foundationem, de qua dicitur inferius inter canonicos.

Altare tertium quondam Assumptionis BMV., ad praesens ss. Trium Regum imaginem praeferens, est ligneum opere sculptorio elaboratum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet ligneam cum portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis, tribus mappis tegitur et omnibus requisitis instructum est...

Hoc altare est foundationis Heltonum, civium Posnan., annexum et incorporatum canonicatui, de cuius dote et erectione dicitur ibidem.

Altare quartum tituli Visitationis BMV., Transfigurationis D. N. J. Ch., ss. Joa. Bapt., Stanislai, Clementis nec non ss. Catharinae, Dorotheae et Margaritae VV., ad praesens tituli s. Crucis, est ligneum depictum et sparsim deauratum. Mensam habet ligneam, utitur portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est...

Hoc altare erectum est in beneficium ecclesiasticum per olim Andream de Bnin eppum a. 1451 die 11. Junii ex foundatione Nob. Nicolai Mielasek de Malczewo super censu annuo 20 fl. hung. super bonis Glinsko, Wronsko, Czacz in distr. Costen. coram Stanislao Ostrorog, castell. Gnesn. Maior. Polon. capit., a. 1449 feria III. post fest. Paschae obligato. Cuius erectionis copia exstat circa eccliam descripta in libro iurium eiusdem. Originale vero insertum est act. Consist. Posn. a. 1563



die 16. Aug. Summa capitalis huius census sunt 300 fl. hung. Terminus solutionis praedicti census assignatus est pro festo s. Stanislai eppi. Usus praedicti census ad a. 1597 probatur quietatione V. Michaelis Sławinski altar., qui Mgf. Stanislaum Czacki, bonorum Czac, Glinsko, Wronsko haeredem, de censu praedicto act. Consist. Posn. die 8. Mart. a. 1597 officiose quietavit. Ab eo autem tempore vel saltem ab a. 1694 Visitationis Zalasovianae memoria non exstat solutionis eiusdem census.

Jus collationis huius altaris per erectionem devolutum est ad familiam Dąbrowskich.

#### Obligatio altariae:

Juxta erectionem tres missas qualibet hebdomada absolvere pro animabus fundatorum, et insuper missam Almae Matris caeteris cantantibus decantare diebus Dominicis, non tamen septimanas eiusdem missae tenere, cui necessaria ad missam suppeditare debet ecclesia. Ipse autem ad residentiam personalem tenetur et hoc unico beneficio contentus esse debet.

Obligationibus his ab immemorabili non satisfit.

Altarista ad praesens nullus est et iam a multis annis deficit. Altare vacat, census non repetitur. Incumbit proinde onus Capitulo census retentos ab ultima quietatione vindicandi, altaristam providendi vel (si ob tenuitatem proventuum non licet habere separatim) saltem cum beneplacito Officii tenuiori canonicatui idem altare adiungendi, ut canonicus de eodem provisos saltem reductas per Officium missas absolvat iuxta mentem fundatorum.

Residentia nulla est pro altarista neque ullus alius fundus, prudenter tamen coniici debet fuisse olim, sed ad praesens nullum huius exstat vestigium.

Altare quintum tituli Omnipotentis Dei, Nativitatis BMV., ss. Jacobi et Procopii, est ligneum depictum et sparsim deauratum. Mensam habet ligneam sine lapide portatili neque omnibus requisitis instructum est.

Hoc altare erectum est in beneficium eccl. a. 1436 per olim Stanislaum eppum, prout acta Nicolai Szkudła, officialis Posn., de a. 1483 die Mercurii in Maio edocent. Dos ipsius in erectione expressa est super censu 10 marcarum, sed nescitur, super quibus bonis, quia erectio ad manus non est neque etiam in actis Consistorii reperiri potest. Mentio solum illius fit in libello iurium huius ecclae, quod scil. census 6 marcarum inscriptus sit super bonis Bieganowo in act. Consist. Posn. a. 1417 et in act. Castr



Posn. Joannis de Siekocin, castell. Lublin., a 1418. Item census 4 marc. super bonis Kobylin distr. Pyzdren. a summa capitali 50 marc. in libro Resig. Cast. Posn. a. 1514, item 1519, item signanter 1521 pro altaria in scriptus. Qui duo census efficiunt simul censum 10 marc. in erectione expressum.

Praeter erectionem et circa actum eiusdem superius citatum inserta est et acticata obligatio Benedicti de Madła, offic. Posn., super censu 4 marc. in bonis villae minoris Imielno pro eodem altari coram Sandivogio Ostrorog, Generali Maioris Poloniae, facta a. 1414 et coram Nicolao Strzeszkone, offic. Posn., anno eodem confirmata. Eadem inscriptio ratihabetur in Prolatorio sententiarum Consist. Posnan. a. 1473 et a. 1526 die Lunae 9 Julii.

Insuper in eodem libello iurium huius ecclae specificatur census unius marcae super eadem villa Imielno pro eodem altari in scriptus coram iudice terrestri Calissien., sed tempus inscriptionis deest.

Item in libro Cordeboki officialis coram Nicolao de Kiki offic. creato per Mirosław eppum a. 1429 die Jovis 17 Nov. Nicolaus Gorka in scriptus marcam unam pro cera candelarum super lapidea Wozkonis in circulo inter lapideas Nicolai Giecz et Aegidii census a summa capit. 13 marcarum. Eadem in scriptio confirmata est in libro Clementis Drzewica offic. a. 1455.

Census isti omnes ab immemorabili non percipiuntur neque hactenus vindicati fuerunt.

#### Obligationes altariae:

1. Ex vi erectionis tenetur ad tres missas quavis hebdomada, unam de ss. Trinitate, alteram de Assumpt. BMV., tertiam pro defunctis. 2. singulis Quatuor Temporibus tenetur totum officium defunctorum et missam Requiem recitare. 3. quolibet anno triginta missas tenetur celebrare ad intentionem fundatorum, et videtur obligatio primo loco posita ad hanc tertiam reducta fuisse per decretum Visitationis Hap. a. 1610.

Obligationibus his non satisfit ob defectum altariae a multis annis.

Jus collationis huius altaris per erectionem spectat ad successores familiae Gorkow seu ad praesens haeredes bonorum Kórník.

Altaria ad praesens nullus est et ab immemorabili tempore deficit. Incumbit proinde onus Capitulo census retentos ab ultima quietatione vindicandi, altariam providendi etc. ut supra,



Residentia nulla est pro altarista neque fundus qui sciatur ullus.

**Altare sextum** tit. Omnipotentis Dei, Annunt. BMV. ss. Adalberti et Martini, est ligneum depictum et sparsim deauratum, mensam habet ligneam sine portatili, quod tamen ad celebrandum apponi solet. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est...

Hoc altare nunc imaginem s. Valentini praeferens est incorporatum canonicatui fundi Siekowo collationis Dnorum Rozdrazewskich. De cuius dote dicetur infra inter proventus huius canonicatus.

**Altare septimum** tit. Omnipotentis Dei, Purificat. BMV. ss. Michaelis, Andreae et Barbarae, ad praesens s. Annae est ligneum opere sculptorio elaboratum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet ligneam non consecratam sine portatili et sine omnibus requisitis.

Hoc altare cum suis proventibus annexum est vicecustodi huius ecclae. Proinde inferius sub titulo huius officii recensebitur etiam fundatio praedicti altaris cum obligationibus eidem annexis.

Altaria haec omnia aequae ac tota ecclae imaginibus sat decenter depictis ornantur, quarum tamen nulla pro gratiosa est recognita auctoritate publica.

19. **Lampas** ardere solet ante ss. Sacramentum solemnioribus diebus tantum tempore devotionis de die, non tamen de nocte ob defectum foundationis.

20. **Tabernaculum** in maiori altari cum ciborio situm est depictum, intus et ab extra decenter ornatum, in quo tamen non solet continuo asservari SS. Eucharistia, sed solum diebus solemnioribus, quibus tabernaculum sera clausum tenetur.

SS. Eucharistia exponi solet in monstratorio ac in processione deferri omnibus festis solemnioribus BMV. et dedicationis ecclae iuxta indultum sub N. 7 citatum. Cuius tamen admissio et approbatio in Officio obtineri debet. Ut autem ea (qua par est) decentia eiusmodi expositiones fiant, revocamus in memoriam ordinationem Jll. Locordinarii moderni circa numerum et qualitatem cereorum, quam tamen magna voluptate audimus in hac ecclae inviolabiliter observari.

21. **Neque fons baptismalis** est in hac ecclae, in qua parochialia non exercentur, neque olea sacra hic asservantur, sed pro opportunitate assumuntur ex ecclae Cathed.



22. Cisterna pro variis casibus debet aptari decens in hac eccla et sera clausa teneri.

23. Carbona ecclesiae est sub clavi vicecustodis, in qua aliquot grossos reperimus collectae eleemosynae fere ab anno, quae solet impendi pro usibus ecclae.

24. Legata et debita tam activa quam passiva non habet haec eccla.

25. Rationes perceptarum et expensarum pro eccla invenimus simul descriptas in uno libro, in quo continentur rationes massae communis Capituli ab a. 1734 ad a. 1778 diligenter descriptae, quas sub actu Visitationis nostrae post revisionem subscripsimus.

26. Pro fabrica ac in alios usus ecclesia ab antiquo habuit redditus sequentes:

1. Census 2 marc. translatus de Kašinowo et Baworowo super bona Turew a summa 24 marc. in libro Resig. Cast. Posn. a. 1484 et 1488 fer. III post. Reminiscere inscriptus et act. Nicol. Szkudla a. 1489 Sabb. 14 Mart. recognitus pro emendo thure et aliis ecclae necessariis. Quietatio de percepto eodem censu reperitur in act. Inscript. Cast. Posn. a. 1514. Census hic de medietate bonorum Turew translatus est super bona Kałolewo act. Cast. Posn. a. 1514. et ibidem recognitus a. 1519 Sabb. post. fest. Purificat. BMV. et act. Consist. Posn. confirmatus a. 1520 4. Febr. Sed haec summa capit. 24 marc. apparet fuisse levata per Capitulum ex annotatione in libello iurium huius ecclae pag. IV., ubi leguntur haec verba: In libro offic. Joannis Sławno a. 1525 die Martis 2. Maii canonici quietant Kałolewo de 24 marc. capit. summa cum obligatione Lucae Gorka capitanei.

2. Census 2 marc. a. summa capit. 24 marc. super bonis Krzyżowniki in libro offic. Joannis Sławno a 1525 die 25 Aug. cum obligatione Nicolai Kutno, capitanei Posn., a. 1489 et 1520 inscriptus pro necessariis ecclae, translatus de Kałolewo. Similis super eundem censum obligatio Castr. Posn. in libro Resign. a. 1524 et 1525 fer. VI. post. fest. Assumpt BMV., sed census iste ab immemorabili non percipitur nec vindicatur.

3. Census marc. 3 de censu integro 9 marc. et gross. 12 de bonis Stobnica, Brzanczewo translatus in Tomiszewo, deinde in Chomencice, deinde in Konarzewo, tandem in bona minoris Lubien act. Cast. Posn. fer VI ipso festo s. Mariae ad Nives a. 1541 inscriptus, per ordinationem Consist Posn. a. 1483 dispositus pro cereis. Haec villa est in distr. Calissien. Census hic



ab a. 1634 non percipitur, sed iure vindicari coeptus hactenus in suspenso haeret.

4. Census 1 marc. ex censu integro 3 marc. pro thure et aliis necessitatibus ecclae primo obligatus super Kundorf a. 1455, deinde super domo in magna platea, deinde super Lulino, Myszkowo et Banglino, deinde super Tarnowo, deinde super Krajewice et Leciejewo, tandem super bona Zalesie a. 1554, ex quibus bonis a. 1756 per Capitulum summa origin. huius census nempe 50 marc. levata est et per plures annos steriliter conservata apud custodem Capituli, tum apud procuratorem, tandem a. 1766 una cum aliis summulis in unum conflatis per reductionem monetae decortata Mgfo Pantaleoni Bieczynski, haeredi bonorum Strzelcze, mutuo data praevis manuali chyrographo ex censu annuo et deinde a. 1773 per Jll. Kurzynski, can. huius colleg. praepositum Rogovien., sine scitu Capituli a. Mgfo Bieczynski levata et in proprios suos usus conversa, a quo processu iuridico per partes vindicatur una cum provisionibus usque ad hodiernum diem, de quo fusius acta Capituli ab a. 1756 usque ad a. 1778 inclusive edocent.

5. Census a fl. 50 pro candelis cereis ante imaginem BMV. maioris altaris in eiusdem solemnitatibus comparandis coram off. Consist. Posn. a. 1680 22. Jan. inscriptus in bonis famati. Stanislai Myxa, oppidani Chwaliszew. Census hic ad praesens non percipitur, quia est plane investigabilis.

6. Census 3 marc. pro necessitatibus ecclae apud Swiderek a. 1544, deinde super lapidea in Chwaliszewo a. 1560, tandem super domo Lassocina inscriptus. Ad praesens est investigabilis, quia a. 1682 die 26. Maii in domo Bagnuszewskich in Consist. Posn. inscriptus.

7. Census 2 marc. pro necessitatibus huius ecclae super bonis Gorki et Sroczo act. Cast. Posn. a. 1514 et a. 1519 feria V. ante fest. s. Barthol. inscriptus, deinde super lapidea famati Lucae Haut, sartoris et civis Posn., in Judaeorum platea coram Iudicio Consist. Posn. a. 1603 die 15. Jan. confirmatus. Ad praesens hic census est investigabilis.

8. Census mediae marcae in bonis Stęgosze circa Nowe-miasto act. Consist. Posn. a. 1455 die 3. Febr. pro fabrica huius ecclae inscriptus. Ad praesens non percipitur census a multis annis, sed est iure vindicandus.

9. Juxta decretum et ordinationem olim Mathiae Lubienski eppli a. 1628 die 18. Sept. antiquum usum innovantis vinum et



hostiae pro usu huius ecclae ex sacrario ecclae Cath. provideri debet et de facto providetur.

10. Inter statuta huius Capituli a. 1750 in unum volumen laudabiliter collecta legitur statutum 23. de contributione pro reparanda eccla, ad quam faciendam proportionate toties, quoties opus fuerit, obligarunt se et successores suos Dni Capitulares. Et iam aliquoties ad effectum deduxerunt hanc bonam voluntatem, prout acta Capituli testantur. Inter caeteros autem primum in hoc pio opere iure sibi vindicavit Melchior Janowski, custos huius colleg., qui notabilem summam de propriis proventibus pro reparatione huius ecclae impendit, dulcem post se memoriam apud Deum et homines relicturus.

Census supradicti omnes pro eccla, qui ad praesens repeti possunt, colliguntur in unam massam cum proventibus communibus totius Capituli per procuratorem eiusdem, ex quibus contribuitur vicecustodi ecclae pro omnibus eiusdem necessitatibus, et procurator de perceptis et expensis calculum reddit quotannis in generali Capitulo.

11. De noviter reperto documento est census a summa fl. 100 pro lampade, primo in bonis famatorum Krolikowiczow, civium Posn., act. Consist. Posn. a. 1651 die 24. Martii inscriptus, deinde in bona Łopuchowo act. Cast. Posn. feria IV. post fest. s. Laurentii a. 1755 translatus. Census ille percipitur.

12. Habet etiam haec eccla proventum accidentalem ab omnibus neoinstallatis canonicis, dum quilibet illorum iuxta statuta Capituli contribuit pro sacristia secundum rationem proventuum unum vel duos aureos hungar.

#### Votivae, cursus B M V. et anniversaria.

Praecipuum institutum huius inclytae Collegiatae consistit in decantando iugiter officium BMV., et ideo ab omni cura animarum libera est, ut expeditior sit ad hunc cultum Magnae Matri concinendum. Eo fine fundatum est in hac eccla Collegium seu Capitulum quatuor praelatorum et sexdecim canonicorum. Pro quibus sunt foundationes et obligationes sequentes:

#### Proventus communitatis Capituli huius ecclesiae.

1. Census 20 fl. foundationis olim Alb. Laktanski pro anniversario uno super typographia Academiae Lubrancianae Posn. pro tunc sibi propria act. Consist. Posn. a. 1691 die Martis



22. Maii de consensu Universitatis Cracovien. per Jll. Adm. Rev. Martinum Casimirum Słowikowski, praedictae Academiae pro tunc directorem, inscriptus et obligatus. Summa capit. in inscriptione non est expressa, proinde si dicta Academia voluerit aliquando hunc censum reemere, tenebitur summam proportionatam huic censui Capitulo refundere. Census iste percipitur, licet pro quatuor annis retentus sit, et obligationi satisfit.

2. Census fl. hung. 12 a summa aureorum hung. 200 valentium 52 grossorum pol. seu (ut inscriptio posterior sonat) census 12 marc., primo act. Consist. Posn. sub Nicolao de Sobotha officiali a. 1461 die 16. Dec., deinde act. Cast. Posn. a. 1462 inscriptus super bonis Krzywin et Gorka monasterii Lubin. locatus, demum a. 1512 die 2. Maii in bona Ostrorog cum attinentiis translatus, tandem act. Cast. Posn. Janussii a Kościelec, palatini Siradien., a. 1562 feria V. post fest. s. Francisci in bona Bierzgolino dist. Pyzdr. translatus, ubi ad praesens haeret. De obligationibus huic censui annexis non constat aeque ac de primo fundatore, quia primaria inscriptio non habetur, sed in actis Nicolai de Sobotha, off. Posn., inquirenda de a. 1461, ut menti fundatorum satisfiat. Absolvit tamen Capitulum quotannis anniversarium intuitu huius census pro anima fundatoris ignoti. Ad praesens census iste percipitur.

3. Census a summa fl. pol. 100 foundationis olim Thomae Ciążenii, can. huius Colleg., act. Advoc. Chwaliszew. feria IV. ante fest. Exalt. s. Crucis a. 1685 in domo in Zagorze sita inscriptus pro votiva decantanda iuxta mentem fundatoris. Est transfusio iuris ad dictam domum pro Collegiata BMV. coram act. Administr. sede vacante in Consist. Posn. a. 1733 die 17. Jan. facta, deinde Capitulum domum hanc ex integro reparatam successoribus dimisit facta per eosdem submissione de solvendo annuo censu ex illa Capitulo coram act. Consist. Posn. a. 1744. Possessores huius domus ad praesens sunt famati Grzegorzescy, cives Chwaliszew. Census ab iis percipitur, obligationi ex parte satisfit.

4. Census a summa fl. p. 400 foundationis olim Rndorum Gregorii Łodzia et Matthaei Kolczynski, can. huius Colleg., super bonis Chyby dist. Posn. act. terrest. Posn. feria II. post Dom. Misericordiae a. 1651 inscriptus pro votivis decantandis in hac eccla quotannis, una de Assumpt BMV., altera de s. Gregorio in festo eiusdem iuxta mentem fundatorum. Census percipitur et obligationibus satisfit.



5. Census a summa fl. p. 750 testamentaria dispositione olim AR. Barth. Grzech in Consist. Posn. approbata a. 1671 die 30. Jan. et antea coram act. Consist. Posn. eodem anno die 10. Jul. in bonis Chwalczyce, Zasutowo et Gasiorowo inscriptus pro mansionario separato in hac Colleg. cum onere cursum et alia divina officia simul cum canonicis obeundi et quatuor missas Requiem ad altare Crucis in eccla Cathedr. situm quotannis pro anima dicti fundatoris absolventi. Ex quo etiam censu floreni septem provenire debent Collegio altaristarum Colleg. D. M. Magdal. Posn. cum onere anniversarium semel cum missa cantata Requiem et Prosa absolventi. Census iste percipitur, sed mansionarius separatus non fovetur, cursus tamen per vicarios salariatos decantatur ter in hebdomada.

6. Census a summa fl. p. 100 foundationis olim A. R. Lucae Zgierski, can. huius Colleg., primo super testudine seu instita mercatoria in circulo fori Posn. sita act. Consist. Posn. a. 1643 die 4. Apr. inscriptus, deinde in bona Budziszewo dist. Gnesn. translatus, sed actus translationis et locationis ignoratur, pro missa votiva de Assumpt. BMV. cum collecta pro anima fundatoris quotannis decantanda et alia missa Requiem quotannis legenda. Census iste ab aliquot annis retentus speratur et obligationi non ex integro satisfit propter census dimidiatos.

7. Census a summa fl. 100 foundationis olim Rev. Martini Zgierski, can. Colleg., primo in lapidea fam. Rożyc in platea Judaeorum inscriptus, tandem translatus in domum suburbii s. Adalberti fam. Thomae Męclewski a. 1693 diebus Martii pro votiva de Assumpt. BMV. cum collecta pro fundatore quotannis decantanda. Census iste percipitur et obligationi ex parte satisfit iuxta inferius dicenda.

8. Census a summa fl. 200 ex duabus conflata, nempe prima fl. 100 foundationis olim Rev. Pauli Jachowicz, paenitent. et can. BMV., pro decantanda antiphona O Marya Cna Dziewica post finitam devotionem in festis BMV. act. Consist. Posn. a. 1665 die 19. Febr. in domo Pauli Fabianczyk, civis Chwaliszew., inscripta, secunda itidem fl. 100 foundationis olim Alberti Brodzynski, paenit. et can. BMV., pro decantanda cantilena Boga Rodzica per pauperes mendicantes in hac eccla quovis festo solemni BMV. in eadem domo Pauli Fabianczyk, ad praesens Duszynskich act. Consist. Posn. a. 1671 die 20. Junii inscripta. Census iste a 13 annis non percipitur et una solum cantilena decantatur, licet deberet cantari duplex ex mente fundatorum.



9. Census duarum marc. a summa 24 marc. foundationis Rev. Mathiae a Poniec pro missa votiva de s. Mathia super lapidea in magna platea Judaeorum Posn. sita fam. Lucae Haust, sartoris civis Posn., act. Consist. Posn. a. 1594 die 13. Jan. inscriptus. Deinde haeres huius lapideae fuit Rurkiewicz, deinde Turzynski, deinde infidelis Lazarek, nunc Nob. magistratus Posn. Census iste a 10 fere annis retentus est, sed vindicari debet, obligationi ex parte satisfit.

10. Census sexagenarum duarum gross. a summa 50 marc. super lapidea in platea sutorum fam. olim Mathiae Bigos, civis Posn., act. Consul. Posn. feria VI. ante Dom. Palmarum a. 1558 inscriptus pro cantantibus missam diei in hac eccla, cuius lapideae possessor deinde fuit Petrus Kwapiszewicz, deinde Chorażyk, deinde Paczynski, ad praesens Anna Nowacka vidua. Census iste a 10 annis retentus est, sed vindicari debet.

11. Census a summa fl. 500 ab executoribus olim Joa. de Zalesie Baykowski, suffrag. Posn., ad hanc eccliam legata per ordinationem Capituli Cathedr. in Capitulo gener. s. Martini a. 1650 celebrato pro missa votiva de BMV. in hac eccla quotannis decantanda, et deinde decreto eiusdem Capituli gener. ss. Petri et Pauli a. 1654 census iste fuit recognitus et ab eodem Capitulo huic ecclae persolvebatur. Deinde locata fuit haec summa in lapidea Georgii et Annae Brachvogel act. Consist. Posn. a. 1687 die 30. Aug., ex qua postea translata est in duas lapideas contubernii sartorum Posn., nempe Szytylerowskich et Grabowskiego act. Advocat. Posn. feria II. post fest. s. Catharinae Virg. a. 1713. Cum autem lapidea Szytylerowskich cesserit Mgfco Josepho Szczaniecki, praefecto stabuli Regni, capitaneus Sroden., et eius successoribus contractu venditorio act. Consul. Posn. feria III. ante fest. ss. Simonis et Judae die scil. 24. Oct. a. 1758 roborato una cum onere praedicti census persolvendi, ideo Mgf. modernus haeres censum huic ecclae persolvit, sed pro tribus annis debet, obligationi etiam satisfit.

12. Census a summa fl. 50 foundationis olim Adami a Konarzewo, can. huius ecclae, pro votiva Assumpt. BMV. et collecta pro fundatore quotannis decantanda super lapidea aciali in magna platea sita fam. olim Stanislai Koziorowicz, pictoris civis Posn., coram iudicio bannito in libro Resign. Civit. Posn. a. 1666 feria VI. pridie festi s. Hedwigis inscriptus. Possessores istius lapideae fuerunt successive famuli Kremer, Leyman, Gronalski, ad



praesens spect. Kempfi, qui census persolvit regulariter, et obligationi satisfit.

13. Census a summa fl. 100 super lapidea in magna platea ad praesens nob. Gracki, civis Posn., sita, sed actus inscriptionis ignoratur una cum obligationibus, census tamen regulariter percipitur. Inquirenda proinde est inscriptio ad habendum ius petitorium.

14. Census a summa fl. 300 foundationis olim Rev. Martini a Złotowo pro tribus missis votivis, primo per conventum monialium s. Benedicti in bonis Długa Goślina coram act. Consist. Posn. a. 1632 die 7. Julii inscriptus, deinde in bona Wierzenica et Kobylnica distr. Posn. act. Consist. Posn. a. 1668 die 31. Junii translatus, tandem inde levatus et super lapidea in magna platea Judaeorum Posn. quondam Jacobi et Davidis infidelis chyrographo eius manuali translatus d. d. Posn. die 23. Febr. a. 1732. Quod chyrographum inductum est in acta Officii Administr. Posn. a. 1739 die 6. Martii. Ad praesens possessor huius lapideae infidelis Salomon census quotannis persolvit, et obligationi iuxta reductionem inferius specificandam satisfit.

15. Census a summa fl. 500 foundationis olim Rev. Barthol. Grzech pro fabrica ecclae, anniversario, missa votiva de s. Barthol. et missis lectis quotannis celebrandis, primo super lapidea in foro circuli Posn. fam. Stanislai Rucki, civis Posn., actis Advocat. Posn. a. 1627 feria VI. ante fest. s. Thomae Ap. inscriptus, deinde coram Officio Consist. Posn. a. 1641 die 30. Jan. approbatus et deinde decreto iudicii Consist. Posn. a. 1688 die 9. Jan. adiudicatus. Haec lapidea fuit deinde Jurgiewiczow, deinde Klinickich, ex qua census persolvebatur fl. 35 usque ad a. 1736. Sed inundatio devastavit lapideam, quare commissio Apostolica a. 1740 die 27. Maii celebrata decreto suo summam originalem decortavit et reduxit ad 375 fl., a quibus census annuum persolvit Gener. Josephus Jeziorkowski, instigator Castr. Posn. Et obligationi iuxta reductionem satisfit.

16. Census a summa marc. 100 foundationis olim Rev. Alberti de Szamotuły, custodis huius ecclae, pro necessitatibus eiusdem super bonis Knyszyno dist. Posn. act. Cast. Posn. sabb. in crastino Circumcis. Domini a. 1593 et primo act. Consist. Posn. a. 1457 die 5. Martii inscriptus, tum decretis Tribunalis Regni Petricov. feria III. ante fest. Purificat. BMV. a. 1650 et iudicii Castr. Posn. feria II. post fest. s. Margarethae a. 1687 adiudicatus, qui regulariter persolvitur.



17. Census a summa fl. 100 foundationis olim Rev. Joa. Tokarski, can. huius ecclae, pro missa votiva de Assumpt. super lapidea aciali quondam fam. Laur. Gembicki, braseatoris civis Posn., act. Advocat. Posn. a. 1615 feria VI. ante fest. s. Thomae Ap. inscriptus et decreto Consist. a. 1641 die 18. Martii adiudicatus. Possessores istius lapideae fuerunt deinde Greg. Koniekowicz, Czałczynscy et Struplowa vidua, cuius gener illam ad praesens possidet. Census iste ab a. 1747 retentus est, proinde iure vindicari debet, obligationi ex parte satisfit.

18. Census a summa fl. 100 foundationis olim Rev. Jac. Paniszevii can. pro collecta semel in anno decantanda per Capitulum et pro quatuor missis Requiem legendis in anno pro defuncto fundatore per canonicum fundi Rev. officialis et proconsulis Civit. Posn. super lapidea fam. olim Valentini Choyny, sartoris civis Posn., in magna platea Judaeorum sita act. Advocat. Posn. feria VI. post Dom. Laetare a. 1627 inscriptus. Ad praesens haec lapidea est Nowiszewskich, sutorum civium Posn. Census iste ab a. 1741 retentus est, sed iure vindicatur. Obligationi iuxta reductionem satisfit.

19. Census a summa fl. 100 foundationis olim Rev. Alb. Skopowicz pro missa votiva de s. Adalberto quotannis decantanda super bonis Markowice dist. Pyzdr. act. Cast. Posn. feria II. post fest. s. Barthol. a. 1654 inscriptus, regulariter quotannis persolvitur, obligationi iuxta reductionem satisfit.

20. Census a summa fl. 100 ex massa Capituli super bonis Zielonka dist. Posn. act. in iudiciis Cast. Posn. feria II. post fest. Circumcis. a. 1598 locata et decreto iudicii Cast. Posn. feria II. post fest. s. Jacobi Ap. a. 1699 adiudicatus, tum quietatione act. Cast. Posn. feria II. in vig. s. Matthaei Ap. a. 1728 firmatus. Census iste ab a. 1741 retentus est, iure proinde vindicandus.

21. Census a summa fl. 2600 trium fundatorum, nempe 1000 fl. foundationis Rev. Matthaei a Zgierz in bonis Łopuchowo dist. Posn. act. in iudiciis Capitan. Cast. Posn. feria II. post fest. s. Margarethae a. 1644 inscr. pro anniversario celebrando quotannis in suffragium animae fundatoris, 1000 fl. foundationis Perill. Joa. Krall, can. Cath. Posn., pro anniversario in hac eccl. quotannis celebrando in suffragium animae dicti fundatoris et Guilelmi sacerdotis, fratris ipsius ac parentum, tandem 600 fl. foundationis Rev. Martini Kordowski et Alberti a Szamotuły, e quibus 500 fl. dispositi sunt pro anniversario quotannis cele-



brando pro anima Martini sacerdotis, fl. verò 100 pro lampade iam superius specificati inter proventus ecclae N. 11 titulo pro fabrica. Hi 1600 fl. locati sunt in bonis iisdem Łopuchowo act. Cast. Posn. feria IV. post fest. s. Laurentii a. 1755. Census iste percipitur et obligationibus satisfit.

22. Census a summa fl. 1600 foundationis olim Mathiae Łubienski eppi pro cursu BMV. quotidie per quatuor substitutos presbyteros et duos scholares in hac eccla decantando, item pro anniversario quotannis absolvendo per Capitulares et pro collecta in votivis quotidianis in suffragium animae huius fundatoris, primo in metrica causarum Capituli Cath. Posn. a. 1631 die ultima Junii sub actu Capituli gener. ss. Petri et Pauli inscriptus, deinde in bona Łęki maius dist. Costen. act. Cast. Posn. feria II. post fest. s. Margarethae a. 1633 translatus, tandem ex Łęki in bona villae Piotrowo dist. Costen. mediante consensu Lociordinarii d. d. Posn. 13. Aug. 1686 translatus et act. Cast. Posn. eodem anno feria III. post fest. s. Laurentii inscriptus nec non iisdem actis feria V. post fest. Assumpt. BMV. a. 1732 confirmatus, qui regulariter, sed dimidiatus iuxta novellam legem percipitur, et ideo obligationi non ex integro satisfit.

23. Juxta ordinationem eiusdem Łubienski a. 1628 die 18. Sept. in Visitatione gener. huius ecclae factam tenentur Capitulares omnes quartam partem proventuum de suis prae-bendis quotannis contribuere pro substitutis et scholaribus numero superiori expressis sub poena excommunicationis, quod ad praesens observatur, licet non ex integro ob census dimidiatos, et tres substituti foveantur.

24. Census a summa marc. 200 foundationis olim Urielis Gorka eppi pro missis dierum festorum iuxta ordinationem in act. Consist. Posn. factam, primo in oppido Pyzdry coram act. Capitaneatus Lucae de Gorka, castell. Posn., a. 1530 feria VI. in festo s. Catharinae inscriptus, deinde in bona Prusce et in duo molendina aquatica Marlewo et medietatem Sierniki in dist. Gnesn. sitam act. Consist. Posn. eodem anno die 3. Dec. et act. Cast. Posn. feria VI. in festo s. Catharinae a. 1530 translatus. Census iste percipitur et obligationibus satisfit.

25. Census a summa fl. 1300 in anniversaria pro animabus Stan. Danielewicz et Stan. Rudnicki sacerdotum, primo in bonis Splawie dist. Costen. act. Cast. Posn. feria III. post fest. Visit. BMV. a. 1735 inscriptus, deinde in bona totius Civitatis Posn.



translatus act. Cast. Posn. feria V. post fest. s. Matthaei a. 1774. Census iste percipitur et obligationibus satisfit.

26. Census a summa fl. 2100 ex tribus summis conflata, scil. prima 1000 fl. testamento Rev. Aloisii Dunski pro anniversario in hac eccla in suffragium animae ipsius quotannis absolvendo, secunda 500 fl. in anniversarium annuum pro anima Rev. Martini Kordowski, tertia 600 fl. in anniversarium annuum pro anima Rev. Hyacinthi Krynicki super bonis totius Civitatis Posn. act. Cast. Posn. feria II. post fest. ss. Trium Regum a. 1750 inscriptus. Census iste percipitur, sed aegre, et obligationibus satisfit.

27. Census a summa fl. 900 foundationis olim Rev. Andreae Krajewski pro anniversario et missa cantata annuatim in suffragium animae ipsius in et super bonis seu lapideis infidelis Lazari Moyses, Judaei Posn., nunc autem totius synagogae Posn. act. Cast. Posn. feria VI. post fest. s. Michaelis a. 1683 inscriptus et in Consist. Posn. die 26. Nov. a. 1727 approbatus. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

28. Census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Joa. Węgrowski pro absolvendis tribus anniversariis in suffragium animae suae annuatim in et super bonis totius synagogae Judaeorum Posn. act. Consist. Posn. die 10. Junii a. 1720 inscriptus. Census iste percipitur et obligationi iuxta reductionem satisfit.

29. Census a summa fl. 2000 foundationis olim Rev. Alberti Berkman pro anniversariis singulis quatuor anni temporibus in suffragium animae suae decantandis in et super bonis totius synagogae Posn. act. Consist. Posn. a. 1718 die 13. Apr. inscriptus. Census iste percipitur et obligationi non ex integro satisfit ob censum decortatum, prout dicetur inferius.

30. Census a summa tynf. 3000 foundationis olim Rev. Alb. Berkman pro vino, cera et necessitatibus huius ecclae, item pro studiosis alumnis de linea Berkmanoviana in et super bonis totius synagogae Posn. act. Consist. Posn. a. 1724 die 26. Apr. inscriptus. Census iste detruncatus percipitur et reponitur in thesauro Capituli pro alendis scholaribus, qui ad praesens deficiunt.

31. Census a summa fl. 400 pro anniversario uno cum missis annuatim absolvendis in suffragium animae Barbarae Zywinska de bonis Wierzenica et Kobylnica act. Consist. Posn. die 17. Martii a. 1733 levata in et super bonis totius synagogae



Posn. act. Consist. Posn. a. 1733 die 15. Maii inscriptus. Census iste percipitur et obligationi iuxta reductionem satisfit.

Summas istas omnes capitales in synagoga Posn. locatas commissio Varsavia expedita ab ordinibus Regni in comitiis congregatis in a. 1744 ad liquidationem debitorum synagogae Posn. de truncavit et reduxit ad summam totalem fl. p. 4900, a qua census annuum persolvit synagoga per fl. semiquatuor a quolibet centum seu in toto fl. 171 gross. 15, ex quo censu Capitulum reponit in thesauro suo annuatim fl. 21 pro alumnis Berkmanovianis, si qui aderunt, vel in defectu eorum pro alio pio opere iuxta dispositionem Officii.

32. Census a summa fl. 500 submissione ad inscriptionem eiusdem facta per infidelem Lewek Abraham, Judaeum Posn., act. Cast. Posn. feria VI. post fest. s. Michaelis a. 1683. Sed census iste ab immemorabili non percipitur et obligationes ignorantur, quia documentum ad manus non est. Inquirendum tamen erit, census vindicandus et obligationes adimplendae.

33. Census a summa fl. 4000 foundationis olim Michaelis Zakrzewski, can. Cath., pro quatuor anniversariis in suffr. animae suae quotannis in hac eccla decantandis in et super tota communitate Judaeorum synagogae Lesnen. act. Cast. Posn. feria IV. post Dom. Cantate inscriptus a. 1745 de consensu haeredis bonorum Leszno ibidem die 18. Maii eodem anno in scripto dato et act. Posn. feria IV. post Dom. Cantate oblatuato. Transfusio eiusdem summae in rem huius Collegiatae facta est act. Cast. Posn. feria V. post Dom. Cantate eodem anno cum onere absolvendi quinque missas in praedicta eccla sub tempus cuiuslibet anniversarii pro anima dicti fundatoris. Et inscriptio eiusdem summae pro eadem Collegiata facta est in Cast. Posn. feria IV. post Dom. Cantate eodem anno. Census iste est pro duobus annis retentus, sed speratur, et obligationibus satisfit.

34. Census a summa fl. 200 foundationis Excell. Jll. Andreae Burglewicz, in alma Universitate Cracov. philosophiae Bacalaurei, huius Colleg. scholastici, per synagogam Lesnen. act. Cast. Costen. feria V. post fest. Pentecostes a. 1735 sibi inscripta, deinde transfusione sua act. Cast. Posn. feria II. post Dom. Conductus a. 1752 in rem huius Capituli disposita pro augendo proventu massae Capitularis. Census iste a 6 annis retentus est, sed vindicari debet. Obligatio eidem nulla est annexa praeter gratam et piam fundatoris memoriam.



35. Census a summa fl. 1000 foundationis Gener. Joa. et Magdal. Wolskich pro tribus anniversariis et pro musicis, primo super bonis villae Mrowino act. Consist. Posn. die 25. Julii a. 1644 inscripta, deinde exinde levata et in bonis omnibus Civitatis Wschoven., praesertim in Przyczyna maius et minus act. Cast. Posn. causarum Officii feria II. post fest. Visit. BMV. a. 1679 translata et inscripta. Census iste percipitur et obligationi iuxta reductionem satisfit.

36. Census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Matthaei a Zgierz pro anniversario uno annuatim absolvendo in suffr. animae suae, primo super bonis Ordzino dist. Posn. act. Cast. Posn. feria II. in crastino natalis s. Joa. Bapt. a. 1663 inscriptus, deinde inde levatus et in bona Wroblewo dist. Posn. act. in iudiciis Cast. Posn. causarum Officii feria II. post fest. Visit. BMV. a. 1679 translatus et assecuratus. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

37. Census a summa fl. 500 foundationis olim Rev. Stan. Oslicki pro musicis ad hanc eccliam chyrographo manuali Caroli Obicki et consortis suae d. d. Posn. a. 1776 die 14. Aug. in instita vulgo na budzie śledziowej in foro circuli Posn. sita inscriptus, quod chyrographum actis publicis roborari debet. Census iste percipitur.

38. Census marc. 6 et gross. 12 ex censu integro 9 marc. et gross. 12 a summa 151 marc. cum dimidia de bonis Stobnica et Brzanczewo translatus in Tomiszewo, deinde in Chomencice, deinde in Konarzewo, tandem in bona villae minoris Lubień dist. Caliss. act. Cast. Posn. feria VI. ipso festo s. Mariae ad Nives a. 1541 inscriptus, quae inscriptio ingrossata est act. Consist. Posn. de a. 1483. Census iste ab a. 1634 retentus est, sed iure vindicari coepit. Obligatio ignoratur, quia primaria inscriptio deest, quae tamen omnino inquirenda.

39. Census marc. 6 a summa marc. 100 foundationis olim Ven. Pauli de Zakroczyn pro anniversario tricesima, pro cereis ad maius altare, pro organario et calcantista act. Consist. Posn. a. 1483 die 1. Oct. inscriptus et deinde ex sententia lata commissionis Officii a. 1499 die 9. Oct. pro fabrica ecclae dispositus, in bonis villae Stobnica seu oppidi et villae Brzenczewo act. Capitan. Maioris Poloniae Posn. feria III. post Dom. Invocavit a. 1470 resignatus, super quo censu concordia facta est coram notario Apost. a. 1495 die 9. Sept., quae in act. Consist. Posn. fuit approbata anno et die superius citato. Census iste ab immemorabili non



percipitur nec est ullum vestigium circa eccliam iuris possessorii illius.

40. Census a summa fl. 140, primo act. metricae Capit. Cathedr. Posn. a. 1617 die 6. Apr. pro anniversario pro defuncto sacerdote et missa votiva de s. Matthaeo in domo Andreae olim Knychala inscriptus, deinde in domum Michaelis Wolff, ruficerdonis civis Posn., act. Consist. Posn. a. 1646 die 1. Aug. translatus. Domus haec est in Garbary, postea dicta Fulmanowska, sed incendio sublata et per commissionem Apost. census iste est cassatus.

41. Census a summa fl. 150 in et super lapidea Pacikowska nuncupata in platea serrifabrorum inter lapideas Jacobi Glinkiewicz gladificis ab una et Joa. Walentynuszewicz aurifabri sita parte ex altera act. Consist. Posn. a. 1687 die 12. Oct. per Laur. Barczat, civ. Posn., inscriptus. Census hic ad praesens est investigabilis.

42. Census a summa fl. 50 de manibus executorum testamenti Ven. olim Jacobi a Paruszewo, vicedec. Posn., per Laur. Wieprzokowicz, civem Chwaliszew., levata in et super domo sua inter domos Stan. Rozmaity ab una et Barthol. Stoiek, civium Chwaliszew., parte ab altera sita act. civil. Chwaliszew. feria VI. post fest. s. Luciae a. 1650 pro decantanda missa votiva de ss. Trinitate quotannis in hac Collegiata cum collecta pro eodem fundatore inscriptus. Census hic utpote investigabilis non percipitur et obligationi non satisfit.

43. Census a summa fl. 100 foundationis olim Simonis Celinski, can. Coll., pro missa votiva in festo ss. Simonis et Judae in hac ecclia quotannis pro anima dicti fundatoris decantanda in et super domo Andreae Sypniewski, civis Chwaliszew., in platea olim Piekary inter fundum Andreae Helconis ab una et domum Wykaykowsky, civium Chwaliszew., parte ab altera sita act. civ. Chwaliszew. feria VI. post fest. Ascens. Dni a. 1689 inscriptus. Census hic ad praesens investigabilis non percipitur et obligationi non satisfit.

44. Census a summa fl. 100 ex domo Simonis Rhab, lucularii civis Posn., in domum lapideam suam in magna platea in acie penes domum lapideam Spect. Jacobi Brocki vicinaliter sitam translatus act. Advoc. Posn. feria IV. pridie Exalt. s. Crucis a. 1623 inscriptus, quae lapidea deinde fuit Schmitow, sed inundatione aquarum ruinata, et census deperit.



45. Census a summa fl. 200 testamento olim Rev. Joa Reguli pro votiva in hac eccla quotannis decantanda in festo s. Joa. ante Portam Latinam in domo Golembiowiczow, sutorum oppidanorum Chwaliszew., act. Advoc. Chwaliszew. feria III. post fest. s. Stanislai Ep. a. 1683 inscriptus. Domus haec fuit deinde Palczynskich, deinde Mrowinskich, deinde ruinata, et in eodem fundo exstruxit domum spect. Joa. Langa, qui census non solvit, quia in antiqua superficie inscriptus, quae ruinis deperiit, proinde obligationi non satisfit.

46. Census a summa fl. 50 foundationis olim Rev. Lucae Brzeznicki et Gregorii Vuieci, primo in bonis Joa. Kawka act. Advoc. Chwaliszew. feria II. post fest. ss. Trinit. a. 1624 inscriptus, deinde in domum Stan. Szabor Chwaliszewiae penes domum Kuslantowskie antea dictam ab una et Alberti Naporowicz parte ab altera sitam, nec non in hortum Chwaliszewiae in campo, qui ducit versus ecclam s. Nicolai translatus act. Advoc. Chwaliszew. die sabb. Pentecostes a. 1630 inscriptus. Census iste ad praesens est investigabilis.

47. Census a summa fl. 200 foundationis olim Rev. Alb. Laktanski pro anniversario in suffr. animae ipsius quotannis in hac eccla celebrando in domo Martini et Catharinae Soykiewiczow Chwaliszewiae inscriptus act. Consist. Posn. die 23. Maii a. 1690, sed domus haec inundatione deperiit et census non solvitur et obligationi non satisfit.

48. Census a summa marc. 30 per olim Hedwigem Lassocina, civ. Posn., super domo sua in vico canum Posn. sita act. officii banniti Civit. Posn. feria VI. ante fest. s. Martini a. 1574 inscriptus et deinde in domum Zajączkiewicz Chwaliszewiae act. Consist. Posn. a. 1682 translatus. Possessor huius domus fuit deinde Karczykiewicz, sub quo inundatione deperiit et census ab eo tempore non solvitur.

49. Census a summa fl. 100 testamento olim Rev. Alb. a Piątek pro duabus missis cantatis Requiem in domo et horto Blasii Jarząbek Chwaliszewiae inter domum Stan. Nalewajek ex una et praetorium Chwaliszewiense parte ab altera sita act. Consist. Posn. die 11. Jul. a. 1633 inscriptus. Domus haec desolatione deperiit et census est investigabilis, proinde obligationi non satisfit.

50. Census a summa fl. 500 foundationis Barthol. Rutkowski, can. actualis Coll., per Krayczewskie coniuges, cives Posn., charta chyrographaria sub die 19. Nov. a. 1761 et 1762 sibi



assecurata decreto iudicii Advoc. et Scabin. Posn. feria III. post Dom. Conductus die 28. Martii a. 1767 sibi adiudicata act. Cast. Posn. feria III. post Dom. Misericordiae die 20. Apr. a. 1779 seu hodie sub actu Visitationis nostrae in rem huius Capituli transfusa una cum parata intromissione in lapideam Krayczevianam de actu sabb. festi s. Petri in Vinculis die 1. Aug. a. 1767 facta et act. Advoc. Posn. sub eodem actu ingrossata. Censum ab hac summa stante vita sua reservavit sibi fundator, post sera autem sua fata cedit Capitulo cum obligatione anniversarii pro anima sua quotannis in hac eccla decantandi iuxta decretum eiusdem Capituli de a. 1768 die 9. Sept. latum.

51. Census a summa fl. 300 per olim Nob. Simonem Wodynski in lapideis suis duabus, una quidem olim Gener. Przyborowskich, postea Lipowskiego, postea ordinis PP. Praedicatorum conventus Posn. et altera ex opposito eiusdem quondam Gienczowa apothecariae, deinde Radomickich act. Consist. Posn. die 18. Junii a. 1671 inscriptus pro exhortista seu concionatore in festis solemnioribus BMV. Lapidiae hae sunt dirutae et Capitulum hoc censu abiudicatum est decreto Castr. Posn.

52. Census a summa fl. 100 in domo olim Valentini Siekacki, civis sutoris Chwaliszew., act. Consist. Posn. a. 1717 inscriptus pro anniversario in suffr. animae Rev. Joa. Czechowicz. Quae domus deinde desolatione deperiit et rudera dividenda, pro quibus Capitulo obvenerunt fl. 50, qui ad massam Capituli recepti a. 1761, deinde aliis summulis coniuncti per reductionem monetae decortatis Mgfcu Pantaleoni Bieczynski, haeredi bonorum Strzelcze, mutuo dati et per Kurzynski, can. Coll., levati, a quo processu iuridico vindicantur in hodiernum diem. Obligationi iuxta reductionem satisfit.

53. Census a summa marc. 16 in domo olim Simonis aromatarii, civ. Posn., deinde Nicolai Czochoanowicz act. iudicii banniti ordinarii Scabinorum Posn. feria VI. post Dom. Septuages. a. 1560 inscriptus, deinde a. 1774 sabb. ante fest. s. Joachim 3. Sept. levata et in thesauro Capituli deposita, ut cum aliis summis simul locetur. Obligationem nullam annexam habet.

54. Sunt et aliae inscriptiones pro variis summulis in domibus et lapideis tum Chwaliszew. tum Civitaten. in rem huius Capituli, sed quia hae domus et lapideae desolatione deperierunt et aliae in eodem fundo reaedificatae sunt, proinde et census ex illis una cum domibus exstincti sunt.



55. Spectabant etiam iure dominii ad hoc Capitulum domus tres, prima post montem Summi Posn. post palatium eppale circa stagnum eppale in vicinitate fundi Szoldrsciani, secunda ibidem in eadem vicinitate sita. Ratione primae domus per Capitulum emptae est contractus emptionis de a. 1669 die 5. Aug. et decreta Capituli Cath. firmanzia ius huius Colleg. de a. 1669 in Capitulo gener. s. Martini, item de a. 1670 die 28. Apr., item quietatio deputatorum a Capitulo Cath. huic Collegiatae data in act. Consist. Posn. die 28. Apr. a. 1670, item quietatio in act. Cons. Posn. facta a. 1670 die 18. Nov. per Nob. Joa. et Barbaram Goslinskie. Ratione secundae domus est resignatio in act. Cap. Cath. a. 1673 6. Maii facta. Sed utraque haec domus per incursionem Sueticam deperiit, fundi solum deserti sunt. Visitatio Liboviana de a. 1727 facta memorat tres fundos ibidem huius Collegiatae desertos, in quibus erant tres domunculae pro inquilinis cum hortulis. Tertia domus exstat hodie in monte vulgo na Zagorzu penes fundum praepositoralem huius Collegiatae ab una et hortum s. Nicolai parte ab altera sita cum hortulo contiguo, est lignea, scandulis ligneis tecta in statu mediocri. Haec domus fuit olim Nicolai Kożuchowski, can. Cath. Posn., super qua inscripsit summam fl. 200 pro vicecustode huius ecclae inter proventus ipsius inferius citandam, sed nescitur, a quo tempore devenerit in dominium huius Collegiatae. Probatur tamen possessio ipsius pacifica ab a. 1680 ex revisione harum domorum in libro iurium huius ecclae. Domum hanc contractu inito manuali d. d. Posn. die 19. Sept. a. 1767 Capitulum locavit ad vitae tempora Mariannae Polanowska pro summa fl. 100, ex quibus fl. 30 pro reparatione huic advitalitiae possestrici dedit Capitulum, quae domum novam exaedificavit, et Capitulum obligationem in se suscepit post fata moderna possestricis anniversarium quotannis cum una missa pro anima ipsius celebrandi, prout fusius contractus obloquitur, qui tamen in Officio roborari et approbari debet.

## 28. Obligationes Capituli in communi.

1. Licet per ordinationem Mathiae Lubienski eppi a. 1628 die 18. Sept. sub actu Visitationis eiusdem factam principale officium huius Capituli debeat esse in decantando quotidie cursu BMV. cum sua missa, festis autem solemnioribus Christi, BMV. et dedicationis ecclae duarum missarum cantatarum, ex instituto et veteri consuetudine ad praesens tamen, imo ab immemorabili



tempore solum ter in hebdomada cursus decantari solet per duos substitutos, unum presbyterum et unum clericum propter census nonnullos extinctos, alios investigabiles et reliquos dimidiatos.

2. Quoad votivas et anniversaria delegatio Apostolica facta est a. 1742, vi cuius anniversaria 14 ad 10 reducta sunt annuatim decantanda et missae votivae 9 ad 3 annuatim decantandas per olim Josephum Pawłowski, archid. Psceven. offic. gener. Posn., d. d. Posn. die 19. Dec. a. 1747. Quae reductio in omnibus punctis et conditionibus approbata fuit et confirmata a Theodoro Czartoryski, eppo Posn., die 28. Dec. eodem anno tanquam ad suprascripta delegato Apost. a S. Congregatione Concilii d. d. Romae, die 15. Dec. a. 1742. Cuius reductionis originale ad act. Consist. Posn. oblatum penes hanc eccliam asservatur. Reliquae vero obligationes hac reductione non comprehensae, hic superius inter proventus specificatae in toto adimpleri debent, praesertim anniversaria quatuor in anno foundationis Alb. Berkman, super quibus erectio facta est per olim Franc. Kaznowski, archid. Psceven. iudicem surrogatum, d. d. Posn. die 21. Jul. a. 1724. Item pro anniversariis foundationis Krajewski facta est seorsiva ordinatio ab Officio a. 1727, quae duae ordinationes, vel si aliquae posteriores exstant, quaerendae sunt et in actis Capituli conservandae, ut iis satisfiat, siquidem foundationes hae declaratae sunt non subesse reductioni superius citatae, prout ibidem legitur.

3. Pro 2 alumni familiae Berkmanow legata est testamentaria dispositione Alb. Berkman a. 1692 die 3. Dec. per Officium Posn. approbata summa fl. 1000 pro alimentis et educatione illorum in scholis. Quae summa decreto commissoriali Posn. feria II. post Rogationum die 9. Maii a. 1774 lato et ad acta Cast. Posn. feria II. post fest. ss. Trium Regum die 9. Jan. a. 1775 oblato adiudicata. A qua summa a data huius decreti Capitulum percipit census annuum et in thesauro suo reponit in defectu alumnorum ad praesens huius familiae. Quae summa non est ullo modo decortata per dictum decretum (prout falso supposebat hactenus Capitulum), sed in toto relictæ. Solum aliae summae, quae non sunt expressae in testamento, per dictum decretum cassatae sunt cum summa iniuria, siquidem inscriptiones longe posteriores sunt testamento. Qua re habet campum Capitulum prosequendi suum ius et appellandi ubi de iure ab eodem decreto, interea tamen tenetur census pro alumni habere



in thesauo suo ab a. 1774 a mille florenis per semiquatuor a centum, qui census pro quinque annis efficiet summam fl. 175 ad fest. s. Joa. anni praesentis, non autem minorem in registris Capituli positam. Pro iisdem alumniis est summa 500 fl. in bonis Golinia locata foundationis Trzoscowiczow sive Berkmana. Item summa fl. 300 super lapidea Posn. in platea Wronecen. penes claustrum locata. Census ab istis summis per canonicum fundi Naramowskich seu Berkman repeti debent et pro alumniis converti, prout dicemus inferius sub isto canonicatu. Sed quia alumni nunc desunt, proinde mens Officii inquirenda est, in quosnam convertendi sunt usus pios census hi tam in aerario Capituli depositi et in posterum repetendi, quam per canonicum dicti fundi vindicandi. Nihil quidem iustius esset (salvo meliori iudicio Officii), quam ut dicti census cedant scholaribus de oppido Poniec, patria dicti fundatoris.

4. Obligationem suscepit in se Capitulum absolvendi annuatim duo anniversaria cum missis post sera fata Jll. Mathiae Bucholz, can. Colleg., pro anima ipsius in vim grati animi pro cessione huic Capitulo duarum summarum, primae fl. 4032, secundae tynf. vulgo bakow 500, quae nob. olim Adalberto et Luciae Lugostowiczom mutuo datae sunt per praefatum Bucholz ad chyrographum manuale et deinde cessione legali coram act. notariatus Apost. Grochowski a. 1763 die 30. Martii in rem huius Capituli transfusae, sed deinde per falsidiam ad summam duntaxat fl. 790 reductae decreto Consul. Civit. Posn. adiudicatae; ad praesens haerent in lapidea Kalkowskiego in circulo fori. Censum autem ad vitae tempora reservavit sibi donator. Sed quoniam summa haec notabiliter diminuta est, proinde requirendus erit amicabiliter per Capitulum, ut de obligatione eidem annexa velit proportionate detrudere.

5. Obligatio primitus iniuncta huic Capitulo a Mathia Łubienski eppo de a. 1631 reducta fuit ad eam, quam expressimus sub N. marginali 22 inter proventus Capituli ex dispensatione eiusdem fundatoris per litteras ad Capitulum datas in Raciąż 15. Febr. a. 1636 et per approbationem Andreae Szoldrski eppi d. d. Posn. die 20. Junii a. 1648 factam, quarum copiae asservantur inter iura Capituli et originale in archivo.

29. 6. Statuta 37 confecta sunt in Capitulis gener. huius Collegiatae et in unum libellum redacta ad bonum ordinem promovendum et disciplinam ecclesiasticam fovendam, quae



cuilibet neinstallando praeleguntur observanda, et in quolibet Capitulo gener. eorum memoria renovatur. Ut tamen maiorem auctoritatem acquirant, approbationi Locordinarii submittenda sunt.

30. Capitula generalia celebrari solent in crastino Nativit. BMV. decreto Visitationis Libovianae ex crastino Visitationis BMV. in hanc diem translata cum anniversario pro confratribus demortuis et missa votiva de Spiritu s. Exstat liber seorsivus, in quo acta Capituli tam gener. quam particularis et installationes Capitularium describuntur.

### 31. Ordo devotionis.

Festis omnibus solemnioribus BMV. solent decantari per praelatos et canonicos duplices Vesperae cum votiva solemnii de mane et concione a prandiis. Ter in hebdomada decantatur cursus BMV. mane et a prandiis per unum presbyterum et alium clericum substitutos salariatos a Capitulo. Qualibet die Dominica celebratur missa lecta et aliquando in hebdomada. Unde patet in hac primaria eccla Collegiata non ea (qua par est) frequentia personari laudes divinas.

### 32. Privilegia huius Capituli.

1. Juxta ordinem in synodis dioecesanis observatum, praesertim in synodo sub Stan. Wytwicki, eppo Posn., in eccla Cath. a. 1689 celebrata Collegiata haec immediate post Collegiatam regiam Varsavien. primum locum habet.

2. Exstat circa ecclam privilegium authenticum Seren. olim Sigismundi Augusti huic Collegiatae concessum d. d. Knyszynii, die 21. Julii a. 1548 pro locandis summis in bonis regalibus.

3. Exstat similis consensus in suo originali per olim Seren. Stephanum, Poloniae regem, huic Collegiatae concessus d. d. Cracoviae, d. 11. Junii a. 1585 super locanda certa summa in bonis regalibus vel terrestribus.

4. Exstat item copia consensus Seren. Augusti III., Poloniarum regis, approbatorii summarum in bonis Civit. Posn. inscriptarum, tum ad custodiam, tum ad totum Capitulum pertinentium d. d. Varsoviae, die 19. Nov. a. 1752, originale vero ad act. Cast. Posn. inductum est fer. IV. post Dom. Septuag. a. 1753.

5. Exstat in originali privilegium authenticum Cels. olim Theodori Czartoryski, eppi Posn., concedens huic Insigni Collegiatae usum almutiorum ex pellibus armelinis nigro distinctis pro praelatis et canonicis in processionibus, et festis solemnio-



ribus tam in stallis suae Collegiatae quam in aliis ecclesiis intra et extra muros Posnan. solummodo d. d. Posn., die 12. Febr. a. 1740 et ad acta Consist. Posn. anno eodem die 13. Febr. inductum. Sed viderit Capitulum, ne per non usum almutiorum amittat hoc ius distinctivum, et meminerit statuti 25. a se conditi de almutiis comparandis.

33. *Conciones* diebus solemnioribus BMV. solent fieri in hac eccla per unum Religiosum a Capitulo salariatum. Solent quidem in quolibet Capitulo gener. designari per turnum Jll. praelati et canonici ad id muneris, sed plurimorum absentia effecit, ut per Religiosum vices suas suppleant. Videatur N. 51 inter proventus communitatis.

34. *Bibliotheca* huius Capituli exstat in armario ecclesiae a cornu Evangelii in muro excavato, lignea crate et sera clauso, in qua reperiuntur libri antiquissimi sine titulis vetustate corrupti et humiditate adeo corrosi, ut aegre hodie legi queant, No. 72. Fuerunt quidem olim longe plures libri (prout ex antiquo elencho apparet inter iura ecclae connotato) ascendentes ad numerum 211, sed hi iniuria temporum deperierunt neque a modernis possessoribus ulla eorum habetur memoria. Ut autem saltem illi, qui residui sunt, non depereant, ordinamus praesenti Visitatione cavitatem muri pro conservandis libris asseribus obducendam, ne humiditate vitientur, et per secretarium Capituli cathalogum eorum in separato libro conscribendum, aestate aliquoties liberiori aerae exponendos et nemini librum ad usum extradendum nisi praevis manuali chirographo. Qui secretarius pro tempore existens simul et praefectus bibliothecae erit clavem ab ea penes se conservando.

35. *Sigillum* Capituli exstat circum eccliam cum effigie excavata in aere Visitationis BMV. tanquam tituli ecclesiae ad acta publica huius Capituli munienda.

36. *Processus* et instrumenta publica per dioecesim transmitti solita ex recentioribus aliqua conservantur in archivo ecclesiae.

37. *Archivum* Capituli, ubi iura omnia eiusdem conservantur, est in ecclesia in scrinio ligneo sera clauso, a quo procurator Capituli clavem habet vel secretarius. Ut tamen melius conservetur, liberiori aerae sub tempus aestatis aliquoties omnia monumenta exponi debent.



38.

**Praelati et Canonici**

cum suis seorsivis foundationibus et obligationibus.

**Primus praelatus Cancellarius**

fundi Glinno et Szewce collationis academiae Cracov. et Capituli s. Floriani ibidem in Kleparz, prout colligitur ex actis olim Joannis Lubranski eppli de a. 1510 et 1511 20. Augusti. De primaria huius praelaturae erectione nihil constat, prudenter tamen colligitur eam esse Cracoviae in actis Universitatis vel Capituli s. Floriani. In qua erectione dos villarum Glinno et Szewce cum decimis certis de villa regali Rataje et de villa Zgierz contineri debet. Ex actis etiam Consist. Posn. de a. 1473 et 1481 die 22. Oct., item 1476 die 20. Febr., item 1531 die 27. Julii, pariter ex actis terrest. Posn. seu in registro de a. 1433, item ibidem in principio libri de a. 1519 deducitur ex variis processibus cum academia Cracov. formatis circa bona Glinno et Szewce et circa decimas manipulares de Rataje et Zgierz, hanc dotem fuisse huius praelaturae. Exstat etiam circa eccliam documentum authenticum in pergamento descriptum sententiae definitivae decimam de Rataje cancellario adiudicantis in Officio Consist. Posn. d. d. 17. Maii a. 1396.

Ad hanc praelaturam instituebantur olim ab academia Cracov. praesentati Capitulares Colleg. s. Floriani Cracov., prout constat ex libello iurium huius ecclae, in quo dicitur pag. 23: Ex actis Consist. Posn. de a. 1511 die 20. Aug., quod Andreas Kract institutus fuerit ad cancellariam. Successu vero temporis iam ab immemorabili, licet academia Cracov. possideat hanc praelaturam, nullus tamen praesentatus ab ea nec installatus fuit, imo nescitur, quo iure et consensu praedicta academia fundum Glinno et Szewce per commutationem pro aliis bonis Cracoviae adjacentibus in manus extranearum personarum cum omni iure tradidit. Solum sub tempus Visitationis Zalaszwianae decanus s. Floriani et possessor protunc huius praelaturae per litteralem informationem docuit dictam praelaturam annexam et incorporatam fuisse decano s. Theol. Facultatis seu s. Floriani. Asseruit quidem hoc, sed nullo documento authentico probavit. Certum tamen est modernos possessores ex academia Cracov. percipere omnes proventus huius praelaturae, nullam tamen obligationem in hac ecclia adimplere, Capitulis non interesse, nihil pro necessitatibus suae sponsae contribuere, nulla onera subire, licet regulariter beneficium detur propter officium. Quare modernus possessor, qui est ad praesens Clarissimus Michæl



Deklos, in Universitate Cracov. s. Theol. Dr., et qui ad praesentem Visitationem nec personaliter, ut debebat, comparuit nec litteras informationis de statu huius praelaturae, ut saltem decens erat, misit, adcitandus est per Capitulum ubi de iure, ut doceat de erectione, fundatione, obligationibus et adimplerione earum huic praelaturae annexarum nec non de iure commutationis fundi ac de iure, quo hanc praelaturam possidet. Residentia pro cancellario nulla est neque ullus fundus. In summa circa istam praelaturam meminerit Capitulum ad executionem deducere statutum a se latum N. 27.

### 39. De praelatura secunda

lis est ab a. 1636 inter custodem et praepositum huius Collegatae utrumque contendentem de primatu in stallo, Capitulo et allegantem documenta respectiva, quae sequuntur:

#### Documenta pro parte III. custodis:

1. Bulla Sixti IV. Pontif. d. d. Romae apud s. Petrum a. 1475 pridie Iduum Sept. approbans erectionem custodiae in hac eccla cum quatuor canonicatibus per olim Andream, eppum Posn., cum consensu Cap. Cath. Posn. factam d. d. Posn. in Capitulo gener. feria II. infra Oct. ss. Ap. Petri et Pauli celebrata a. 1448. Quae bulla papalis dicit expresse: »Custodiam (quam dignitatem principalem in hac eccla esse censuit petitio hac super re eppi Andreae et Capituli Cath. Posn. eidem Papae porrecta) sub aliqua speciali vel generali reservatione per Romanos Pontifices pro tempore existentes seu per aliquos nullatenus comprehendendi ex eo, quod dignitas principalis existit,« quae in perpetuum vigore huius bullae incorporata est notario seu secretario Capituli Cath. Posn.

2. Visitatio Libowicz de a. 1727 declarat custodiam esse principalem dignitatem in hac eccla praeposito praesente nec reclamante.

3. Institutiones authenticae custodum in originali nobis exhibitae per Capitulum Cath. Posn. datae, prima Hyacintho Krynicki d. 13. Maii a. 1720, secunda Melchiori Janowski, moderno actuali custodi et secretario Capituli Cath., data 6. Febr. a. 1769. In quibus omnibus dicitur conferri custodia praedictae ecclesiae cum omnibus primariae dignitatis et praelaturae connexis. Super quo instrumento a tergo manu moderni actualis praepositi Grochowski fides installationis descripta est, quod nemine recla-



mante fuerit facta, in cuius rei fidem ipse praepositus modernus qua praesidens pro tunc Capituli manu propria se subscripsit.

4. Installatio in actis Capitularibus huius ecclae inscripta moderni custodis sub praesidentia moderni praepositi, in qua dicitur: Ad praefatam praelaturam custodiae principalemque dignitatem huius Collegiatae eiusque annexorum et connexorum modernum custodem installatum fuisse de pacifica possessione clara et sonora voce ter iterum atque iterum protestatum nemine contradicente et sese opponente d. d. 6. Febr. a. 1669.

5. Antiquitas foundationis custodiae praecedens foundationem praepositurae pro prima dignitate declaratae, quae per nullam aliam posteriorem bullam Pontificiam revocata est. Item ius possessorium per plurimos annos praesidendi Capitulis generet particul. in praesentia praepositorum non reclamantium.

6. Litterae institutionum praepositorum huius ecclae, in quibus nulla mentio est de primaria dignitate praepositi aequae ac in installationibus eorundem, quae videri possunt in actis Capituli huius ecclae.

#### Documenta pro parte Jll. praepositi:

1. Erectio praepositurae per olim Sigismundum Cielecki, praepos. Cath. et sede vacante administratorem, a. 1636 die Julii facta, in qua dicitur, quod hactenus haec Collegiata destituta fuerit praelatura prima post episcopalem, vid. praepositura, non ut aliae in Regno Collegiatae, proinde de expresso consensu et ratihabitione Collegii canonicorum ecclae praefatae BMV. per olim Albertum Biskupski, Cath. et dictae ecclae canonicum, et Gregorium a Łodzia confratrem suum in Capitulo suo ad hoc specialiter deputatos praestito praeposituram primam in eadem ecclae dignitatem fundari praepositumque locum primum in stallo, vocem cum aliis praerogativis et praeeminentiis solitis more ecclae Cathedr. ac aliarum similium in hoc Collegio ac Capitulo habere debere.

Sed huic erectioni opponitur ex parte custodis:

1. quod ad eam faciendam consensus Capituli Cath. (cuius dispositioni custodia tanquam prima dignitas per bullam Pontificiam superius citatam concessa fuit) defuerit, nam in erectione nulla ipsius fit mentio neque in actis Capituli ecclae Cath. reperitur.

2. quod haec erectio per nullam bullam Pontificiam fuerit approbata neque revocatio bullae prioris Sixti IV. favore custo-



diae latae in ordine ad avellendam ab ea principalem dignitatem subsequuta est.

3. quod administrator sede vacante qua vicarius Capituli Cath. non poterat infringere iura eiusdem tanquam sui iuris datoris nisi de expreso consensu eiusdem, qui tamen non reperitur, prout in iure canonico cautum sit.

4. quod consensus Capituli Collegiatae BMV., de quo dicitur, in erectione, fuerit controversus, prout patet ex actis Consist. Posn. die 9. Apr. a. 1636, ubi leguntur haec verba: Rev. Joa. Paulus Michałowski et Lucas Zgierski uti canonici ecclae colleg. BMV. in Summo Posn. in termino ex actis proveniente protestati sunt, quia ipsi nomine totius Collegii sui parati sunt eruntque foundationi praepositurae in dicta eccla ex rationibus certis contradicere.

5. quod rationes impugnatoriae erectionis dictae praepositurae ex parte huius Capituli contra Dom. Wolski, eiusdem fundatorem, expositae sunt in scripto eo tempore, quo de hac erectione agebatur, inter quas legitur punctum primum in haec verba: Vult Nob. Joa. Wolski, ut possessor dicti beneficii habeat primum locum et vocem cum aliis praerogativis in Capitulo, cum in multis Collegiis et Capitulis non penes D. praepositum, verum penes alium praelatum prioritas affectata sit, quod facile probari potest.

6. quod in termino ex litteris cridae pro die 14. Martii a. 1636 foundationis eiusdem praepositurae incidente nomine Capituli dictae Collegiatae exponentis dictarum litterarum cridae ac punctorum Dni fundatoris collationem cum termino ad gener. Capitulum in dicta eccla proxime pro tunc celebrandum concedi et competentem terminum, si et in quantum eidem Capitulo visum fuerit, contradicendi assignari expetentis, quod per iudicium Administratoriale ad secundam iuris concessum fuerat. Et in sequelam concessae huius dilationis communicat. copiarum termino pro die... Julii anni eiusdem de mutuo partium consensu, nempe dicti Capituli et fundatoris, certis pro tunc interiectis a Capitulo conditionibus ad erigendam dictam praeposituram pernecessariis in tenorem erectionis inserendis (quae tamen non sunt insertae et in actis Officii reperiri nequeunt) et ab utrimque porrectis Rmus administrator praeposituram erigendam decrevit. Unde patet eiusdem erectionem statim a principio multis contradictionibus obnoxiam fuisse.



7. quod consecutive eodem anno 1636 die 17. Oct. in termino ex citatione ad instantiam fundatoris eiusdem praepositurae intuitu restitutionum litterarum authenticarum erectionis eiusdem communicat. Capitulo et ab eodem retent. conventum est easdem litteras erectionis eo intuitu per Capitulum sequestratas fuisse, quod nonnulla puncta praeter intentionem praefati Capituli ibi inserta esse dignoscebantur, prout legitur in decreto restitutionis earundem ab Officio lato anno et die superius citato.

2. documentum pro parte praepositi est synodus Szoldrsciana a. 1642 Posnaniae celebrata et in Visitatione Zalaszwski de a. 1695 citata, actis eiusdem eppi inserta, ubi leguntur haec verba: Mota fuit quaestio seu dubietas de praecedentia praepositi Ecclae coll. BMV. in Summo Posn. in publicis processionibus habenda respectu custodis eiusdem ecclae, quae fuit synodalter resoluta, ut dictus praepositus et successores sui in dicta eccla omnes praelatos debeat praecedere, in publicis vero processionibus peragendis insimul cum custode, vid. a dextra parte custos, a sinistra praepositus.

Sed ex parte custodis reponitur, resolutionem citatam non reperiri in hac synodo typo expressa, solum in manuscripto eiusdem adiectam esse ad calcem post elenchum sine subscriptione secretarii synodalis, ut merito suspicari liceat eam subreptionem fuisse et forte longe post celebrationem synodi adiectam.

3. documentum ex parte praepositi est decretum Visitationis Zalaszwianae de a. 1695 die 17. Oct. latum contententibus pro tunc inter se custode et praeposito de eiusmodi praecedentia. Qui Visitor auditis partium controversiis quantum ad petitorium ad episcopum praefatas partes remisit, praepositum vero pro tunc existentem circa possessionem primi loci tantisper conservavit, appellante custode ad quem de iure, et Dnus Visitor refutavit, protestante supradicto custode de proseguenda, et Dnus stetit in decretis.

Unde inferitur pro parte custodis nunquam praepositum in pacifica possessione primi loci fuisse, semper eidem reclamatum fuisse. Deinde si resolutio synodi supra citatae pro legali fuisset agnita, tunc praefatus Visitor decrevisset standum esse tam erectioni praepositi quam assertae resolutioni.

4. documentum pro parte praepositi est manifestatio seu protestatio eiusdem de primatu sibi debito et per custodem vindicato ac praetenso coram actis Notar. Apost. facta a. 1760



die 14. Nov., ubi dicit: pro tunc existenti custodi se concessisse primatum seu ipsi soli duntaxat ab provectam aetatem et meritorum eiusdem praestantiam, non derogando tamen quidquam iuribus praepositurae suae in futurum.

Sed ex parte custodis opponitur manifestatio eiusdem coram actis Notar. Apost. a. 1769 die 20. Mart. seu brevi post suam installationem facta, ubi dicit: inter alias rationes ius suum fundantes praepositum iam post demortuum antecedaneum custodem (cuius tantum favore de primatu se non contendisse in sua manifestatione asseruerat) successoris sui moderni custodis installationi, cui praesidebat, non reclamasse neque aditum pacificae possessionis ulla voce turbavisse neque manifestationem a se factam opposuisse. Hac igitur controversia partium sub actu Visitationis nostrae ab utrimque exposita censendum esset eam partem, cuius potiora iura adinventata fuerint titulo primariae dignitatis, quo utraque pars adversa gloriari praetendit, debere etiam pari ratione cancellarium praecedere. Sed quoniam de erectione et praerogativis ipsius nulla notitia habetur et ab immemorabili tempore non installatur, quasi pro vacanti habendus est, imo praelatura eius pro extincta penitus reputanda. Tota ergo contentio de primatu in hac eccla inter custodem et praepositum versatur.

In quo negotio propositis ab utrimque rationibus et matura deliberatione perpensis decernimus custodem cum suis successoribus circa possessionem primariae dignitatis in hac eccla in choro et stallo, in Capitulo et processionibus publicis manutenendum esse non obstantibus in contrarium praeallegatis tam diu, donec aliter statuatur a Lociordinario, cuius approbationi vel reprobationi hoc decretum nostrum plene submittimus.

#### 40. Secundus praelatus Custos

ad praesens Jll. Adm. Rev. Melchior Janowski annorum 67, oriundus de Dalewo dioecesis Posn., qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authenticas nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Cath. die 19. Julii a. 1739, ad hanc praelaturam legitime praesentatus, canonice institutus die 6. Febr. a. 1769 et eodem anno die 11. Febr. in Capitulo Colleg. BMV. solemniter installatus. Ad munus notarii Apostol. per olim Franciscum Lentz, prothonotarium Apost., sub die 23. Aug. 1740 sibi collatum officiose admissus in Consist. Posn. eodem anno die 5. Dec. Quae omnia litteris authenticis nobis exhibitis rite probavit. Ad excipiendas confessiones sacramen-



tales ob provectam aetatem et infirmam valetudinem approbationem non habet. Suae praelaturae per bullam Sixti IV. superius citatam annexum est officium notarii seu secretarii Capituli Cath. Posn. Et quia bulla praedicta haec praelatura cum secretariatu declaratur esse beneficium tanquam manuale, ideo sine retentione possidet praeterea canonicatum Collegiatae s. Nicolai Posn. Insuper est senior Collegii psalteristarum in eccla Cath. Praeter haec nulla alia beneficia possidet tam in hac, quam in alia dioecesi. Penes hanc ecclesiam semper residet, licet nullam residentiam neque ullum alium fundum huic praelaturae annexum habeat. Pro familia conservat puerum et hospitam, quae familia est satis honesta et morigera.

Custodia haec est fundi Zbrudzewo, unde decima campestris cum decima lini et fertionales decimales in Ówczce Głowy et Garbatka circa oppidum Rogoźno custodi provenire debent, iuxta erectionem eiusdem superius citatam inter documenta pro parte custodis et in Libro beneficiorum dioecesis Posn. insertam de a. 1510, cuius quidem originale apud RD. Visitatorem Piasecki pro tunc officialem incendio deperiit. Originale tamen bullae Sixti IV. approbantis hanc erectionem in pergamento descriptum cum plumbo conservatur circa hanc ecclam.

Jus collationis custodiae per erectionem et bullam supra citatam pertinet ad Capitulum Cath. Posn. pro notario sive secretario eiusdem Capituli.

#### Proventus custodis:

Ex villa Zbrudzewo Civitatis SRM. Sremen. ex vi erectionis superius citatae debetur decima manipularis, de qua videantur acta Consist. Posn. de a. 1492, item Liber beneficiorum dioec. Posn. de a. 1510 conscriptus et in archivo Cap. Cath. Posn. conservatus, ubi leguntur haec verba: »Villa Zbrudzewo consulatus et civitatis Sremen. habet novem mansos, sed de his unus desertus, in medium eiusdem mansi deserti tres hortulani colunt. Ibidem duo sculteti per unum mansum possident. Et de hac villa solvitur decima manipularis custodi ecclae Colleg. s. Mariae in Summo Posn.« Est praeterea in Officio Posn. mentio huius decimae in causa inter Walknowski, praepos. Sremen., et cives Sremen. de a. 1720 die 14. Oct. Insuper processus ratione huius decimae in Cast. Posn. de a. 1717. et 1718. In possessione huius decimae erant custodes usque ad a. 1702, deinde in a. 1718 evicto processu contra cives Sremen. amabili



concordia conventum est, ut pro retroactis annis 15 solverentur pro decima custodi fl. pol. 200, ab anno autem 1717 solverentur annuatim custodi fl. p. 60 cum hac tamen clausula in qualibet quietatione ex parte custodis adiecta: »salva decima manipulari in futurum repetenda et non praeiudicando successoribus,« prout quietationes manuales consecutive in libro possessorii huius custodiae compacto luculenter edocent, imo est quietatio in Castro Posn. de a. 1723 feria II. ante fest. s. Michaelis facta per antecedaneum custodem Hyacinthum Krynicki, ubi nulla mentio fit de decima pecuniaria, solum de manipulari. Modernus custos est in possessione decimae pecuniariae 60 fl., sed in omnibus quietationibus manualibus clausulam et salvam supra dictam adiicit.

De villa Owcze Głowy capitaneatus Rogoźnen. iuxta erectionem solvi debent fertones decimales, et circa a. 1674 solvebantur annuatim fertones sex cum dimidio, deinde eodem anno die 15. Dec. concordia facta est, vigore cuius solvebatur custodi annuatim marca una. Quae solutio durabat usque ad a. 1693, prout constat ex quietationibus manualibus in libro compacto possessorii huius custodiae descriptis. Ab hoc tempore non percipitur quidquam de hac villa, sed omni meliori modo fertones isti vindicari debent.

De villa Garbatka eiusdem capitaneatus Rogoźnen. debentur fertones decimales pro custode iuxta erectionem, imo iuxta annotationem in libro possessorii huius custodiae solvebantur sex fertones de Garbatka et Piącibuki. Ultima solutio fuit in a. 1637 die 23. Mart., prout docet officiosa quietatio facta in Consist. Posn. anno et die ut immediate supra. In libro autem possessorii custodiae annotatur hanc villam esse desertam. Proinde ab ultima quietatione nihil ex illa percipitur.

De villa Miedzylisie ad oppidum Rogoźno pertinente de singulis mansisolvere debent cultores annuatim custodi per gross. 16, ratione quorum processus fuerat in Consist. Posn. a. 1678. Ius petitorium videatur in Libro beneficiorum. Tandem a. 1721 magistratus Rogoźnen. obligavit se chyrographo manuali ad solvendos quotannis de Miedzylisie fl. 5, cuius chyrographi originale insertum est in librum possessorium huius custodiae et inductum in acta Consist. Posn. anno eodem die 23. Sept. Qui census solvebatur usque ad a. 1740 inclusive, ab eo autem tempore non solvitur, prout constat ex quietationibus in toties citato libro possessorio descriptis. Sed vindicandus est.



De villa Kamionka et Oleśnica sub parochia Chodziesz sitis de singulis mansis cultores eorundem tenentur solvere fertones 6 cum dimidio, quod efficit fl. 2 gr. 18, similiter et de scultetialibus mansis, ut videre est in erectione ecclae par. in Chodziesz in Libro beneficiorum comprehensa. Numerantur in Oleśnica mansi 13, unde summa deberet provenire ex his mansis annuatim pendenda fl. 33 gr. 24, prout constat ex annotatione in libro possessorio custodiae. Sed census iste ab immemorabili non repetitur et ad praesens videtur esse investigabilis.

De villa Szumowo sub parochia Goniembicze dioec. Posn. census marc. 6 mediorum latorum grossorum olim Alberto de Szamotuły, custodi huius ecclesiae, aut illi seu illis, cui vel quibus ipse Albertus custos dictum censum legaverit testamentaliter seu donaverit, a summa fl. hung. 116 in iisdem bonis inscriptus act. Consist. Posn. die 21. Apr. a. 1455. Sed census iste ex vi inscriptionis videtur alligatus fuisse ad personam dicti Alberti, non vero ab officium custodis, proinde nullum eius exstat vestigium.

De villis Nagradowice et Wydzierzewice census marc. duarum a summa marc. 24 in praedictis bonis dist. Posn. primo in litteris Resignat. olim Lucae de Gorka, capit. Maioris Poloniae, deinde in act. Consist. Posn. a. 1528 die 22. Julii inscriptus, qui solvebatur ad a. 1720, prout constat ex libro possessorio dictae custodiae. Ab eo autem anno nullum eius percepti exstat vestigium, proinde a possessore moderno horum bonorum vindicandus est.

De villa Jeziora census marc. 5 a summa marc. 60 in iisdem bonis inscriptus olim Alberto, custodi huius ecclae, aut illi seu illis, quibus testamentaliter legaverit seu donaverit, act. Consist. Posn. a. 1455 die 3. Febr. In possessione huius census fuerunt custodes ad a. 1754 inclusive, sed ab eo tempore non vindicatus repeti debet.

De oppido Sęszewo census marc. 3 mediorum latorum grossorum a summa marcarum similium 36 in bonis huius oppidi pro custode huius Collegiatae et altarista Omnipotentis Dei ac s. Barbarae de collatione universitatis vicariorum perpetuorum Cath. ecclae act. Consist. Posn. primo a. 1492 die 2. April. per olim Mgf. Mathiam de Bnin, palatinum Posn. haeredem in Sęszewo, inscriptus. Ex hoc censu in unamquamque marcam computantur fl. pol. 16 vigore reductionis per decreta



Tribunalis Regni et nominatim per decretum feria II. post Dom. Invocavit a. 1687 latum et in act. Cast. Posn. feria III. post fest. s. Lucae Ev. a. 1740 oblatuatum, iuxta quam reductionem immediate antedecanus custos percipiebat censum, prout patet ex quietationibus eius act. Cast. Posn. factis, et quidem prima sabb. post Dom. Misericordiae a. 1722, altera ibidem feria IV. post fest. s. Francisci Conf. a. 1723, tertia ibidem feria V. post fest. s. Luciae a. 1744, quarta ibidem feria II. in crastino s. Andreae a. 1749. Deinde pro consequentibus annis quietationes manuales connotatae sunt in libro possessorio custodiae usque ad a. 1764 inclusive ad fest. s. Martini. Posthac autem ob calamitatem temporum ac ingruentiam variorum militum, maxime autem ob conflagrationem oppidi Stęszewo census hic adusque retentus est, pro quo vindicando iure egit modernus custos et decretum solutionis obtinuit ab ultima quietatione pro festo s. Joannis anni currentis in iudiciis Cast. Posn. latum feria II. post Dom. Laetare a. 1779.

De villa Daleszyno census fl. hung. 4 a summa fl. hung. 48 super iisdem bonis act. Consist. Posn. a. 1455 die 25. Junii inscriptus Alberto de Szamotuły, custodi huius ecclae, aut illi seu illis, cui vel quibus hunc censum legaverit vel donaverit. Qui ab immemorabili tempore nullo vestigio possessionis probatur, et prudenter colligitur ex inscriptione eum non officio, sed personae debitum fuisse.

#### Privilegia custodis.

1. Ex Libro beneficiorum dioecesis Posn. de a. 1510 conscripto et in archivo Capituli Cath. conservato deducitur custodem huius ecclae liberum esse ab omnibus oneribus, quae alii Capitulares subeunt. Hoc tamen privilegio non obstante modernus custos imitando exemplum sui praedecessoris officia, missas et conciones per turnum non ex obligatione, sed ex devotione, non praeiudicando tamen successoribus suis et sibi ipsi, si deinde ob provectam aetatem et infirmam valetudinem dicta officia obire non posset. Statuto etiam 10. huius Capituli libertas haec et exemptio limitata fuit, ubi decernitur tunc solummodo liberum esse debere, dum et quando Capitulum Cath. (cui ex munere secretarii adesse tenetur) celebratur vel urgentibus negotiis dicti Capituli praepeditur. Ab oneribus etiam reparationis ecclae non esse liberum, quae tamen ultro suffert modernus custos.

2. Inter statuta ecclae Cath. legitur ordinatio de a. 1510 die 29. Julii facta per olim Joa. Lubranski eppum de consensu



praelatorum et canonicorum ecclesiae Cath., quae conservat custodem Colleg. s. Mariae, qui pro tempore fuerit in possessione loci sui, ut videlicet statim et immediate post paenitentiarios et ante canonicos Cath. in processionibus incedat et locum habeat perpetuis temporibus.

#### 41. Tertius praelatus Praepositus

Jll. Franciscus Grochowski annorum 60, oriundus de Civitate Posn., qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authenticas nobis produxit. Sacerdotio initiatus in ecclesia Cath. Posn. a. 1745 sabb. ante Dom. Passionis die 3. Apr., ad praeposituram huius ecclesiae primus ex duobus candidatis electus capitulariter per vota secreta in Capitulo septim. huius Collegiatae a. 1760 die 19. Julii ad porrigendum Capitulo Cath., a quo legitime praesentatus, canonice institutus in Officio Consistorii gener. anno eodem die 16. Aug. Ad excipiendas confessiones sacramentales, imo ad munus paenitentiarum ecclesiae Cath. cum specialibus facultatibus etiam a reservatis officiose approbatus die 3. Apr. a. 1778 ad decursum trium annorum, ad munus decani foranei Posn. promotus die 5. Febr. a. 1753. Ad munus notariatus Apost. vigore litterarum Apost. sub d. Romae a collegio archivi Romanae Curiae creationis sui in notarium publicum die 4. Julii 1754, officiose admissus in Consist. Posn. anno eodem die 25. Oct. Ad licentiaturam utriusque iuris solemniter promotus in facultate iuridica almae Universitatis Cracov. cum privilegiis et praerogativis, quibus etiam ipsi doctores utriusque iuris utuntur, vigore diplomatis d. d. in collegio CC. DD. iure consultorum Universitatis Cracov. die 14. Oct. a. 1773. Pro usu capillicii ad altare munitus facultate authentica de s. Nuntiatura Varsavien. data a. 1768 die 18. Oct. Quae omnia litteris authenticis nobis exhibitis rite probavit. Penes hanc ecclesiam non residet, sed penes aliud beneficium in eadem Civitate.

Praeter hanc praelaturam possidet 1) praelaturam primicerii in ecclesia collegiata D. Magd. Posn. 2) possidet officium et beneficium paenitentiarum in ecclesia Cath. 3) in ecclesia Colleg. D. Magd. possidet altaria quattuor, pro quibus omnibus nullam retentionem nobis exhibuit asserendo ista esse beneficia simplicia in eadem Civitate, quae retentione non egent.

Pro familia conservat famulum et hospitam provecam aetate. Item conservat penes se sororem suam et aliam consanguineam bene maturas.



Praepositura haec est foundationis olim Nob. Joa. Wolski, cuius erectio facta de anno 1636 die 11. Julii in actis Consist. Posn. conservatur, et extractum authenticum illius est circa hanc ecclam.

Jus collationis praepositurae per erectionem pertinet ad Capitulum Cath. ita, ut ex duobus candidatis sibi a collegio huius ecclae propositis unum Lociordinario aut eius Officio praesentare possit et debeat.

#### Proventus praepositi.

1. Ex erectione a summa fl. pol. 1000 census foundationis Nob. Joa. Wolski per olim Barthol. Moręscium, civem Posn., in et super lapidea sua in circulo fori Posn. sita de a. 1634 fer. II. ante fest. s. Laurentii coram officio proconsulis Posn. inscriptus, deinde a. 1636 die 14. Martii in officio Consist. Posn. in fundum huius praepositurae obligatus, deinde in lapideam Brukwickich, tandem ex ea levatus in lapideas binas penes se exstantes fam. Samuelis Poklękowski, scabini et civis Posn., in platea Wronec. sitas inter vicinities ex una fam. Thomae Drzewiecki doleatoris, ex altera vero parte fundi desolati et lapideae ruinosae olim Sierpowska dictae translatus actis Consist. Posn. a. 1685 die 18. Julii. Quae lapidea ab antiquo funditus desolata est, proinde census ex ea nullus percipitur.

2. Census a summa fl. pol. 1000, olim in bonis Roszkowo ad oppidum Skoki spectantibus act. Consist. Posn. sabb. post fest. s. Andreae a. 1695 inscriptus, deinde cum consensu Officii inde levatus et super synagoga Judaeorum Posn. act. Consist. Posn. feria VI. post fest. s. Barthol. a. 1737 locatus et inscriptus, qui per semiquatuor quotannis percipitur. p. 194

3. Est fundus desertus cum horto pro residentia praepositali post montem Summi Posn. situs inter vicinities domus Capitularis ex una et residentiae canonicalis Berkmanovianae ex altera parte situs, in quo domus tempore hostilitatis funditus desolata fuit. Pro reaedificanda hac domo Jll. olim Aloisius Dunski testamentaliter disposuit aureos hung. 15, qui apud Jll. Niklewicz, antecedaneum immediate praepositum, per 10 annos steriliter haerebant, donec a moderno praeposito ab eo vindicati et florenis 330 essent aucti, ut efficerent summam fl. pol. 600. Quae summa totalis locata est per moderum praepositum in et super lapidea fam. Larecow, albipistorum civium Posn., in platea aquatica sita et ex censu annuo inscripta act. Advocat. Posn. feria V. post fest. Nativ. BMV. a. 1771. Censum cf. p. 171



istum percipit praepositus annuatim, donec excrescat una cum summa capitali in pretium sufficiens construendae novae residentiae pro praeposito, qui de eodem censu in quolibet Capitulo gener. rationem reddere tenetur.

#### Obligations praepositi.

1. Per erectionem tenetur praepositus omnia munera ac onera cum aliis praelatis et canonicis in hac eccla obire. Tenetur item quavis hebdomada per se vel suum substitutum ad maius altare in hac eccla unum missae sacrificium celebrare pro animabus fundatorum. Praeterea, si placuerit eidem, singulis festis BMV. missam de festo currenti, quae vulgo canonica dicitur, in sua persona cantare solemniter. Quibus obligationibus non satisfit ex integro, praesertim quoad secundum punctum, quia summa fundationalis deperit.

2. Ex ratione census inter proventus praepositi secundo loco positi obligatio eidem annexa ignoratur, quia inscriptio ad manus non est, quam praepositus procurare tenebitur, ut obligationem adimpleat. Tandem non multo post inventa est demum haec inscriptio in bonis villae Mrowino, Capituli Cath. haereditariis, act. Consist. Posn. per fundatorem praepositurae facta a. 1644 die 25. Julii in auctionem dotis eiusdem praepositurae sine ulla alia obligatione et per olim Joa. Branecki, offic. Posn., approbata die 9. Jan. a. 1645. Quae summa de bonis Mrowino in bona villae Roszkowo et ex iis in synagogam Posn. translata fuit actis et datis supra specificatis inter proventus praepositi secundo loco.

#### Privilegia praepositi.

1. Ex originali authentico Visitationis huius ecclae per Tholibowski eppum factae a. 1658 die 19. Julii habetur approbatio erectionis praepositurae in haec verba: »Erectionem praepositurae per olim Sigismundum Cielecki, praep. Cath. et sedis vacantis protunc administratorem, (alias nulliter ex defectu iurisdictionis factam) auctoritate nostra ordinaria approbamus, confirmamus et ratificamus.« Sed haec confirmatio non videtur fundare ius primatus pro parte praepositi, nam confirmatio episcopi non sustulit bullam Sixti IV. pro parte custodis neque adducit consensum Capituli Cath. ad dictum primatum ex custode, suo secretario, (cuius praerogativas tueri debet tanquam sui iuris patronatus et institutionis) in praepositum transferendum, maxime ex eo, quod antiquitas possessionis primatus Pontificio oraculo confirmata et nunquam revocata militet pro parte custodis.



2. Legitur in libro magno iurium huius ecclae pag. 80 aequè ac in libello iurium praepositurae pag. 58 annotatio memoriae consecrationis aliquorum altarium in hac eccla, praesertim in primo libro manu propria olim Alberti Laktanski, custodis huius Collegiatae, scripta et signata, aequè ac Joa. Reguli, praepositi eiusdem Colleg. de a. 1678 die 1. Oct., ubi praepositus primo loco se subscripsit et secundo loco custos.

Sed neque hoc exemplum unicum potest praeiudicare primatui custodis, neque unus cedens iuri suo antecessorum et successorum suorum praerogativas tollere, potissimum ex eo, quod plurima alia exempla sint praesidentiae custodis in Capitulis posterioribus annis et prioribus, etiam praesentibus nec reclamantibus praepositis, et quod primo loco scriberentur custodes, deinde praepositi, prout videre est in actis Capitularibus huius ecclae. Deinde (quod maxime fundat ius custodis) in omnibus institutionibus et installationibus custodum attribuitur eis primaria dignitas, non autem in institutionibus et installationibus praepositorum. Quare privilegia haec favore praepositi allata non possunt convellere sententiam nostram hic superius pro parte custodiae huius ecclae latam, cui constanter insistimus salvo meliori iudicio Lociordinarii.

#### 42. Quartus praelatus Scholasticus

Jll. et Adm. Rev. Andreas Burglewicz, philos. baccalaureus, annorum 76, oriundus de Kępno, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authenticas nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla paroch. Ciężyn a. 1728 die 21. Dec., ad hanc praelaturam per se ipsum fundatam officiose institutus die 10. Apr. a. 1752 et eodem anno die 22. Apr. solemniter installatus. Ad excipiendas confessiones sacram. officiose approbatus die 21. Julii a. 1777 ad decursum trium annorum. Ad munus notarii Apost. vigore litterarum authenticarum Vincentii Santini, nuntii Apost. in Polonia, d. d. Varsaviae die 18. Mart. a. 1728 promotus, sed admissionem ab Officio non habet neque hoc munus exercere curat. Ad lauream baccalaurei in alma Universitate Cracov. evectus a. 1726 die 27. Apr. Quae omnia litteris authenticis nobis exhibitis rite probavit. Penes hanc ecclam non residet, sed penes aliud beneficium in eadem Civitate. Pro familia conservat mulierem provectam aetate, honestam et morigeram.

Praeter hanc praelaturam possidet in eccla Colleg. M. Magd. duo altaria seu capellas cum officiosa institutione.



Scholasteria haec est fundi Burgleviani seu moderni possessoris sui fundatoris. Erectio ipsius in originali exstat circa eccliam in Officio Consist. Posn. facta per olim Josephum Pawłowski, offic. Posn. die 10. Apr. a. 1752.

Jus collationis huius praelaturae ex mente fundatoris ita est dispositum in consensu Capituli huius Colleg. dato pro illa erigenda die 18. Martii a. 1752 et in ipsa erectione inserto, quod videlicet post quemlibet cessum vel decessum sive suum sive successorum suorum scholasticorum Capitulum huius ecclae praevis innotescentialibus duos candidatos in alma Universitate Cracov. promotos, unum in academia Posn. actu laborantem, alterum vero itidem ibidem promotum, in dioecesi Posn. commorantem et commoraturum, almae academiae Posn. seu verius Clarissimo rectori eiusdem academiae pro tunc existenti proponet, qui ex duobus candidatis ut superius expressis unum et non tertium quempiam sub nullitate praesentationis Rev. Officio ad instituendum proponet.

#### Proventus Scholastici.

Census a summa fl. pol. 2000 primo act. Cast. Costen. in et super tota synagoga Judaeorum Lesnen. feria II. post fest. s. Margarethae a. 1744 eidem fundatori inscriptus et deinde per eum pro erigendo fundo scholasteriae in hac Collegiata transfusione officiosa coram act. Cast. Posn. feria II. post Dom. Conductus a. 1752 applicatus. Census iste ab a. 1773 retentus est, sed vindicari debet. Residentiam non habet scholasticus.

#### Obligatio scholastici.

Praeter munia et onera cum aliis praelatis et can. in hac eccla obeunda tenebuntur (iuxta erectionem) succedanei scholastici post sera fata moderni huius praelaturae possessoris et fundatoris unam missam pro anima eius illiusque parentum et consanguineorum qualibet septimana in hac eccla die bene viso per se sive suum substitutum legere. Et merito, nam perennis etiam post fata in hac eccla debet exstare memoria huius fundatoris, qui praeter dotem scholasteriae tunicam argenteam ad imaginem BMV. (quae deinde furto sublata est) et ampullas cum scutella pariter argenteas non modico sumptu pro hac eccla comparavit, prout videre est in actis eius Capitularibus a. 1753.

#### 43. Primus canonicus

Stanislaus Załuskowski, qui nec personaliter pro visitatione comparuit nec litteras excusationis vel informationis misit nec scitur, ubi ad praesens moretur, nec ulla munia et onera huius



ecclae obit. Habetur solummodo notitia ex actis Capitular., quod fuerit ad dictum canonicatum legitime praesentatus, canonicus institutus a. 1728 die 3. Maii et eodem anno die 16. Maii solemniter installatus. De aetate, patria, fide sacrorum ordinum et approbatione ad excipiendas confessiones nulla habetur notitia, quia penes hanc eccliam nunquam residet, solum per aulas magnatum vagatur in sua proventa aetate sine ullo alio titulo vel beneficio, proinde per Capitulum additandus est, ubi de iure, et vel ad residentiam vel ad resignationem dicti canonicatus compellendus. Quid si non comparuerit, pro vacanti declarandum est hoc beneficium.

Canonicatus iste est fundi Tomice, villae haereditariae ad praesens Celsissimi principis Jabłonowski, palat. Posn.

Erectio ipsius facta est per olim Andream eppum de a. 1453, sed non exstat circa eccliam, continetur tamen in Libro beneficiorum Racięskiego.

Jus collationis per erectionem spectat ad haeredes bonorum Tomice.

#### Proventus huius canonicatus.

1. Juxta annotationem in libello iurium huius ecclae est census 10 marc. in erectione expressus a summa capitali marc. 120, sed decima marca debetur pro anniversario cantando toti Capitulo. Census hic primo translatus fuit de Boguniewo in Parzęczewo in libro Resig. Cast. Posn. a. 1493, deinde in Pierzyny in libro Res. Cast. Posn. feria V. post fest. s. Barthol. a. 1508, deinde translatus in Oporowo et Lipnica. Sed summa capitalis nominatur 100 sexagenarum in libro Resig. Cast. Posn. a. 1524 et 1528 post Martini. Deinde in Bobulczyno, Staykowo et Lubasz in libro Resig. Cast. Posn. a. 1529 feria III. ante Oct. Corporis Christi. Quae summa deinde act. Consist. Posn. a. 1545 die 21. Maii levata de Bobulczyno et in depositum Cath. ecclae ad Capitulum data est. Ubi nunc haereat, plane nescitur neque de percepto censu ullum exstat vestigium. Quietatio superius citata de levata hac summa facta est cum salva reservata, quia obligatio super maiorem summam quam 100 sexagenarum reperta fuit.

2. Census marc. 8 a summa marc. 200 super bonis Zerkowo in libro Resig. Cast. Posn. a. 1546 feria III. post Trinit. inscriptus, deinde in bona Wiery, Trzebaw, Łeczyca, Łodzia translatus est in libro Resig. Cast. Posn. a. 1553 feria V. die Corporis Domini. Deinde summa capitalis, quae nominatur 200 fl., de Zerkowo

4. 20  
22  
258  
400



levata est et in Officio reposita act. Consist. Posn. a. 1552 die 20. Apr., deinde in bona Wiery, Trzebaw etc. translata, prout immediate superius dictum est. Census iste, ubi nunc haereat et an possit ad praesens investigari, plane nescitur. Quaerendus tamen est in ultima locatione.

3. In libro Alberti Gay, offic. Posn., de a. 1487 5. Dec. est quietatio de 5 marcis cap. Francisci Placzta de aquatica platea.

4. In libro eppi Urielis Gorka de a. 1479 et ibidem de a. 1489 die 11. Martii Georgius Wilczynski, can. s. Mariae, Wieleńskiego de 35 marcis, item a. 1455 die 25. Martii de 10 marcis ad rationem 70 marcarum obligat.

5. In libro Inscript. Cast. Posn. de a. 1493 Joannes Pessot, can. s. Mariae, de 10 marcis quietat. Item de 12 marcis.

Haec sunt vestigia foundationis huius canonicatus, quae circa eccliam reperimus. Ad praesens census isti videntur esse irrepitibiles, utpote per plurimos annos neglecti ab immemorabili.

De obligationibus specialibus huius canonici nulla habetur notitia. Residentiam non habet.

#### 44. Secundus canonicus

Martinus Węclewicz, praepos. Bninensis, decanus for. Sroden. annorum 84, oriundus de Woniejść dioec. Posn. Qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines auth. nobis non produxit neque personaliter in visitatione comparuit, sed per litteras solum retulit se ad s. presbyteratus ordinem promotum fuisse die 1. Aug. a. 1735, ad hunc canonicatum legitime institutum fuisse anno eodem die 26. Aug. et canonicè installatum anno eodem 27. Aug. Reliqua ignorantur de illo. Penes hanc eccliam non residet, sed penes beneficium suum parochiale. Contribuit tamen pro reparatione huius eccliae, licet nullum proventum ex illa percipiat.

Canonicatus iste est fundi Długoleka et Niedrzwie sive Niedrzakowo in Masovia sitorum bonorum Regalium super decimis de iisdem bonis canonico praedicto debitis.

Erectio huius canonicatus facta est de a. 1448 sive de a. 1498 et act. Consist. Posn. confirmata a. 1574 die 6. Maii, item renovata a. 1596 3. Julii.

Jus collationis huius canonicatus pertinet ad haeredes bonorum Bnin iuxta erectionem.

Proventus huius canonicatus: Juxta annotationes in libello iurium huius eccliae debetur huic canonico decima ex Masovia de Niedrzakowo et Długoleka in tenuta regali Saniki



et Strzelcze capitaneatus Gostinen., prout constat ex actis Consist. Posn. de a. 1537 die 21. Febr. Item in actis eiusdem Consistorii de a. 1580 citatur regium decretum pro parte huius canonici pro decimis ex iisdem villis, quae a plurimis annis non percipiuntur, et magni sumptus impendi deberent pro illis vindicandis. Neque residentiam neque fundum aliquem habet dictus canonicus.

De obligationibus illius specialibus nulla habetur notitia.

#### 45. Tertius canonicus

Mathias Bucholz, curatus Nietrzonow. dioec. Posn., qui nec personaliter pro visitatione comparuit nec litteras excusatorias absentiae et inforatorias de suo canonicatu misit. Solum ex actis Capitularibus constat eum legitime praesentatum et canonicè institutum fuisse a. 1746 die 3. Junii et eodem anno die 11. Junii solemniter installatum ad dictum canonicatum. Plura de illo ignorantur. Penes hanc eccliam non residet, sed penes suum beneficium curatum et nulla onera huius eccliae subit.

Canonicatus iste est fundi Cienino dioec. Gnesn., distr. Konin.

Erectionem non habet, sed solum translationem ex altari Sremen. foundationis olim DD. Przyjemskich et collationis in praebendam et canonicatum huius Collegiatae. Quae translatio facta est per olim Andream de Bnin eppum de a. 1467 die 17. Junii et copia illius authentica conservatur circa eccliam.

Jus collationis pertinet ad haeredes bonorum Cienino iuxta sententiam definitivam in Officio Posn. latam a. 1481 die 17. Oct.

#### Proventus huius canonici:

1. Census marc. 6 a summa marc. 72 primo in bonis villae Lubonia act. Consist. Posn. a. 1433 die 10. Martii inscriptus, deinde in villam Leszno, deinde in villam Czerwony Kościół, deinde ex hac villa translatus est et locatus act. terr. Posn. Resig. feria II. post Dom. Reminiscere a. 1525 in bonis Rogalinko, Dobiertki et Dambie, deinde ex iisdem bonis in bona villae Konarzewo translatus act. Resig. Cast. Posn. feria II. post fest. s. Barthol. a. 1599, item actis Consist. Posn. anno eodem die 3. Sept. Qui census num ad praesens haereat in dicta villa Konarzewo et num ad praesens percipitur, inquirendum est ex canonico absente.

p. 21



2. Census marcae unius a summa marc. 12 in villa Kuranowo act. Consist. Posn. a. 1455 die 3. Dec. inscriptus. De quo censu multae lites intercesserunt circa a. 1602. Utrum ad praesens percipiatur, docere debet canonicus possessor.

Residentiam non habet neque fundum ullum.

De obligationibus specialibus huius canonici nihil constat ex inscriptionibus et aliis eius documentis.

#### 46. Quartus canonicus

Bartholomaeus Rutkowski annorum 67, oriundus de Wolkowo dioec. Posn., qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Cath. Posn. a. 1746 die 26. Martii, ad hunc canonicatum legitime praesentatus, canonicè institutus die 24. Nov. a. 1752 et eodem anno solemniter installatus die 2. Dec. Ad excipiendas confessiones sacr. etiam pro casibus reservatis officiose approbatus die 9. Apr. a. 1777 ad decursum trium annorum. Quae omnia litteris authent. nobis exhibitis rite probavit. Penes hanc ecclam non residet, sed penes aliam praelaturam in eadem civitate. Praeter hunc canonicatum possidet praelaturam Custodiae in Colleg. M. Magdal. et altare s. Nicolai ibidem, item altare BMV. Częstochovien. in eccla Cath. Posn., pro quibus duabus praebendis et duobus altaribus retentionem non habet, quia in eadem civitate sunt omnia haec beneficia.

Pro familia conservat hospitam provectam aetate, honestam et morigeram.

Canonicatus iste est fundi Solec, villae eppalis, erectus est simul cum custodia per olim Andream eppum a. 1448 in Capitulo gener. feria II. infra Oct. ss. Petri et Pauli, cuius erectionis copia conservatur circa ecclam.

Jus collationis per erectionem attributum est procuratori clavis eppalis Solecensis.

Proventus huius canonicatus:

In erectione assignatur huic canonico decima de villis Zaborowo circa Xiąż et in Młyny. In cuius possessione fuerunt olim canonici, prout constat ex actis Consist. Posn. de a. 1542 die 19. Junii, sed haec decima ab immemorabili non percipitur et per non usum neglecta. Proinde omni meliori modo vindicanda est.

Residentiam nullam habet neque ullum fundum.

Obligatio canonici in erectione expressa est ad subeunda omnia officia et onera in hac eccla communia aliis praela-



tis et canonicis, quae modernus possessor ultro subit, quamvis nullum proventum percipiat.

#### 47. Quintus canonicus

Franciscus Paschalski, praepositus *Olsztyn* Olsztynensis, qui neque personaliter pro visitatione comparuit neque litteras excusatorias absentiae neque informatorias de statu huius beneficii misit. Ad hunc canonicatum legitime praesentatus, canonicè institutus a. 1753 die 28. Febr. et eodem anno die 24. Martii in Capitulo septim. solemniter installatus, prout constat ex actis eiusdem Capituli. Plura de illo ignorantur, quia ad eccliam hanc a pluribus annis non residet neque ulla officia illius et onera subit. Proinde ad citandus est ad resignationem, ut pro vacanti proponatur hic canonicatus.

Canonicatus hic est fundi Margonin, cuius erectio simul cum custodia facta est per olim Andream eppum de a. 1448 in Capitulo gener. feria II. infra Oct. ss. Petri et Pauli et conservatur in Libro privilegiorum Capituli Cath. Posn.

Jus collationis ipsius per erectionem spectat ad procuratorem clavis eppalis Posn. seu in Ciążeń.

#### Proventus huius canonici:

Ex vi erectionis debetur illi decima ex villa Margońska-Wieś seu Margonino. Fuerunt olim canonici in possessione huius decimae, prout constat ex actis Consist. Posn. de a. 1565 die 11. Dec., ubi Gallus, canonicus BMV., quietat de decima villam Margońska-Wieś. Sed per non usum diuturni temporis neglectus est hic proventus, quare omni meliori modo vindicari debet.

Residentia pro canonico nulla est neque fundus.

Obligatio nulla specialis praeter eam, quam habet immediate superior canonicus.

#### 48. Sextus canonicus

Michael Moraczewski, praepositus Skocensis, qui nec personaliter pro visitatione comparuit nec litteras excusatorias absentiae et informatorias de statu huius beneficii transmisit proinde nulla de eo dari potest notitia. Constat solum ex actis Capit. huius ecclae eum ad dictum canonicatum legitime praesentatum, canonicè institutum die 20. Junii a. 1760 ac solemniter installatum fuisse eodem anno die 21. Junii. Penes hanc eccliam non residet nec unquam residebat neque ulla eius munia et onera subivit, proinde ad resignandum per ad citationem ubi de iure compellendus est.



Canonicus hic est fundi Magnuszewskich. De erectione illius nulla habetur notitia.

Jus collationis eiusdem spectabat olim ad familiam DD. Magnuszewskich, cui adjudicatum est actis Consist. Posn. die 13. Martii a. 1521 et prius per decretum eiusdem Officii Posn. a. 1520 sabb. 4. Febr. Collatio alternatim adjudicata patronis Bernardo Magnuszewski, Christophoro Biślinski et Catharinae Chorzewska, deficientibus autem ad praesens his patronis collatio ad Lociordinarium devoluta est.

#### Proventus huius canonici:

Census fl. hung. 12 a summa fl. hung. 144 primo in oppido Jarocin locatus, deinde inde levata est medietas huius census seu 6 fl. hung. actis Consist. Posn. die 17. Julii a. 1502 altera medietate ibidem relicta. Qui census medius de Jarocin levatus locatus est super Ostrorog actis Consist. Posn. a. 1500 die 15. Julii. De eadem medietate census fusius obloquuntur act. Cast. Posn. a. 1502 feria V. in vig. Divisionis Apost., item acta Nicolai Sobotha, off. Posn., de a. 1460. Altera medietas huius census seu 6 fl. hung. translata est et locata super sortibus Skokowo, Brzuczkowo et Zdiesz a Borek act. Consist. Posn. a. 1540 die 17. Dec., item act. Cast. Posn. feria V. post Luciae a. 1539. Deinde ex oppido Borek et eius villis levata act. Inscript. Cast. Posn. Andreae Gorka capit. a. 1545 et in bonis Siedlecki (quae non nominantur in documentis ecclae) probabiliter locata, prout constat ex eodem libro Inscr. Cast. Posn. eiusdem anni, ubi leguntur haec verba: Stanislaus Siedlecki canonico BMV., Mathiae Mokronowski, eundem censum de Borek levatum cum capitali summa obligabit coram iudicio terrest. Pyzdrensi. Census iste ad praesens videtur esse investigabilis, utpote tanta diuturnitate temporum neglectus. Medietas illius haerere debet in oppido Ostrorog, unde repetendus est, et de altera medietate inquirendum in actis hic superius citatis et in actis terrest. Pyzdren. circa a. 1545, praesertim super haereditatibus familiae Siedleckich.

Residentiam non habet canonicus neque ullum fundum.

Obligatio canonici nulla est specialis praeter communem cum aliis.

#### 49. Septimus canonicus

ad praesens vacat post obitum Pauli Duszyński, ultimi sui et immediati possessoris, qui hoc anno mortuus est.



Canonicus hic est fundi Grycino cum praebenda. Erectionem habet per olim Andream de Bnin eppum factam de a. 1452, quae actis Consist. Posn. inserta est.

Jus collationis ipsius per erectionem spectat ad Rev. Officiale Posn. et Nob. proconsulem Civitatis SRM. Posn. alternatim. Quodsi iidem discordes fuerint, pro tunc devolvitur ad Lociordinarium.

#### Proventus huius canonici:

1. Census marc. 10 in erectione expressus per olim Catharinam Grycina, civem Sremen., super lapidea et macello in foro circuli sitis, piąte od wagi na prawey stronie, muratis, act. Consist. Posn. a. 1430 die 24. Julii inscriptus, super quo facta est erectio. Census iste ab immemorabili non percipitur, diuturnitate temporis neglectus et fortassis ad praesens investigabilis.

2. Census marc. 5 a summa marc. 60 primo in oppido Stobnica et Popowo act. Cast. Posn. Resign. feria V. infra Oct. Paschae a. 1488 inscriptus, deinde levatus et act. Consist. Posn. a. 1533 die 6. Junii super Chocicza et Zasuttowo locatus aequae ac act. Cast. Posn. Lucae Gorka feria VI. ante Pentecosten eodem anno, tandem inde levatus, ad 4 marcas reductus et in bonis medietatis Charbowa dioec. Gnesn. act. Consist. Posn. a. 1601 sabb. 24. Nov., item eodem anno ibidem die 7. Nov. inscriptus. Census iste ab immemorabili non percipiebatur, quia non repetebatur.

Super lapidea Posn. (de qua hic sub N. 1 diximus) est obligatio census 5 marc. et super instita mercatorum Posn. facta coram iudicio bannito Posn. feria VI. ante s. Martini Ep. a. 1420.

Residentiam nullam habet canonicus neque ullum fundum.

Obligatio canonici ex erectione est absolvendi duas missas in hac eccla qualibet hebdomada, unam sabbatho de BMV. et alteram de Requiem pro anima fundatricis. Huic obligationi utrum satisfactum sit, informatio haberi non potest ob mortem possessoris.

#### 50. Octavus canonicus

Bernardus Ryszkiewicz, praep. Trzcielen., qui nec personaliter pro visitatione comparuit nec litteras excusatorias absentiae et infortorias de statu huius beneficii transmisit. Solum ex actis Capit. constat eum ad dictum canonicatum iure devolutivo per Officium Posn. praesentatum fuisse et canonice institutum a. 1761 die 15. Maii et eodem anno ac mense die 16.



installatum solemniter. Maior informatio de illo hic et nunc haberi non potest, quia ad eccliam hanc non residet neque munia et onera cum aliis canonicis subit, quapropter additandum censemus per Capitulum ubi de iure et ad resignationem huius praebendae compellendum.

Canonicus hic est fundi Duminowo prope Sroda. Erectio ipsius facta est per olim Andream eppum simul cum custodia de a. 1448 in Capitulo gener. Posn. feria II. infra Oct. ss. Petri et Pauli celebrato.

Jus collationis ipsius per erectionem attributum est Dominis de Bnin, haeredibus in Smigiel, et suis legitimis successoribus.

#### Proventus huius canonici:

Vigore erectionis debentur huic canonico maldratae ex Duminowo prope Sroda, olim ad mensam eppalem spectantes. Fuerunt olim canonici in possessione huius proventus, prout constat ex quietatione officiosa in actis Consist. Posn. de a. 1591 die 20. Apr., ubi Thomas Treterus, can. BMV., quietat de decima villam Duminowo. Item ibidem a. 1456 die 14. Nov. maldratae de villa Duminowo can. BMV. adiudicatae. Proventus iste diuturnitate temporis neglectus ab immemorabili non percipitur, tamen omni meliori modo vindicandus est.

Residentiam nullam habet canonicus neque fundum aliquem.

Obligatio canonici nulla est specialis in erectione expressa praeter officia et onera cum aliis canonicis communia in hac eccla obeunda.

#### 51. Nonus canonicus

Casimirus Josephus Brzezinski annorum 51, oriundus de palat. Posn., qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Cath. Posn. a. 1756 die 4. Jan., ad hunc canonicatum legitime praesentatus, canonicè institutus a. 1762 die 20. Sept. et rite eodem anno die 20. Nov. installatus, ad excipiendas confessiones officiose approbatus a. 1776 die 16. Aug. ad decursum trium annorum. Quae omnia litteris authent. nobis exhibitis rite probavit. Penes eccliam hanc non residet, licet ex mente fundatoris teneatur ad residentiam in curia ab ipso fundatore exstructa. Sed haec a multis annis desolata ad praesens penitus est irreparabilis. Praeter hunc canonicatum possidet altare in eccla colleg. M. Magdal. sine retentione, quia in eadem civitate.



Canonicus hic est fundi Naramowskich, dein Truskiewiczów, dein Berkmanoviani.

De erectione ipsius plane non constat, solum ex antiquioribus ecclae monumentis habetur canonicatum hunc fundatum fuisse per Naramowskie, deinde notabiliter dotatum per olim Rndum Mathiam a Poniec.

Jus collationis iuxta antiquam possessionem et dispositionem testamenti eiusdem olim Mathiae a Poniec post extinctam eius lineam pertinet ad spectab. magistratum Ponecensem, qui unum de familia Berkmanorum praesentare debet.

Proventus huius canonici:

1. Census 1 marcae olim super domum in aggere Capituli Posn. in Chwalszewo a summa 12 marc. haerens, prout acta Consist. Posn. de a. 1482 die 22. Martii testantur. Sed ubinam nunc haereat, investigari nequit.

2. Census a summa marc. 54 primo in bonis villarum Kobelniki, Wydziałkowo et agro suburbii Grodzisko inscriptus act. Consist. Posn. die Judica a. 1476, exposit inde levatus act. Consist. Posn. a. 1577 die ultima Oct. et nescitur, ubinam haereat.

3. Census fl. pol. 16 a summa fl. 200 in medietate villae Naramowice inscriptus pro hoc canonicatu act. Cast. Posn. in libro Resig. feria II. post Dom. Conductus a. 1585. Census iste percipitur iuxta novellam legem.

4. Census fl. 12 a summa 150 Rdo olim Mathiae a Poniec, plebano et altaristae sive praebendario in sacello ecclae s. Martini extra muros Posn., vel ipsi, cui in vita post mortem suam assignaverit, de bonis villae Bonino translatus et in bonis Naramowice inscriptus act. Cast. Posn. feria II. post Dom. Jubilate a. 1582. Sed census iste videtur affectus fuisse ad personam dicti Mathiae a Poniec et nescitur, quomodo deinde de illo disposuerit, proinde non percipitur et est investigabilis.

5. Census a summa marc. 200 primo binis inscriptionibus in bonis villae Krzesiny dist. Posn. locatus, deinde cum consensu Officii in bona villae Weszkowo dist. Costen. translatus act. Cast. Posn. in iudiciis causarum Officii feria II. in vigil. Visit. BMV. a. 1680 cum obligatione absolvendi duas missas ad altare ss. Trinit., quondam Chraplewskich, in hac eccla. Census iste percipitur, sed primae inscriptiones videantur, utrum semel in anno an qualibet hebdomada absolvendae sint hae duae missae pro anima fundatoris Mathiae et consanguineorum.



6. Censu a summa fl. 500 foundationis V. Mathiae a Poniec ab eodem super Maiori Golinia dist. Costen. in libro Resig. Cast. Posn. in crastino natalis s. Joa. Bapt. a. 1598 pro scholaribus duobus Ponecensibus suis consanguineis vel eis deficientibus pro collateralibus. Qui censu a multis annis neglectus non percipitur neque scholares foveantur. Consultum proinde erit, ordinationem nostram circa istam fundationem inter obligationes Capituli in communi sub N. 3 positam ad effectum deducere.

7. Censu a summa fl. 300 super Goślina-Długa Gener. olim Alberti Zbyszewski act. Cast. Posn. in crast. natalis s. Joa. Bapt. a. 1609 inscriptus et de lapidea Bogaczykowska in platea Wronocen. Posn. translatus pro iisdem alumnis studiosis. Censu iste a multis annis non percipitur, proinde inquirendus est omni meliori modo et iuxta intentionem fundatoris impendendus.

8. Censu a summa fl. 500 in bonis villae Chraplewo act. Cast. Posn. feria II. post fest. nat. s. Joa. Bapt. a. 1599 inscriptus foundationis olim V. Mathiae a Poniec pro canonico dicti fundi sine ulla speciali obligatione. Censu percipitur.

9. Censu marc. 10 a summa fl. pol. 200 in bonis villae Mierzewo dist. Costen. act. Cast. Posn. feria VI. in crast. nat. s. Joa. Bapt. a. 1599 inscriptus ex fundatione V. Mathiae a Poniec pro eodem canonico ad pios usus. Censu iste percipitur. Sed quia visitatio Hap a. 1610 facta dicit hunc censum destinatum fuisse per fundatorem pro puellis maritandis sive viduis vel monialibus professis ex familia Winiarzewiczow, ideo omnino inquirendum est in actis Consist. Posn. testamentum eiusdem Mathiae a Poniec, ut mens ipsius vera circa istos censu saltem iuxta reductionem in Officio procurandam adimpleatur.

10. Juxta eandem visitationem Hap pro iisdem virginibus utriusque conditionis exdotandis est domus sub Castro Posn. penes domum acialem civilem Rurmagistri per D. canonicum Trzeskowski in vim perpetuitatis acquisita, de qua censu ab inquilinis percipiebatur et pro virginibus ac in reparationem eiusdem domus convertebatur. De domo hac, utrum ad praesens exstet, nulla habetur notitia, sed inquiretur.

11. Censu marc. 3 a summa marc. 50 super bonis Wiery, Łęczyca et molendini aquatici Kałnik in dist. Posn. sitis act. Cast. Posn. sabb. post Dom. Invocavit a. 1572 inscriptus pro canonico seu praebendario. Censu iste percipitur.



12. Census marc. 8 a summa fl. pol. 200 super bonis Wiery, Trzebaw, Łęczyca et Łodzia dist. Posn. act. Cast. Posn. feria V. in die Corporis Christi a. 1553 inscr. Census iste percipitur. p. 197

13. Census marc. 8 a summa marc. 100 primo in bonis Uścicie, deinde Cmakowo, deinde Łukowo, Zerniki, Bogulczyño, tandem in bonis Pozarowo Maius et Minus dist. Posn. act. Cast. Posn. feria II. post fest. s. Francisci C. a. 1652 inscriptus pro altarista altaris ss. Trinit. in hac eccla. Census iste percipitur, sed obligationes eidem annexae ignorantur.

14. Census a summa fl. 4000 testamentaria dispositione V. Alberti Berkman legata in bonis Civitat. Vschoven. in praetorio Vschoven. a. 1686 die 10. Aug. inscripta. Super quo censu stetit erectio Officii Posn. de a. 1726 die 23. Jan. applicans hanc summam ad canonicatum fundi Naramowskich et altare ss. Trinit. eidem canonicatui ab antiquo annexum, cum onere pro canonico absolvendi quavis hebdomada duo missae sacrificia, unum de Passione, alterum de Beata diebus bene visis ad idem altare pro anima Alberti sacerdotis et eius consanguineorum. Census iste percipitur iuxta novellam legem et obligationi etiam non ex integro satisfit. Super qua reductio habenda est.

15. Census a summa fl. pol. 400 in et super tota synagoga Judaeorum Posn. per decretum Commissionis Posn. feria II. post Dom. Rogationum die 9. Maii a. 1774 latum adiudicatus testamento olim Alberti Berkman a. 1692 die 3. Dec. in Consist. Posn. approbato pro vino, cera et aliis necessitatibus ad altare ss. Trinit. dispositus. Census iste percipitur.

16. Census a summa fl. 30 in domo funificis in Chwalszewo act. Advoc. Chwalszew. feria VI. post Dom. Reminiscere a. 1623 inscriptus. Census iste ad praesens est investigabilis.

17. Habet canonicus curiam ab olim Adalberto Berkman exstructam circa annum 1690, maiori parte de muro solido, satis amplam, extra Summum vulgo na Zagorzu sitam, hippocaustorum quatuor, camerarum trium cum cellario et fornice murato. Sed haec residentia partim incuria antecessorum, partim moderni possessoris penitus devastata, ita ut prorsus sit irreparabilis et inhabitabilis. Expendit quidem (prout asserit) pro reparatione illius modernus possessor 206 fl. gross 20 ab initia possessione, sed etiam per quinque annos censum ab inquilinis percipiebat. Ligna aliqua quercina ex illa combussit, lateres aliqua parte sive vendidit sive dono dedit, claustra, fores, fornaces, cratem ferream



deperdi passus est. Quodsi a 13 annis possessionis suae materialia huius antiquae domus cum consensu collatorum et Capituli divendidisset, potuisset certe pro hoc pretio novam domum minorem erigere. Sed quia id neglexit, ideo decreto Visitationis huius ordinamus, ut ex nunc reponat in thesauro Capituli pro nova domo fl. 100 et quolibet anno in posterum in Capitulo gener. pro eadem domo reponet ad thesaurum fl. 30 incipiendo a Capitulo gener. in anno currenti celebrando sub poena sequestrationis omnium suorum proventuum et aliis arbitrariis per Officium infligendis ad instantiam et ad citationem Capituli. Cui etiam commendamus, ut ad Spblem magistratum Poniecensem litteras scribat tanquam ad legitimos collatores, offerendo ipsis censum pendendum pro alumnis de Poniec oriundis foundationis Berkmanovianae in defectu eius consanguineorum et operam in eodem censu vindicando ex proventibus canonici huius fundi, et invitando suaviter ad contributionem pro exstrukione novae residentiae pro canonico et alumnis.

Pro familia conservat canonicus unam hospitam, ubi manet, et in residentia sua desolata duas inquilinas sine ullo censu.

#### Obligationes canonici:

1. Super fundatione antiqua primaria V. Mathiae a Poniec facta est ordinatio in act. Advoc. Posn. inserta de a. 1597 sabb. ante fest. ss. Simonis et Judae et altera in act. Cast. Posn. a. 1595 sabb. post trium Regum approbata per Joa. Tarnowski eppum a. 1599 die 21. Aprilis. Vigore cuius tenetur canonicus super altari Chraplewskich celebrare qualibet hebdomada duas missas lectas pro anima fundatoris et consanguineorum.

2. Juxta visitationem Zalasovianam vigore recentioris foundationis tenetur itidem ad duas missas qualibet hebdomada legendas ad dictum altare, unam de Beata, alteram Requiem iuxta mentem fundatoris Mathiae a Poniec.

3. Juxta eandem visitationem et ordinationem Officii factam de a. 1776 die 23. Jan. ratione foundationis Berkmanovianae tenetur ad duas missas qualibet hebdomada ad idem altare celebrandas, unum de Passione, alteram de Beata pro anima Alberti Berkman et consanguineorum.

Obligationibus his non ex integro satisfit ob census dimidiatos, nam unam solum missam qualibet hebdomada absolvit canonicus et praeterea duas in anno. Pro quibus omnibus petenda est reductio a Rev. Officio, ut et conscientiae et menti fundatorum omni meliori modo consulatur.



4. Tenetur praeterea canonicus ad residentiam penes hanc eccliam in sua curia ex mente fundatoris Berkman testamento suo superius citato declarata.

5. Tenetur item ad fovendos ibidem duos alumnos scholares, census iisdem assignatos (nempe a summa fl. 1900 suis locis hic citata) suo sumptu vindicare et pro eis vel illis victum procurare vel census illis extradere ac denique officium inspectoris scholastici erga illos exercere, prout latius testamentum citatum obloquitur.

Obligationibus his non satisfit ob ruinam residentiae, ob defectum alumnorum ex linea Berkmanoviana, ob census a non-gentis fl. non vindicatos, nempe: in Golinia et Długa Goślina haerentes. Solum in thesauro Capituli haerent census aliquot annorum a summa fl. 1000 in synagoga Posn. locata pro iisdem alumnis, prout diximus inter obligationes Capituli in communi.

Tenetur etiam Capitulum ex mente testamenti citati visitare bis in anno curiam Berkmanovianam, ne desoletur, sed reparetur, et videre, utrum satisfiat obligationibus tam antiquis quam modernis ad altare ss. Trinit. huic canonicatui ab antiquo adiunctum, et utrum studiosis provideatur census ac extradatur. Cuius rationem dabunt Capitulo semel post Pascha, secundo post fest. s. Michaelis. Pro quo labore habet Capitulum testamento praefato dispositum sibi censum a summa fl. 200 inclusa in summa totali fl. 1000 pro anniversariis disposita per dictum testatorem ei in synagoga Posn. haerente, de qua superius diximus. Quare obligamus Capitulum, ut hanc mentem testatoris in toto adimpleat.

Legitur in visitatione Hap, quod totius foundationis primariae huius canonicatus tutor sit praepositus M. Magdal. Posn. pro tempore existens.

## 52. Decimus canonicus

Albertus Kurzynski, cur. Rogovien. in archid. Gnesn., qui nec personaliter pro visitatione comparuit nec litteras excusatorias absentiae et informatorias de statu huius beneficii ad nos transmisit. Constat solum ex actis Capit. huius ecclae eum ad hunc canonicatum iure devolutivo officiose institutum fuisse die 3. Dec. a. 1762 et solemniter installatum a. 1763 die 12. Martii. Amplior notitia de illo dari non potest, quia ab 8 circiter annis non residet circa hanc eccliam neque munera et onera aliis communia obire curat. Quapropter adcitandus est ubi de iure et ad resignationem compellendus.



Canonicus hic est fundi Drążgowo circa Kostrzyn.

Erectionem habet simul cum custodia..., cuius originale conservatur in archivo Cap. Cath. Ius collationis per erectionem spectat ad familiam de Bnin.

Proventus huius canonici:

1. Ex vi erectionis attributi sunt huic canonico ferthones decimales ex villa Drążgowo circa Kostrzyn olim ad mensam episcopalem spectantes. Et in Libro beneficiorum dioec. Posn. de a. 1510 legitur: „Villam Drążgowo non habere praedium, sed decem et septem cum medio mansos possessionatos et novem cum medio desertos, quos colunt emethones, dant decimam ad praebendam S. M. in Summo Posn.“ Pro qua decima compositio facta est in actis Consist. Posn. de a. 1546 die 1. Oct., ubi leguntur haec verba: „Laboriosus Albertus, emetho in villa Drążgowo, ad acta Consist. sponte se submisit et obligavit sub censuris soluturum 40 marcas pecuniae monetae et numeri polonialis pro decima manipulari ex villa Drążgowo ad praebendam in ecclia colleg. S. M. in Summo Posn. proveniente per ipsum emptam etc.“ Possessio huius decimae probatur actis Consist. Posn. de a. 1507 die 28. Febr., item eodem anno ultima Junii, item ibidem de a. 1595 die 9. Junii. Ad praesens haec decima fere ab immemorabili tempore non percipitur. Sed saltem inquirenda est.

2. Census 1 marcae a summa 12 marc. primo in villa Sikorzyno act. Consist. Posn. a. 1500 die 16. Nov. inscriptus, deinde levatus inde iuxta quietationem iisdem actis a. 1540 die 17. Dec. factam et in bona Lutonie translatus probabiliter, tandem iuxta acta Consist. Posn. d. a 1551 in Junio inde levatus et in Officio repositus cum summa 12 marc. Quidnam de illo successive actum sit, nullum haberi potest vestigium.

Residentiam nullam habet canonicus neque ullum fundum.

Obligatio canonici nulla est specialis in erectione expressa praeter officia et onera communia cum aliis in hac ecclia obeunda.

### 53. Undecimus canonicus

Lucas Metelski annorum 41, oriundus de villa Snieciska dioec. Posn., qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus die 26. Febr. a. 1763 Culmsae cum litteris dimissorialibus et dispensatione ab intersticiis et temporibus. Ad hunc canonicatum legitime praesentatus, cano-



nice institutus die 18. Mart. a. 1765 et eodem anno die 20. Jul. solemniter installatus. Ad excipiendas confessiones sacr. etiam pro casibus reservatis officiose approbatus die 23. Junii a. 1778 ad decursum 3 annorum. Quae omnia litteris authent. nobis exhibitis rite probavit. Penes hanc eccliam residet. Praeter hunc canonicatum possidet vicariatum perpetuum in eccla Cath. Posn. et regimen oratorii s. Barbarae in Chwalszewo sine retentione, quia in eadem civitate. Pro familia conservat puerum et hospitam satis honestam et morigeram.

Canonicus hic est fundi Heltonum, civium Posn., cum praebenda seu altari SMV. post maius altare exstructo, quod ad praesens non exstat, ex praecentura creatus, nam a. 1481 die 12. Jan. in act. eppal. Urielis de Gorka eppi legitur, quod Andreas de Bnin suus immediatus praedecessor instituerit et erexerit in hac eccla praecentoriam sub nomine dignitatis sive personatus. Quia tamen haec dignitas nullum habuit sibi annexum officium, ideo ad instantiam honor. Dnorum Hieronymi de Wielichowo, pleb. in Pyzdry, et Adae civis Posn. Heltonum, fundatorum dictae praecentoriae et patronorum, ea suppressa est et ad simplex beneficium sive canonicatum et praebendam reducta, quam deinde dicti fundatores dotarunt.

Erectio ipsius originalis in pargameno descripta per eundem Urielem de Gorka eppum de a. 1481 die 12. Jan. facta conservatur circa eccliam.

Ius collationis ipsius per erectionem spectat ad legitimos successores familiae Heltonum, qui deficiente linea recta ad praesens sunt collaterales. Altare Heltonum annexum est huic canonicatui.

#### Proventus huius canonici:

1. Census fl. hung. a summa fl. hung. 100, qui olim fuit fundus praecentoriae, deinde huic canonicatui per erectionem attributus, primo super bonis Nozyczyno et Lisowo act. Cons. Posn. de a. 1463 inscriptus, postea inde levatus et in bonis Jaworowo archid. Gnesn. sub parochia Mielzyno inscriptus act. Consist. Posn. a. 1471 die 13. Febr. et resignatione praedictorum bonorum act. Cast. Posn. fer. VI. post fest. s. Aegidii a. 1720 facta roboratus ac super iisdem bonis assecratus. Usus huius census ac possessio ex parte canonici probatur quietatione officiosa coram act. Cast. Posn. facta de a. 1726 fer. VI. post fest. s. Martini E., item decrectis executionis cum adcitatione, primo de a. 1727 fer. III. post fest. s. Thomae Ap., secundo de a. 1773



fer. II. post fest. Exaltat. s. Crucis in iudiciis Cast. Posn. latis, tum condemnatione de a. 1730 fer. II. post Dom. Cantate in iudiciis Cast. Posn. obtenta, denique quietationibus manualibus ad a. 1775 datis. Census iste a 4 annis retentus est, sed speratur.

2. Census a summa fl. hung. 150, primo in villa Żyto-wiecko, deinde in bonis villarum Witkowiec, Ruszczki sive Ros-ciegniewice et Gorgoszewo, tandem in bonis villae Maioris Krzycko dist. Vschov. inscriptus act. in iudiciis Cast. Posn. fer. II. ante fest. s. Margarethae V. a. 1647, ex dotatione primae fundationis expressa. Census iste percipitur.

199. 3. Census a summa fl. hung. 150, primo in bonis villae Polskie Wilkowo act. Consist. Posn. a. 1479 sabb. 4. Nov. inscriptus, postea inde levatus et in bona Konarzewo translatus a. 1514 fer. V. ante Laurentii, postea inde levatus act. Consist. Posn. a. 1530 die 8. Jan. et iuxta annotationem in libello iurium ecclae huius fortasse census iste Posnaniae super lapidea olim Joa. Nawoyka pannicidae in circulo Posn. sita locatus, prout colligere licet ex obligatione coram iudicio bannito Posn. de a. 1601 fer. VI. ante fest. ss. Simonis et Judae Ap. facta per Annam olim Joa. Krammer chirurgi filiam et haeredem, uxorem praefati Joa. Nawoyka, Ven. Valentino Uniejowski, can. SMV. Hic census videtur fuisse antea obligatus super lapidea in platea Judaeorum Posn. per Jacobum Czechenhalter coram iudicio bannito Posn. a. 1555 fer. VI. ante fest. Nativ. BMV. et postea ibidem a. 1559 fer. VI. ante fest. ss. 11000 VV. Census hic pro auctione dotis huius canonicatus a fundatoribus est adiunctus et in erectione expressus, sed ad praesens est investigabilis et ab immemorabili tempore non percipitur.

#### Obligationes canonici.

1. iuxta erectionem tenetur can. ad omnia onera et munia cum aliis obeunda in hac eccla et ad cursum BMV. per se vel per alium idoneum presbyterum decantandum.

2. iuxta eandem erectionem tenetur quavis hebdomada unam missam legere in hac eccla pro defuncto Hieronymo sacerdote.

3. iuxta eandem erectionem singulis quatuor Temporibus anni tenetur legere officium defunctorum 9 lectionum et missam Requiem per se vel per alium pro defuncto eodem Hieronymo datatore huius praebendae.

Obligationibus his ex integro satisfit.



Sub actu Visitationis retulit nobis modernus possessor huius canonicatus haerere adhuc apud praedecessorem suum Jll. Joseph. Przygocki, praepos. Sremensem, nonnulla documenta, regestra et decreta relativa ad hunc canonicatum et eius foundationem. Proinde serio ei iniungimus vindicanda haec documenta, etiam iure (si alius modus non profecerit), ne apud senio confectum praepositum Sremen. depereant.

Residentiam non habet can. neque ullum fundum.

#### 54. Duodecimus canonicus

Joa. Łęcki, curatus Cerekwicen., qui nec personaliter pro visitatione comparuit nec litteras excusatorias seu informatorias de statu huius beneficii ad nos transmisit. Ex actis duntaxat Capitul. constat eum ad hunc canonicatum legitime praesentatum, institutum et installatum fuisse 6. Sept. a. 1766. Amplior notitia de illo dari non potest, quia ad hanc eccliam non residet. Onera tamen et munera illius saltem per substitutum obire curat.

Canonicus hic est fundi Brantonum, antea Struzberkow, civ. Posn.

De erectione ipsius non constat. Colligitur tamen ex annotationibus in libello iurium huius eccliae, ubi varii canonici ad praesentationem Struzberkonum et Brantonum instituti dicuntur, eum erectum fuisse circa a. 1508.

Jus collationis fuit ab antiquo in possessione Struzberkow et deinde Brantonum, ad praesens devolutum est ad eorum successores legitimos Czochrones, cives Posn.

#### Proventus huius canonici.

1. Census a summa fl. hung. 305 et gross. 6, quam Nicolaus Cepel, archidiac. Sremen., pro Margaritha Ceplewa matre sua reposuit Petro Gunicki, can. S. M. Posn., coram act. Consist. Posn. a. 1520. Qui fuit olim locatus in lapidea in circulo Posn. inter Pessel et Stanislaum Swianth iuxta litteras civiles Posn. a. 1487, postea inde translatus et super bonis villae Babino act. Cast. Posn. a. 1510 post Dom. Judica locatus, tandem a. 1516 die 21. Junii act. Consist. Posn. de Babino reemptus et super lapidea in platea aquatica Posn. Blasii Kopersmider institoris locatus et inscriptus act. Advoc. Posn. anno eodem feria VI. post fest. s. Margar. V. Census iste fuit 16 fl. hung., sed ad praesens est investigabilis.

2. Census 1 marcae a summa 12 marc. super domo Kapi-nos in platea aquatica inscriptus coram Consul. Posn. feria VI. ante Margar. a. 1516 et act. Consist. Posn. a. 1585 die 12. Maii



roboratus, ubi Gabriel Wolsztyn cum Vito Panecio, possessores successivi canonicatus eiusdem BMV., super una marca pro 12 marcis capitalis summae probaverunt censum, qui ad praesens est investigabilis, et ab immemorabili non percipiebantur praedicti census ob negligentiam possessorum.

Residentiam nullam habet can. neque ullum fundum.

Obligationes huius can. non sunt ullae notae praeter communes cum aliis, quibus modernus possessor satisfacere studet saltem per substitutum.

#### 55. Decimus tertius canonicus

Carolus Parczewski extra dioecesim commorans sine ullo alio beneficio, qui nec personaliter pro visitatione comparuit nec litteras excusatorias seu informatorias de statu huius beneficii ad nos transmisit. Constat solum ex actis Capituli eum ad praedictum can. legitime praesentatum, canonicè institutum a. 1774 die 4. Febr. et eodem anno die 5. Febr. solemniter installatum fuisse. Amplior notitia de illo haberi nequit, quia ad eccliam hanc non residet, onera tamen aliqua et munia saltem per substitutum obire non negligit.

Canonicus hic est fundi Propugnaculi Posn. vulgo Wykusz prope portam magnae plateae versus claustrum s. Domini in vicinitate Hospitalis eorundem Religiosorum in ipso muro Civitatis Posn. aedificati.

Erectio ipsius acticata est act. Consist. Posn. a. 1596 die 16. Junii et extractum ipsius authent. ex archivo Cap. Cath. Posn. extraditum est a. 1539 ad acta Consist.

Jus collationis per erectionem spectat ad fraternitatem sutorum Posn.

#### Proventus huius canonici.

1. Cens. marc. 4 ex supradicto Propugnaculo canonico pendi solitus, ratione cuius non persoluti processus Consulatu Posn. institutus est per canonicos in libro eppi Tomicki de a. 1533 et antèrius in act. Consist. Posn. de a. 1520 die 28. Nov. Demum fundus praenominatus Propugnaculi decretis iudicii Cons. Posn. de a. 1531 in mense Febr. Ven. Alberto Skrzetuszewski qua eiusdem fundi canonico adiudicatus, nec non de a. 1535 die 10. Mart. similiter adiudicatus. Cens. iste ad praesens percipitur.

2. Cens. marc. 2 a summa marc. 20 super bonis Słomowo et Zalasowo act. Cons. Posn. a. 1468 die 1. Jun. Alberto Snie-



ciska, can. BMV., et provido Joa. Białły patrono eius inscriptus. Censu hic ad praesens est investigabilis.

3. Censu a summa fl. pol. 12 super macello carniū olim Nicolai Łagoda in oppido Chwalszewo inter macella in sinistra parte eundo de civitate versus Summum quinto in ordine a fine Alberto de Snieciska, can. et alt. S M V. pro missa, vel cui testamento legaverit, inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

4. Censu marc. 2 a summa marc. 24 primo super domo Joa. Białły in platea Wronecen., deinde super molendino Castrensi post Dominicanos, deinde super domo et area inter Barthol. Błyskawa et Świątek braseatorem in platea bedellica vulgo Butelska act. Consist. Posn. die 4. Dec. a. 1500 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

5. Censu marc. 2 a summa marc. 24 super domo Annae Pisarska act. Consist. Posn. a. 1466 inscriptus, deinde super lapideam in circulo Posn. versus Castrum iisdem actis eppi Lubranski a. 1516 translatus, tandem eodem anno eisdem actis die 5. Sept. inde levatus et nescitur, ubi locatus sit. Ad praesens est investigabilis, nisi forte sit sequens:

6. Censu 2 marc. super bonis minoris Granowo Jacobo de Szamotuły, can. BMV., ad praebendam eius act. Cast. Posn. a. 1517 sabb. infra Oct. Corporis Christi inscriptus, postea inde levatus et super bonis Nagraadowice et Wydzierzewice act. Cast. Posn. a. 1524 locatus et iisdem actis a. 1537 inde levatus ac in lapidea in platea Summi act. Advoc. Posn. a. 1539 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

7. Censu marc. 3 per fraternitatem sutorum canonico suae collationis act. Advoc. Posn. feria VI. ante fest. s. Thomae Ap. a. 1539 inscriptus. Censu iste ad praesens non percipitur.

Omnes isti censu per incuriam possessorum huius canonicatus neglecti omni meliori modo investigandi sunt.

Residentiam non habet can. neque ullum fundum.

Obligatio canonici nulla est specialis praeter unam missam superius inter proventus citatam, sed nescitur quoties dicendam et ad quam intentionem, quia inscriptio deest. Obligationi huic non satisfit ob censu non persolutos et absentiam canonici.

#### 56. Decimus quartus canonicus

Simon Trzepaczynski annorum 37, oriundus ex dioec. Posn., qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Cath. Posn. a. 1766 die 24. Maii, ad hunc canonicatum legitime



provisus per Lociordinarium modernum per litteras authent. d. d. Varsaviae, die 12. Maii a. 1776 et canonice institutus anno et mense eodem die 17., tandem die 18. solemniter installatus. Ad excipiendas confessiones sacr. etiam a casibus reservatis et pro monialibus s. Benedicti Posn. officiose approbatus die 3. Febr. a. 1779 ad decursum 3 annorum. Quae omnia litteris auth. nobis exhibitis rite probavit. Penes hanc eccliam non residet, sed penes aliud beneficium in eadem civitate Posn. situm. Pro familia conservat hospitam et puerum.

Praeter hunc canonicatum possidet duo altaria et praeposituram Roratistarum in ecclia Coll. M. Magd. Posn. sine retentionis litteris, quia erectio sui canonicatus prohibet sibi beneficia alia duntaxat extra eccliam Cath. et civitatem Posn. ac suburbia.

Canonicatus hic est fundi Miescisko foundationis olim Petri de Kobylin, decani Cath. Posn., qui hanc villam suam haereditariam praevo consensu et privilegio Ser. Vladislai, regis Poloniae, d. d. Gnesnae feria III. infra Oct. Visit. BMV. a. 1424 dato pro fundo huius canonicatus resignavit. Cuius privilegii copia legalisata actis Notar. Apost. Splis Valentini Salkowski die 3. Dec. a. 1763 Posnaniae nobis exhibita est.

Erectio in pergamento descripta super eodem fundo per olim Andream eppum facta a. 1426 feria VI. in die b. Thomae Cantuariensis habetur in originali circa eccliam.

Jus collationis per erectionem attributum est familiae dicti fundatoris de Kobylino, qua deficiente ad collaterales de domo Łodzia, deinde ad familiam Starkowieckich devolutum est, in cuius possessione erat usque ad a. 1688. Tandem per Religiosum Patrem Stanislaum Starkowiecki S. J., ultimum de eadem familia, cum assistentia superiorum suorum in Mgf. Raphaellem Sarbiewski transfusum est cessione iuridica coram act. Cast. Sandomir. feria VI. post fest. Convers. s. Pauli Ap. a. 1688. Sed deinde eodem anno feria IV. in crastino festi s. Margarethae act. Cast. Chęcin. idem Raphael Sarbiewski in personam Rectoris collegii Posn. S. J. et eius successores rectores perpetuis temporibus totum hoc ius patronatus cum libera eius dispositione transfudit et transtulit. Nunc vero post extinctam societatem idem ius ad Lociordinarium devolutum est.

#### Proventus huius canonici:

Per privilegium supra citatum Vladislai regis villa Miescisko pertinet ad dictum canonicatum et praebendam et per erectionem decima in dicta villa Miescisko post omnes agros ad mensam



eppalem olim spectans huic canonicatui et praebendae in perpetuum adscripta et incorporata est. Haec villa nullum habet villanum subditum, constat quatuor casis rusticalibus, in quibus habitant quatuor inquilini alias chalupnicy ad manualet contractum. Agros habent proportionaliter dimensos et assignatos, ex quibus opera diurna iumentis propriis bis in septimana praestare communiter solent. Inventarium fundi proprium nullum est praeter tredecim oves. Tabernae, stagna, piscinae, molen-  
 dina et borrae nullae sunt, virgulta ad quinque vel sex circiter stadia extensa, quae necessitati domesticae quoad uestionem sufficiunt. Agri fere omnes montosi et arenosi. Limites graniciales potissimum ex parte villarum Sarbia et Konowo in controversia positi sunt, prout visiones et manifestationes contra haeredes praedictarum villarum luculenter edocent. Modernus tamen possessor sperat se bonis potius mediis quam iure victurum. Antecedaneus immediate possessor Jll. Boinski desolatam hanc villam ad meliorem statum reducendo non paucas impensas fecit pro extruptione curiae praedialis, braseatorii, horrei, pro reparatione casarum rusticalium, sepimentorum, purgatione agrorum etc. Quas impensas de proprio aere erogatas modernus possessor amabili compositione sibi proportionate refudit. Qui ex possessione trium annorum nihil hactenus de hoc fundo participavit. Locando enim tenutariis contractu arendatario praedictam villam per spatium duorum annorum ab inita possessione, licet pro primo anno fl. 400, pro secundo fl. 550 percepisset, tamen, quia in anno 1778 tempore inchoatae messis segetes tam hiemales quam aestivales per grandinem vix unquam visae magnitudinis adeo excussae et comminutae sunt, ut ex siligine in manipulos colligatae vix aliquot sexagenae, ex aestivali autem messe nihil quidquam congregari potuisset. Ideo pro conseminatione agrorum tam praedialium quam rusticalium omnis generis grani, pro sustentatione familiae et villanorum per integrum annum, pro contributionibus publicis ad thesaurum Regni, pro anno gratiae suo praedecessori persoluto, titulo reparationum in fundo factarum iam ultra 2260 fl. expendit. Villanos enim non potest cogere ad contributiones publicas, quia uti non subditi mallent potius ad villas Nobilium se transferre. A festo tamen s. Joannis praesentis anni ipse modernus possessor intendit hanc villulam administrare. Quae sita est in dist. Posn. in parochia Ceradz. Prata sunt duo, ex quibus colligi possunt 30 circiter currus

pro. B.  
 Ry.



foeni. Hortus pro oleribus unus longitudinis stadii unius, latitudinis stadii dimidii praeter alios hortos et pratula inquilinorum 4.

Residentiam circa hanc eccliam neque ullum alium fundum habet canonicus.

#### Obligationes canonici:

1. Ex vi erectionis tenetur canonicus impedito praedicatore ecclae Cath. Posn. vel absente, requisitus per Officialem verbum Dei in eadem ecclia praedicare. Sed quoniam ab annis fere 100 concionator ibi est ordinarius ex ordine s. Francisci Reformatorum strictioris observantiae, ideo Capitulum gener. huius ecclae in a. 1773 celebratum remisit canonicum ad Officium Posnan. pro assignandis aliis obligationibus in commutationem pro officio praedicatoris extraordinarii in ecclia Cath. Verum haec commutatio nondum ad effectum est deducta, quam tamen modernus possessor urgere conabitur.

2. Per erectionem adstrictus est canonicus ad dandam singulis annis unam thonniam cerevisiae triticeae Posnan. patrono suo in die Concept. BMV. Sed deficiente nunc patrono aequum est, ut eam elargiatur pauperibus pro anima fundatoris salvo iudicio Officii.

3. Vigore privilegii Vladislai regis superius citati iniuncta est obligatio canonico absolvendae qualibet hebdomada unius missae in hac ecclia pro anima dicti regis Vladislai nec non Hedvigis, Annae, Elisabeth et Sophiae consortium suarum, filiique Vladislai filiaeque Hedvigis nec non Alexandri Vitoldi, Magni ducis Lithuaniae, ipsiusque consortium et fratrum regis Vladislai ex eo, quia eandem villam ab omnibus servitiis expeditionalibus perpetuo liberavit. Obligationi huic rite satisfit.

#### 56. Decimus quintus canonicus

Antonius Niemojewski oriundus ex palat. Posn. annorum circiter 40, qui pro collatione sacrorum ordinum Gnesnam perrexit et ideo pro visitatione comparere non potuit. Ex actis tamen Capit. constat eum pro tunc clericum M. O. ad dictum canonicatum iam a 20 circiter annis desertum et vacantem per ius patronatus devolutum ad Officium die 17. Martii a. 1779 officiose institutum fuisse et eodem anno die 20. eiusdem mensis solemniter per plenipotentem installatum. Penes hanc ecclesiam non residet. Plura alia beneficia neque in hac neque in alia dioecesi possidet, contentus ad interim suo pingui patrimonio.

Canonicus hic est fundi Siekowo et Grobia haereditatis Dnorum Rozdrazewskich.



De erectione ipsius non constat, prudentur tamen colligitur eum circa a. 1486 erectum fuisse, nam acta Consist. Posn. et huius ecclae docent Vblem. Abraham Kieślowski primum dicti fundi possessorem et canonicum circa a. 1490 fuisse ad praesentationem haeredis in Siekowo.

Ius collationis pertinet ad familiam Rozdrazewskich, prout colligitur ex antiqua possessione in libello iurium huius ecclae adnotata.

Proventus huius canonici:

1. Census marcae 1 a summa marc. 12 mediorum latorum gross. pol. in bonis villae Chwałkowo act. Consist. Posn. a. 1473 die 14. Aug. inscriptus. Census iste neglectus non percipitur.

2. Census marcae 1 in iisdem bonis villae Chwałkowo a summa marc. 12 act. Cast. Posn. fer. IV. post Pentec. a. 1472 inscriptus, qui a multis annis neglectus non percipitur.

3. Census marcae 1 in iisdem bonis Chwałkowo act. Cast. Pyzdr. fer. V. infra Oct. Assumpt. BMV. a. 1478 inscriptus. Quae bona sunt in distr. Pyzdrensi. Sed nescitur, utrum census iste non sit idem cum praecedentibus, quia ex inscriptionibus non potest colligi, qui diuturnitate temporis neglectus non percipitur.

4. Census marca. 6 a summa marc. 100 super bonis villae Chwałkowo dioec. Gnesn. de Nowawieś et Sikorzyno translatus et inscriptus act. Consist. Posn. a. 1559 die 29. Nov. pro alt. altaris dicti Ciolek S. M. Collegiatae in Summo Posn. Census per incuriam a multis annis neglectus non percipitur.

5. Census marca. 2 a summa marc. 24 in bonis villae Wyszakowo dist. Pyzdr. act. Consist. Posn. a. 1473 die 14. Aug. inscriptus. Census iste a multis annis neglectus non percipitur.

6. De noviter reperto documento census marc. 6 a summa marc. 100 sub. N. 4 citatus de bonis villae Chwałkowo dist. Gnesn. in bona villae Krzeńlice dist. Gnesn. act. Cast. Posn. fer. III. post fest. s. Francisci a. 1561 translatus et inscriptus pro alt. altaris Rozdrazewskich in hac eccla. Census iste a multis annis neglectus non percipitur.

7. Census marca. 3 super bona Czeczeraď act. Consist. Posn. die Lunae post Palmarum a. 1530 inscriptus. Ad praesens est investigabilis et non percipitur.

8. Census marca. 5 sive 7 cum dimidia act. Consist. Posn. a. 1526 die 5. Martii in bonis Biskupice et Szczepankowo dist. Costen. inscriptus. Census iste a multis annis neglectus non percipitur.



9. Census 1 marcae a summa marc. 12, primo in bonis Stanislai Rydz, civis Rogoznen. act. Consist. Posn. inscriptus, postea iisdem actis a. 1562 die 23. Dec. in domum Mathiae de nova civitate introligatoris et Annae uxoris eius de Chwalszewo in macellis in oppido Chwalszewo circa Posnaniam inter Andream Rzepkâ et Paulum Pieknoś translatus et inscriptus. Census iste ad praesens est investigabilis.

10. Ad eundem canonicatum ab antiquo annexum est altare in hac eccla dictum Rozdrazewskich alias Ciolek, erectum circa a. 1448 per Andream eppum. Ius patronatus eiusdem ab haeredibus de Grobia masculis translatum est ad familiam Rozdrazewskich. Proventus huius altaris commixti cum proveniuntibus canonicatus et praebendae iam superius citati sunt. Praeter hos est census marc. 3 cum gross. 16 a summa marc. 40 super bonis villae Złotniki act. Consist. Posn. a. 1487 die 2. Jan. inscriptus ad idem altare. Census iste ad praesens est investigabilis.

Item census marc. 8 super bonis Jeżewo et Wycisłowo act. Consist. Posn. a. 1489 in Julio altariae adiudicatus. Sed ad praesens est investigabilis.

Item census marc. 4 a summa marc. 50 per Annam Grodzicka Ven. Thomae Rosnowski canonico et altariae act. Cast. Posn. fer. II. post Oct. Epiphan. a. 1521 inscriptus, sed nescitur super quibus bonis, proinde inscriptio videnda est. Census iste per multos annos neglectus non percipitur.

Residentiam circa eccliam non habet can. neque ullum fundum.

Obligatio canonici ignoratur aequae ac altariae, quia erectio ad manus non est, quae tamen in archivio Cap. Cath. Posn. inquirenda est. Census vindicandi et mens fundatorum (saltem iuxta reductionem ab Officio procurandam) adimplenda.

58. Decimus sextus canonicus  
vacat a pluribus annis.

Est fundi Heyda, erectus per olim Andream eppum a. 1472 die 3. Julii, fundatus per honestam Ursulam, fmti Gaspari Heyda consulis Posn. consortem.

Ius collationis post varios processus adiudicatum est familiae Grodzickich, civium Posn., et Nicielskich, civium Costen., per alternatam.

Proventus huius canonicatus:

1. Census marc. 8 a summa marc. 100, primo super mini Srocko dist. Costen. act. Consist. Posn. die 18. Jul. a. 1451



inscriptus, deinde in bona villae Bambiewo act. Cast. Posn. a. 1492 fer. IV. post Martini de minori Srocko translatus, deinde in bona villarum Objęziorze, Kowalewo et Kręzoły translatus de Wambiewo act. Cast. Posn. fer. II. post OOSS. a. 1493, item in act. Consist. Posn. die 23. Dec. a. 1530 Andreas Grodzicki uti canonicus quietat easdem obligationes. Proinde ignoratur, utrum census hic haereat adhuc in villis supradictis. Sed inquirendum est.

2. Census marc. 6 a summa marc. 100 de bonis villae Objęziorze in bona villae Mielzyno dist. Gnesn. translatus et act. Cast. Posn. fer. IV. ante fest. s. Joa. Bapt. a. 1531 super iisdem bonis inscriptus. Census iste a multis annis neglectus non percipitur.

3. Census marc. 3 a summa marc. 36 super bonis Luboniec, Czarnotki, Oczosna et Kempa de Margonin translatus et act. Cast. Posn. fer. II. Rogationum a. 1508 inscriptus. Census iste a multis annis neglectus non percipitur.

4. Census marc. 2 a summa marc. 24 super domo Martini de Młynkowo, Nicolai Grzenek et Nicolai Białasy in platea Wronecen. act. Consist. Posn. a. 1515 die 9. Jan. inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

5. Census marc. 12 a summa marc. 170 de bonis Kobylniki et Wieciołkowo et de agris suburbii in Grodzisko act. Cast. Posn. die Assumpt. BMV. a. 1524 super bona Siedlec translatus, postea inde levatus et super bona Łęczyca, Wiery translatus act. Cast. Posn. fer. V. ante fest. s. Barthol. a. 1533. Item act. Consist. Posn. 4. Dec. a. 1534 summa 200 marc. cum censu 12 marc. super iisdem villis recognoscitur. Item in act. Consist. Posn. de a. 1545 die 20. Febr. per Stephanum Grudzinski sortes utraeque villarum Łęczyca, Gora, Gorka, Łodzia, Trzebaw et Sowiniec in dote uxoris eius obligatae, censu vero praefato 12 marc. pro canonicatu et altari s. Martini oneratae liberantur. Reiciuntur vero isti census cum capitalibus summis super alias earundem villarum sortes liberas. Ad praesens hic census est investigabilis.

Residentia nulla est pro canonico neque ullus fundus.

Obligatio canonici in erectione expressa est ad cursum BMV. semper cantandum et ad missas septimanales cum ceteris mansionariis. Praeterea de nulla alia obligatione constat.

59. Praeter hos canonicatus est etiam mentio in monumentis huius ecclae de canonicatu fundi Lipinskie anti-



quitus vocitato. Cuius erectio continetur in libro Consist. Posn. Nicolai Ciotczani offic. a. 1439 ibidem in sexternione vago eppali sub Andrea de Bnin a. 1498 (?) 3. Apr. conscripto.

Canonicatus hic erectus erat super decima campestri cuiuslibet grani et seminis et lini in Lipinskie. Annotatur in libro iurium huius ecclae census pro eo super Zalesie et Zgalory act. Cast. Posn. a. 1511 inscriptus. Item census super Pacholewo act. Consist. Posn. a. 1560 die 29 Nov. recognitus et alii super lapideis domibus tam in Civitate Posn. quam in Chwaliszewo et Ostrow inscripti, sed ad praesens incerti ac investigabiles, quia canonicatus iste ab immemorabili vacat, imo sub actu visitationis Hapovianae de a. 1610 expeditae dicitur iam anti-quitus vacasse, imo praebenda ista praetenditur fuisse exstincta et translata in paenitentiariorum Cath. ecclae cum decima de Lipinskie (quam hactenus percipiunt) erectione posteriori de a. 1445 facta. Quapropter ad deprehendendam rei veritatem debet conferri cum hac erectione erectio paenitentiariorum Cath. ecclae.

60.

### Vicecustos

seu sacristianus et altaris Purific. BMV. in hac eccla ad praesens Antonius Drzewiecki annorum 42, oriundus Gnesnae, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus a. 1766 die 20. Sept., ad excipiendas confessiones sacr. officiose approbatus a. 1778 die 18. Apr. ad decursum duorum annorum. Penes hanc ecclam non residet, sed penes aliud beneficium, siquidem in eccla Colleg. s. Nicolai possidet canonicatum et beneficium Rorate in eccla Cath. Vicecustodiam autem tenet tanquam beneficium manuale.

Erectio vicecustodiae facta est de a. 1451 ipso die SS. Innocentium per olim Andream eppum simul cum altari. Cuius erectionis originale reperitur in thesauro vicariorum Cath. et iura vicecustodiae describuntur in Libro beneficiorum dioec. Posn. de a. 1510 conscripto ac in archivo Cap. Cath. Posn. conservato. Copia vero erectionis conservatur circa hanc ecclam.

Ius collationis huius beneficii per erectionem pertinet ad Collegium vicariorum Cath. ad electionem Capituli.

Proventus vicecustodis et altaristae:

1. Ex erectione census marc. 9 super macello in Posnania in platea Wratislav. per olim Michaellem de Kuczkowo empto. Census iste ad praesens est investigabilis.



2. Decima manipularis utriusque grani et seminis et lini olim ad mensam eppalem spectans de villa Krothez sub parochia Lubasz in dist. Posn. per olim Andream eppum de consensu Capituli Cath. pro campanatore sive ministro in Coll. BMV. perpetuis temporibus pleno iure donata per privilegium eiusdem eppi d. d. Posn. fer. V. infra Oct. Visit. BMV. a. 1466, quod privilegium in archivo Capituli Cath. conservatur et extractum illius circa ecclam. Haec decima decretis Consist. Posn. de a. 1535 die 25. Jun., item 1565 die 16. Febr., item eodem anno die 4. Oct. et die 10. Dec. adiudicata. Praeterea decreto tribunalitio Petricov. fer. VI. ante fest. s. Mathiae Ap. a. 1637 pariter adiudicata. Praeterea recognitione Dnorum Kostkow, haeredum in Krothez, coram act. Consist. Posn. a. 1639 die 28. Mart. oblata et manuali chyrographo facta d. d. Posn. die 10. Sept. a. 1638 assecurata pro parte vicecustodis, de cuius persolutione est quietatio coram act. Cast. Posn. fer. II. ante fest. s. Margarithae a. 1639 facta. Insuper est complanatio inter haeredes bonorum Krothez et vicecustodem huius ecclae pro solvendis quotannis loco decimae marcis pol. 12 vicecustodi d. d. Posn. die 21. Julii a. 1639 facta et act. Cast. Posn. fer. II. in crastino nat. s. Joa. Bapt. a. 1640 oblata. Sed de hac decima etiam praefato modo composita hactenus processus instituitur et totum negotium in lite pendet.

3. Census marc. 3 a summa marc. 36 super bonis oppidi Stęszewo act. Consist. Posn. a. 1492 die 2. Apr. inscriptus pro altarista de collatione vic. Cath. Census iste erronee inter proventus custodis computatus ex eo, quod sub tempus inscriptionis custos idem altare tenebat, ad praesens non percipitur, sed iure vindicatur.

4. Census sexagenarum 2 a summa fl. hung. 30 act. Consist. Posn. a. 1452 die 2. Martii in bonis villae Sobiesierne inscriptus. Census iste non percipitur.

5. Census marcae unius super domo Barbarae Sigismundi in platea Wronecen. haerens Posnaniae et quietatione officiosa coram act. Consist. Pos. a. 1464 die 10. Dec. assecuratus. Ad praesens est investigabilis.

6. Census mediae marcae a summa marc. 6 super variis domibus in civitate Posn. haerens, deinde successive ex iisdem translatus et in domo Andreae sartoris, advocati in suburbio Cap. Posn. Ostrow, pro vicecustodibus SM. inscriptus act. Cons. Posn. a. 1603 die 17. Martii. Census iste ad praesens non percipitur et est investigabilis.



7. Census marc. 2 super domo Joa. Bialły sartoris in circulo Posn. in acie retro balneum Castrense Posn. versus Castorum a summa marc. 24 act. Cons. Posn. a. 1464 die 17. Oct. inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

8. Census mediae marcae a summa marc. 6, primo in area seu horto aciali e regione stagni Capitularis ac penes hortum dictum Prądzynski hospitalis pauperum s. Barbarae in Chwaliszewo post septa caemeterii s. Nicolai obligatus, deinde in domo Głoskowa inscriptus, tandem ad 28 gross. elevatus et in domum Alberti Swieborowski oppidi Ostrow inter domos Jacobi Ozes pistoris et Stanisłai Sokołowski braseatoris vicinaliter sitam translatus et inscriptus pro vicecustode act. Cons. Posn. a. 1635 die 16. Martii. Census iste ad praesens est investigabilis.

9. Census fl. pol. 14 a summa fl. pol. 200 foundationis Nob. olim Venceslai Witowłowicz super fundo domus ac horto eidem contiguo post montem s. Nicolai inter domos fam. Martini Wolrab ex una et Rdi Martini Krajewski ex altera parte vicinaliter sito act. Cons. Posn. a. 1651 die 25. Oct. inscriptus pro missa quolibet mense in suffrag. animae fundatoris per vicecustodem absolvenda in hac eccla. Ad praesens possidet hunc fundum totum Capitulum, in quo domus erecta est alienis impensis cum consensu Capituli et iure advitalitio concesso, proinde census nullus ex hoc fundo percipitur per Capitulum et nihil vicecustodi datur.

10. Census fl. 7 a summa fl. 100 ex bonis post obitum Ven. Marci, plebani Gorazdovien., et aliunde collecta pro vicecustode huius ecclae cum onere 8 sacra sub tempus processionis a Cathedrali ad eandem Colleg. a Pascha inchoando usque ad festum ss. Trinit. ad maius altare absolvendi, act. Cons. Posn. die 10. Jul. 1641 inscriptus. Census iste percipitur, licet per legem Regni mutilatus, in bonis Chwalczyce, Zasutowo et Gąsiorowo locatus. Proinde obligationi non ex integro satisfit.

Residentiam non habet vicecustos neque ullum fundum.

Obligaciones vicecustodis:

1. Praeter expressas inter proventus eiusdem tenetur vicecustos ex vi erectionis altaris superius citatae qualibet hebdomada absolvere duas missas, unam de Assumpt. BMV., aliam pro def. sacerdote fundatore per se vel per substitutum in hac eccla ad suum altare.

2. Tenetur ex vi erectionis thesaurum et supellectilem eccl. custodire.



3. Tenetur iuxta ordinationem Jll. Goślicki ep̄pi cursum decantare et omnibus defectibus in choro attendere.

Obligationibus his nō ex integro satisfit, praesertim quoad missas, quia census fere nulli percipiuntur. Vindicandi tamen sunt et reductio missarum pro ratione census in Officio procuranda.

61. Fuerunt olim in hac ecclā plures altaristae, pro quibus in libello iurium eiusdem ecclāe sunt annotati census sequentes:

1. Census 10 marc. a summa marc. 100 quietatione officiosa per Petrum de Opalenica, alt. SMV., act. Cons. Posn. facta a. 1508 die 2. Oct. recognitus. Ad praesens investigabilis.

2. Census 8 marc. a summa marc. 100 super bonis Szczucino act. Cast. Posn. fer. III. post fest. s. Pauli a. 1469 inscriptus pro altarista altaris per Agnetem Strzelecka erecti, ad praesens est investigabilis.

3. Census marc. 7 a summa marc. 80 super lapidea Joa. Tryro a. 1458 inscriptus, ad praesens est investigabilis.

4. Census marc. 30 super bonis Pacholewo haerens et quietatione officiosa Mathiae Budziszewski can. de a. 1560 facta recognitus, ad praesens investigabilis.

62. Rector scholae fuit olim circa hanc ecclā, qui adolescentes pauperes erudiebat et missam BMV. cum eis decantabat. Proventum habuit ex censu unius marcae in domo et area Agnetis Aldestadinae in magna platea penes Woytkonem Baczta act. Cons. Posn. a. 1429 die 17. Nov. inscriptum. Iste census a multis annis est investigabilis et rector scholae a multis annis deficit. Et census marcae 1 in Łódzia.

63.\*                      Supellex huius ecclāe.

Fuit ante aliquot annos longe ditior, sed in a. 1775 die 12. Maii furto de nocte perpetrato notabiliter praesertim in argento et clenodiis diminuta est. Nam pyxis argentea, vestis pariter argentea de imagine BMV. cum corona, cum quatuor tabellis votivis, cum quatuor funiculis margaritarum orientalium et cum nonnulla supellectili ecclāe Cath. sacrilega manu hactenus incognita ablata sunt. Quod reliquum superest ex supellectili huius ecclāe, hic adnotatur.\*)

\*) Inventarium omittitur, quia minoris momenti.



## Decretum reformationis

pro eccla Collegiata BMV. in Summo Posn.

Praeclara illa Sapientiae gloriatio Deiparae virgini a tota ecclesia attributa: Radicavi in populo honorificato, et in plenitudine sanctorum detentio mea (Eccl. 24), si unquam alibi, in hac certe Insigni et primaria decanatus Posn. Collegiata suo sacro nomini et honori specialiter dicata verificanda est. Totum enim Ven. Capitulum huius ecclae sub auspiciis Div. Matris non solum praelatione in Summo, sed (quod potissimum est) vita exemplari, moribus ingenuis, studio sacrarum rerum et assiduitate in officiis divinis populum vere honorificatum ad aedificationem ceterarum ecclarum de se componere debet et plenitudinem sanctorum, in qua iucundissima sit Magnae matri detentio. Et licet multa ad hunc effectum laude digna comperimus circa hanc ecclam eiusque ministros tanquam domus Marianae inquilinos, indecens tamen reputamus, habitationem hanc sacram maiori temporis parte plane desertam et omni devotione vacuum esse. Volumus proinde, ut Illres praelati et canonici missas ex obligatione (saltem reductas per Officium) in hac eccla omnino absolvant aequae ac vicecustos, ut quolibet die celebrentur missae in hac primaria Collegiata.

Cursus BMV. iuxta ordinationes antiquas per quatuor presbyteros et duos scholares decantari solitus quotidie et nunc ad unum presbyterum et alium clericum reductus, ut iuxta novam ordinationem in Officio procurandam iugiter decantetur per clericum semper superpelliceatum voce distincta et cum debitis pausis, ordinamus, neque vicecustos pro se alium clericum substituat in hoc officio adimplendo.

Pro anniversariis, missis votivis ac aliis obligationibus tam communibus quam particularibus pro ratione censuum diminutorum nova reductio petenda est in Officio, ne mens fundatorum, saltem quoad fieri potest, suo effectu frustretur.

Vacantes canonicatus et altaria, ut coniungantur vel aliis tenuioribus praebendis in hac eccla incorporentur cum ordinatione obligationum, instabit sedulo in Officio Capitulum. Cuius etiam muneris erit, census retentos omni meliori modo vindicare, ne per incuriam cum irreparabili huius ecclae damno depereant, prout pluribus iam idem evenit.

Præpositus habens in erectione obligationem sibi impositam absolvendi unius missae sacrificii qualibet hebdomada in hac eccla, ut saltem reductam in Officio hanc obligationem



adimpleat pro anima fundatoris per se vel suum substitutum, magnopere commendamus. Cuius etiam liberalitatis et pietatis erit, foundationem pro nova praepositi residentia\* tum a suo praedecessore tum a se factam augere, saltem ad rationem fl. 30 pro quolibet anno suae possessionis.

Residentia fundi Berkmanoviani omnino diruenda est, ne opprobrio sit huic Insigni Collegiatae, cum his tamen prae-cautionibus, quas inter obligationes huius canonici et Capituli totius in communi hic superius praescripsimus, observando ordinationem nostram ibidem positam circa foundationem pro alumnis familiae Berkmanovianae.

Circa fundos desertos huius Capituli mens Officii exploranda est, ne steriliter iaceant, sed aliquid pro massa communi fructificare possint.

In parietibus ecclesiae rimae et hiatus notabiles tempestive obstruendi sunt, ne maiorem post se ruinam trahant.

Curabit praeterea Capitulum pro suo zelo et decoris domus Dei amore, sacristiam apparatu coloris violacei instruere, chorum antiphonariis et psalteriis, altaria portatilibus, ubi desunt, et totam suppellectilem ecclesiasticam reformare ac invigilare, ut purificatoria, corporalia, albae et mappae mundae sint neque missalia sint dilacerata.

Scholasticus prohibitam sibi omnino sciat praxim exorcisandi maleficiatos neque eam audeat exercere sine consensu in scripto Officii pro quolibet casu particulari.

In tumbris reliquiarum vitra reparentur et novarum indulgentiarum pro festis BMV. admissio in Officio procuretur.

Visitationem hanc nostram a capite ad calcem legendam in aliquot particularibus Capitulis consulto eo fine congregatis commendamus. In quolibet autem generali Capitulo saltem praecipua ipsius capita una cum decreto reformationis praelegenda ac in memoriam revocanda sunt.

Statutorum Capitularium approbatio expetenda est a Lociordinario ob maiorem illorum auctoritatem. Bibliotheca et archivum in meliori statu conservanda cum observatione ordinationum, quas sub iisdem titulis hic superius praescripsimus.

Aequum omnino ac iustitiae consonum putamus, ut neo-installati canonici, qui pro retentis obligationibus missas et alia officia divina absolvent in hac eccla et aequaliter cum antiquioribus laborant, aequale etiam cum illis stipendium percipiant, cum



eorum institutio et installatio ius ipsis tribuerit ad omnes pares cum aliis provenientes. Si tamen antiquioribus canonicis pro absolutis iam antea obligationibus aliquid ex massa debetur, haec debita antiquiora prius persolvenda sunt, nam qui prior tempore, potior est iure.

Siquidem decretum Commissionis Posnaniae celebratae inter creditores et synagogam Posn. summas nonnullas huic Capitulo ab eadem synagoga debitas et hic superius inter proventus communes citatas reiecit a. 1774, recognoscendo solum summas in testamento Ven. Berkman pro hac ecclia dispositas, evidenter autem patet hoc decretum latum fuisse in falso supposito citans nempe testamentum pro actu posteriori his omnibus inscriptionibus, quasi approbatum fuisset in a. 1732, cum tamen originale authenticum doceat illud approbatum fuisse testamentum in a. 1692, inscriptiones autem in synagoga longe posteriores esse testamento, primam nempe de a. 1718, secundam de a. 1724. Proinde Capitulum iniuriatum per tale decretum omnino contra illud agere debet ubi de iure.

Contractus iuris advitalitii concessi super domo et fundo Capituli Nob. virgini Polanowska approbari debet per Officium.

Denique ea omnia seriae executioni danda commendamus, quae sparsim suis locis respectivis in tractu huius Visitationis adnotavimus, vovendo omnibus et singulis huius Insignis Collegiatae ministris prosperrimos successus, vitam longam, sanctam, meritis honoribusque plenam. Ad quem effectum obtinendum copiosam benedictionem divinam precamur, nostram plenissimo corde impetimus.

Finita 3. Maii eodem anno.



# Visitatio

## Ecclesiae Collegiatae et parochialis s. Nicolai Posnaniensis

anno Dni 1779 die 9. Maii expedita.

1. Visitaciones anteriores huius ecclae productae sunt quinque: 1) Gaspari Hap, archidiac. Srem., de a. 1611, 2) Mathiae Lubinski eppi de a. 1628, 3) Alberti Tholibowski eppi de a. 1658, 4) Nicolai Zalasowski, archidiac. Posn., de a. 1695 5) Francisci Libowicz, can. Posn., de a. 1727.

2. Ecclesia haec est de muro solido constructa in formam ovalem satis amplam.

3. De primaeva ipsius erectione, quando fuit solum parochialis, plane non constat. Habetur tamen ex monumentis authent. eam postea fundatam et a fundamentis exstructam fuisse per olim Adamum de Dąbrowa, dec. Posn., circa a. 1464. Qui fundator eandem in collegiatam erigi per olim Andream eppum curavit sub ratihabitione et consensu Capituli Cath. Posn. aequae ac Hon. Michaelis de Kęblów, protunc dictae ecclae rectoris, a. 1477 die ultima Julii. Tandem in a. 1484 Uriel de Gorka eppus eandem erectionem perfecit pro praeposito et octo canonicis die 3. Julii et litteras erectionis extradidit. Quarum originale in pergamenis descriptum reperimus circa eccliam.

4. Jus collationis praepositi huius ecclae per erectionem pertinet ad Collegium vicariorum Cath. Posn., qui seniores in gremio sui ad hanc praeposituram praesentare debent.

Jus collationis vero canonicatum in hac ecclia per eandem erectionem attributum est Spbli magistratui Costensi.

5. De consecratione huius ecclae nullo documento authent. constat. Signa tamen visibilia in parietibus et dies anniversaria dedicationis Dom. IV. post Pascha celebrari solita probant illam fuisse consecratam.

6. Patronus titularis huius ecclae est s. Nicolaus Pont.



7. Parochiae ei limitrophae sunt ab oriente s. Margaritae V. in oppido Srodka, a meridie s. Rochi, ab occidente M. Magdal., a septentrione parochia s. Adalberti.

8. Est matrix et nulli ecclae unita, habens affiliatam sibi ecclam s. Sebastiani.

9. Parochia haec concluditur in longum et latum aliquot duntaxat stadiis.

10. Curae animarum ipsius subest totum oppidum Chwalszewiense, totus circuitus circa Summum usque ad pontem, qui ducit in Ostrowek, et praeterea aliquot domunculae circa ecclam s. Sebastiani.

11. Cura animarum est penes praepositum loci et eius substitutum, quem ex vi erectionis fovere debet. Tenentur tamen canonici, praebendarii et altariae ex vi erectionis adiuvere praepositum in excipiendis confessionibus sacramentalibus diebus solemnioribus.

12. Personae ad communionem paschalem in hac parochia reperiuntur circiter 590, quae omnes hoc anno huic obligationi satisfecerunt et quolibet anno solent satisfacere.

Impuberes et infantes pueri reperiuntur . . . . 45

„ „ „ puellae „ . . . . 78

13. Dissidentes a religione non reperiuntur in hac parochia praeter aliquot inquilinos, qui tamen neque suum oratorium neque scholam neque caemeterium nec ministrum suae religionis habent in hac parochia. Iudaeorum nullus est.

14. Reliquiae in duobus reliquiariis in maiori altari sitis habentur, nempe in uno ss. Vincentis et Amandae, in altero vero ss. Umiliati et Adaucti per Officium repositae, recognitae et instrumento authent. approbatae die 2. Apr. 1778. Praeter has continentur variae antiquae reliquiae in crucibus insertae, in statua s. Nicolai et aliis, sed nullo documento authent. roboratae, proinde venerationi publicae non sunt exponendae.

Indulgentiae altaris privilegiati pro defunctis habentur applicatae altari Immacul. Concept. BMV. ad decennium concessae a. 1771 et ibidem privilegium est appensum.

Praeter has habentur indulgentiae pro vivis absolventibus devotionem 40 horarum a primis Vesperis vig. s. Nicolai, seu indulgentia plenaria ad decennium duratura per breve Pontificium concessa d. d. Romae die 19. Sept. 1774 et eodem anno die 29. Nov. in Consistorio Posn. admissa.



16. *Status* ecclae quoad fabricam ab extra magna reparatione indiget. Parietes multis in locis sunt fissuris hiantes et male compacti, licet probe dealbati. Pavimentum est de latere cocto satis bonum. Lacunar est testudine murata clausum, sed in capella superiori super sacristiam per stillicidia summe vitiatum. Fenestrae sunt integrae. Ambona est lignea, depicta, vetus. Scamna et stalla sunt lignea, satis bona et bene disposita. Confessionalia sunt duo in eccla, lignea, satis bona, et tertium ecclae Cath. ad tempus commodatum. In medio ecclae sub testudine exstat in trabe lignea grandior effigies Crucifixi inter duos latrones et statuae BMV. s. Joa. et M. Magdalenae. Chorus est ligneus, organo maiori bono instructus. Janua ad ecclam est una cum foribus ligneis bonis et firma serratura clausis.

17. *Sacristia* a cornu Evangelii maioris altaris sita est de muro solido constructa, satis ampla cum pavimento lateritio, cum fenestra vitrea, cratibus ferreis munita, cum foribus ligneis ferro obductis et bona serratura clausis, cum armariis, cistis et mensa lignea pro supellectili ecclesiastica.

*Reconditorium* ex opposito sacristiae est pariter de muro solido constructum, fornice murato clausum, sed magna reparatione indigente cum pavimento lateritio malo, cum fenestra vitrea, cratibus ferreis munita, cum cistis ligneis, cum foribus ligneis ferro obductis et bona serratura clausis.

18. *Porta* et porticus ad ecclam est una de muro solido constructa, fornice murato clausa, cum pavimento lateritio bono, probe dealbata, cum foribus ligneis vetustioribus, sed bona serratura clausis.

19. *Tectum* ecclae est duplex, inferius de scandulis ligneis, superius de tegulis lateritiis, in medio satis bonum, sed super capellis lateralibus reparatione indigens.

20. *Turris* est praegrandis, fronti ecclae unita, de muro solido constructa, sed ventorum violentia et inundatione ab annis circiter 40 concussa, multis in locis magnis hiatibus ruinam minatur, scandulis ligneis reparatione indigentibus cooperta.

21. *Campanile* est in ipsa turri, in qua pendent campanae tres maiores, quarta minor signans, de quarum consecratione nullo documento authent. constat.

22. *Caemeterium* est muro solido bono circumductum, ad quod tres patent portae sine foribus et clausura, sed cum craticulis ferreis in vestibulo, ne animalibus ad illud pateat aditus. Nundinae et mercatus in illo non solent fieri.



23. Ossorium est de muro solido in caemeterio constructum, fornice murato clausum, tegulis lateritiis coopertum, in statu satis bono.

Cryptae pro sepeliendis mortuis in eccla sunt fres fornice murato subterraneo clausae.

24. Mausolea de lapide quadro secto sunt duo, unum in eccla sub choro, aliud in caemeterio muro ecclae applicatum.

#### 24. **Altaria.**

##### Altare maius

sublato antiquo magnae ruinae obnoxio novum a fundamentis de muro solido exstructum est ac probe dealbatum, depictum et sparsim deauratum ex piis largitionibus praepti, praebendariorum et parochianorum, sed nervo hoc deficiente nondum ad suam perfectionem deductum. Aptum tamen iam est ad devotionem ibidem peragendam. In parte inferiori continet imaginem Assumpt. BMV. decenter depictam. In superiori vero exstat locus pro imagine s. Nicolai, patroni ecclae. Mensam habet de muro solido constructam, utitur portatili consecrato, cuius tamen lapis circa medium disruptus non debet adhiberi ad celebrandum. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est ad sacrificium missae celebrandum.

Hoc altare nullam erectionem habet. Est tamen fundatio pro illo fl. 1000 per olim Lucam Zgierski, praepos. huius ecclae, facta pro apponenda collecta in missis convent. singulis Dominicis et festis diebus pro anima Lucae sacerdotis, primo super bonis villarum Krzemieniewo, Swierczyna, Chmielnikowo et oppidi Gostyn act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margarithae 1667 inscripta, deinde in bona oppidi Grodzisk act. Cons. Posn. a. 1677 die 12. Aug. translata, tandem inde levata et super bonis totius synagogae Judaeorum Posn. inscripta act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Rogationum a. 1732. Census ab hac summa percipitur et obligationi annexae rite satisfit.

##### Altare secundum

a cornu Evang. imaginem D. M. Magdal. praeferens, opere celatario murato elaboratum. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili lapide consecrato ac integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est ad sacrificium missae celebrandum.

Ad hoc altare est destinata, sed nondum ad plenum effectum deducta per iuridicam transfusionem fundatio summae



fl. 3000 Nob. Thomae Jagrowski, regentis Consist. Posn., in bonis villae Konino dist. Posn. a. 1758 mense Sept. act. Cast. Posn. inscriptae in ordine ad erectionem huius altaris faciendam, quam tamen dictus fundator nondum ad effectum perduxit et censum ab hac summa ipse percipit.

Item est census a summa fl. 320 foundationis Agnetis Kulczynska pro votiva in octava s. M. Magdal. ad idem altare decantanda iuxta mentem fundatricis in domo Casimiri Barszcz, pistoris Chwalszew., act. Advoc. Chwalszew. a. 1755 die 17. Apr. inscriptus. Census iste ad praesens non percipitur ob inopiam possessorum et obligationi non satisfit.

### Altare tertium

in eadem regione situm imaginem Imm. Concept. BMV. praefrens, est ligneum, opere sculptorio elaboratum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet ligneam cum lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus...

Huic altari annexa est confraternitas sub titulo Imm. Concept. BMV. ex privilegio Clementis XI. Papae d. d. Romae, die 12. Nov. a. 1706 et in Consist. Posn. per Rev. Hieronymum Wierzbowski, suffrag. et administratorem gener. sede vacante, admisso d. d. Posn. die 13. Apr. a. 1707. Sed hoc privilegium non reperimus circa eccliam, solum ex visitatione Liboviana de illo constat. Proinde neque de statutis huius confraternitatis aliqua notitia haberi potest. Quam tamen Ven. capellanus procurare omnino tenetur et album huius confraternitatis vel antiquum inquirere vel novum conficere.

### Proventus huius confraternitatis:

1. Census à summa fl. 2000 foundationis Honor. Casimiri Czechowski, civis Chwalszew., super bonis synagogae Jud. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. ante fest. nat. s. Joa. Bapt. a. 1735 inscriptus et ad altare Imm. Concept. BMV. in hac ecclia pro altarista transfusus per dictum fundatorem act. Cast. Posn. feria III. post fest. s. Catharinae a. 1736 atque decreto Consist. Posn. de a. 1737 die 23. Aug. adiudicatus cum obligatione absolvendi qualibet hebdomada duas missas ad idem altare, nempe fer. IV. et die Sabb. cum decantatione officii de Imm. Concept. BMV. pro anima Agnetis Czechowska. Census hic percipitur et obligationi satisfit, licet multum ad praesens onerosae.

2. Census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Martini Karczykiewicz act. Cons. Posn. a. 1719 die 2. Jan. super syna-



goga Posn. confraternitati Imm. Concept. BMV. inscriptus. Sed obligationes annexae ignorantur, quia prima inscriptio deest, quae tamen inquirenda omnino est, ut obligationi satisfiat. Census iste percipitur.

3. Census a summa fl. 100 foundationis fam. Liskowiczowa in et super domo Gregorii Zielenski, deinde Valent. Falbierski act. Advoc. Chwalsz. a. 1706 inscriptus. Sed census hic dicitur post conflagrationem huius domus fuisse extinctus decreto Consist. Posn. de a. 1774 die 18. Martii lato.

4. Census a summa fl. 100 in domo et braseatorio fam. Andr. Kosmowicz, civis Srodecen., foundationis Dorotheae Mularska, civissae Chwalszev., a. 1706 inscriptus, sed nescitur quibus actis, et sub tempus visitationis Libovianae rudera tantum huius domus exstabant neque census percipiebatur. Ad praesens etiam aegre investigari potest.

5. Census a summa fl. 100 in domo fam. Alb. Jarocki, civis Chwalszev., a. 1707 inscriptus, sed nescitur quibus actis, foundationis olim fam. Strzelczow, civium Chwalszev. Census iste ob inopiam possessorum a pluribus annis non percipitur.

6. Census a summa fl. 100 testamento olim fam. Rosae Kossa, civis Chwalszev., super bonis fam. Andr. Hełkowicz, civis Chwalszev., act. Consist. Posn. a. 1710 inscr., deinde in domum Martini Zemelski act. Cons. Posn. a. 1766 die 12. Aug. translatus. Quae domus sita est inter vicinitates fam. Pogodzinskih sutorum ab una et fam. Karczewiczowa parte ab altera. Ad praesens possessores huius domus sunt fam. Pogodzinscy, cives Chwalszev., qui censum solvunt. Sed obligatio annexa ignoratur.

7. Census a summa fl. 100, primitus in domo fam. Gregorii Zelinski sutoris a. 1706 pro hac confraternitate inscriptus, sed nescitur quibus actis. Haec domus fuit deinde in possessione fam. Reginae Kasprzycka, ad praesens Jagodzinska inter domos fam. Siekacki ab una et fam. Nowacki parte ab altera sita. Census iste ab a. 1770 non percipitur ob difficilem repetitionem et obligationes ignorantur.

8. Summa fl. 100 foundationis olim fam. Reszczynska in domo Jaworskich figulorum primitus locata, deinde in domum Kwiatkowskich, ad praesens Męclewskiego inter domos Szymanskich ab una et Jankowskich parte ab altera sitam act. Cons. Posn. a. 1766 die 27. Febr. translata. Census iste non percipitur.

9. Census a summa fl. 100 foundationis olim Reginae Gniewiczowa, civissae Chwalszev., in domo Hedvigis Ceglinska, ad



praesens Słupinska, manuali chyrographo fer. IV. post fest. OOSS. die 4. Nov. 1744 inscriptus et manu propria fundatricis aequae ac possessorum huius domus nec non testium ad hunc actum invitatorum signatus cum obligatione absolvendi tres missas quotannis pro anima fundatricis et maritorum ipsius nec non commemorationis ipsorum in die fidelium def. ac omnium consanguineorum. Census a 10 annis non percipitur et obligationi non satisfit.

10. Census a summa fl. 500 per olim Gener. Florianum Łączynski pro confraternitate hac inscriptus cum obligatione unius missae qualibet fer. IV. pro anima fundatoris absolvendae act. Cast. Posn. a. 1707. Census iste a prima inscriptione non percipiebatur et ad praesens aegre investigari potest neque obligationi satisfit.

11. Census a summa fl. 700 ex duabus summis partialibus conflata, nempe prima fl. 500 foundationis olim AR. Thomae Czernicki pro memento eiusdem per altariam Imm. Concept. BMV. habendo, secunda fl. 200 foundationis Groszkiewiczowa ad altare superscriptum pro missis (quarum numerus non specificatur) in suffragium animarum Alberti et Reginae Groszkiewiczow in bonis villae Jasienie dist. Costen. act. Cast. Posn. sabb. in vig. ss. Petri et Pauli a. 1761 inscriptus. Census iste percipitur et obligationibus satisfit.

12. Census a summa fl. 100 foundationis Catharinae Reszczynska pro sacrificiis 7 inscriptus, sed actus inscriptionis ignoratur, ex domo Josephi Kasproicz in domum Mariannae Krzeszewska inter vicinitates ex una parte Mathiae Pilankiewicz figuli, ex altera parte braseatorii Nob. Thomae Jagrowski in platea Wenecka dicta translatus. Census iste non percipitur nec obligationi satisfit.

13. Census a summa fl. 100 foundationis Dorotheae Skorczykowa pro missae sacrificiis in domo Mich. Skorczyk sutoris inter domos ex una parte Mich. Fabry, ex altera parte Kaminska viduae act. advoc. Chwalszew. die 10. Febr. a. 1756 inscriptus. Deinde possedit hanc domum Ratemborkowa. Census iste ad praesens non percipitur et obligationi non satisfit.

14. Census a summa fl. 200 in bonis villae Kunino inscriptus pro necessitatibus huius<sup>um</sup> confraternitatis act. Cast. Posn. fer. II. post fest. Exalt. s. Crucis a. 1758. Census percipitur.

Praeterea habet haec confraternitas proventus accidentales ex variis collectis, oblationibus et eleemosynis, ex quibus



olim rationem reddebant seniores dictae confraternitatis in sessionibus publicis usque ad a. 1765. Sed ab hoc tempore sessiones neglectae, rationes intermissae, seniores et officiales non electi, album confratrum penitus deest, tota denique confraternitas per incuriam promotorum suum pristinum fervorem amisit neque statuta neque obligationes confratrum sciuntur. Hortamur proinde et serio admonemus modernum Ven. promotorem, ut aut officium deserat aut illud diligenter exequatur, census debitos vindicando et devotionem erga BMV. promovendo.

Ex his porro censibus, qui ad praesens repetuntur, solent procurari ad altare necessaria et obligationes hic superius expressae per promotorem adimpleri.

Eidem altari annecti voluit Contubernium sutorum oppidi Chwalszew. propriam devotionem festo suorum patronorum, die ss. Crispini et Crispiniani ad imaginem eorundem Divorum superius in hoc altari collocatam vigore consensus obtenti a confraternitate Imm. Concept. BMV. in sessione eiusdem a. 1707 die 26. Apr. celebrata. In qua appositae sunt conditiones per contubernium sutorum adimplendae, videlicet: ut singulis diebus Dominicis et festis in hoc altari duos cereos tempore processionum et elevationis SSmi sub tempus maioris missae et in Vesperis ad thurificationem proprio sumptu accendat et devotionem festo horum tutelarium propriis item impensis promoveat. Pro qua devotione habet idem contubernium censum a summa fl. 100 super domo Alberti Jarszewski, notarii Chwalszew., inscriptum, sed actus inscriptionis ignoratur, solum ex visitatione Liboviana de illo constat. Ex quo censu solvitur pro votiva cantanda festo ss. Crispini et Crispiniani MM. (Inscriptio est in domo Maciejowskiego act. Advoc. Chwalszew. a. 1747 die 4. Sept.)

Altare hoc nullam erectionem habet, solum census cum obligationibus suprascriptis vigore confraternitatis Imm. Conc. BMV. eidem annexae.

Promotor huius confraternitatis et altarista ad prasens est Clarissimus Franciscus Marciszowski, in Univers. Cracov. philos. doctor, in academia Lubranciana Posn. rhetorices professor, annorum 29, oriundus ex dioec. Cracov., qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus Posnaniae in eccl. colleg. BMV. in Summo 21. Sept. a. 1776. Ad hoc altare officiose institutus eodem anno die 13. Martii et eodem anno 2. Apr. rite introductus. Ad excipiendas confessiones sacr. non est approbatus.



Penes hanc eccliam non residet, sed in academia. Residentiam etiam ad hoc altare nullam habet.

#### Altare quartum

in capella murata prope fores sacristiae, imaginem s. Stanislai ep. praefereus, est ligneum, depictum et sparsim deauratum, utitur portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis tegitur sat mundis et omnibus requisitis...

Altare hoc erectum est in beneficium ecclesiasticum sub titulo BMV., ss. Joa. Bapt., Stanislai et Magdalenae per olim Joa. de Zalesie Baykowski, eppum Ennensem suffr. Posn. et offic. gener., d. d. Posn. die 15. Jan. a. 1631 ex fundatione Nob. Joannis et Magdalenae Wolskich coniugum.

Ius collationis huius altaris per erectionem haeredibus et successoribus eorundem fundatorum attributum est. quibus idem ius ex vi testamenti Nob. olim Mathiae Zabojewicz pro sorte suae fundationis legitime competit.

#### Proventus huius altaris.

1. Ex erectione census a summa fl. 200 in domo Alberti Naporowicz, pellionis oppidani Chwalszev., vicinaliter inter institas olim Alb. Marzec ab una et Stanislai Szabor ex altera parte Chwalszeviae sita act. iudicii ordinarii banniti Chwalszev. fer. VI. ante fest. Epiphaniae a. 1631 inscriptus. Census iste a multo tempore neglectus non percipitur.

2. Ex erectione census a summa fl. 200 ex testamentaria dispositione Nob. Mathiae Zabojewicz per olim Gregor. Gieczewski, civem Posn., in domo sua lapidea in platea Wronecen. coram iudicio bannito civ. Posn. a. 1612 inscriptus, foro et titulo reemptionis obligatus. Census iste a multis annis neglectus non percipitur.

3. Census a summa fl. 200 per olim Ven. Valentinum a Družbice, canonicum in hac eccla, donatus et per Sophiam Ambrochowna, olim Christophori Mlynski, oppid. Chwalszev. consortem viduam, in domo sua lapidea Chwalszev. coram iudicio ordinario bannito Advoc. et Scabin. eiusdem oppidi fer. VI. ante fest. Epiphan. a. 1631 inscriptus. Census iste a pluribus annis neglectus non percipitur, qui est in erectione expressus.

4. Ex erectione census a summa fl. 30 fundationis olim Rev. Valentini a Szrodka per hon. Petrum, cingulatorem oppid Chwalszev., in et super domo sua propria inter domum fam.



Laurentii Bogadka pistoris ab una et hortum Clementis Strzelnicki, oppidanorum Chwalszev., ex altera parte sita pro cera ad altare praefatum coemenda coram iudicio ordinario bannito Chwalszev. fer. VI. post fest. Visit. BMV. a. 1612 inscriptus. Census iste a pluribus annis neglectus non percipitur.

### Obligationes altaristae.

1. Ex vi erectionis tenetur absolvere duas missas lectas qualibet hebdomada, unam quidem fer. IV. de s. Stanislao cum collecta de s. Mathia et pro defunctis fundatoribus ac eorum consanguineis, alteram vero de s. Joa. Bapt. additis collectis de s. Stanislao et pro defunctis fundatoribus patronis ac eorum consanguineis qualibet fer. VI.

2. In festis Paschatis, Pentecostes et in festis Deiparae Virginis Concept., Nativ., Praesentat., Annunt., Visitat., Purific. et Assumpt., item in festo Nativ. s. Joa. Bapt. cuiuslibet anni missam celebrare tenetur cum commemoratione et collectis pro patronis ac ipsorum consanguineis vivis ac defunctis per se vel per alium presbyterum sub onere conscientiae.

Obligationibus his plane non satisfit, quia census non percipiuntur et altarista a multis annis deficit.

Visitatio tamen Liboviana dicit contubernium rotificum oppidi Chwalszev. spontaneam huius altaris curam assumpsisse una cum contubernio sutorum quoad luminaria. Et missas per annum quinque procurabat, videlicet votivam cantatam die festo s. Stanislai et quolibet quartuali.

Praeter erectionem ad hoc altare pertinet census fl. 8 et gross. 18 olim in lapidea fam. Alberti Betkowski in platea aquatica, dicta Zieleniewiczowska, inscriptus et postea in lapideam fam. Ottonis aurifabri Posn. in platea magna translatus coram act. Advoc. Posn. 1663, prout docet visitatio Zalasoviana. Sed census iste per multos annos neglectus ad praesens non percipitur et obligationes ignorantur.

### Altare quintum

in capella ampla murata et fornice clausa super sacristiam imaginem antiquae, sed elegantis formae et picturae Glorios. V. M. et ss. Perpetuae ac Felicitatis praeferens, cum variis clausuris et mutationibus, ad praesens ruinosum, quia tota capella in fornice et parietibus per stillicidia labefactata est. Mensam habet de muro solido constructam, sed sine omnibus requisitis ad sacrificium missae celebrandum.



Huic altari annexa fuit olim confraternitas mercatorum Chwalisz., quae habuit suam erectionem per olim Joa. de Charbowo, offic. gener. Posn., de a. 1521 die 2. Oct. factam, ex fundatione olim Joannis Tertian, mercatoris Chwalszev., cum consensu Sigismundi I. regis super censibus inferius specificandis pro altaria.

Jus collationis huius altaris per erectionem attributum est senioribus fraternitatis mercatorum.

Proventus huius altaris et confraternitatis mercatorum.

1. Per erectionem super areis et domibus certis sibi invicem contiguis inter domum providi Joannis fistulatoris ex una et fluvium Warta penes pontem in parte sinistra eundo versus eccliam Corporis Chr. in arenis census coram iudicio bannito Advoc. civit. Posn. fer. VI. in vig. ss. Simonis et Judae a. 1480 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

2. Census unius sexagenae a summa marc. 18 super lapidea in platea Judaeorum, cuius possessor deinde erat Lucas Hawth sartor, coram iudicio bannito civili Posn. fer. VI. ante Thomae a. 1540 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

3. Census a summa fl. 200 super macellum carniū in antiquis macellis in circulo Posn. in acie ex opposito librae civitatis act. Advoc. Posn. fer. VI. post fest. s. Andreae a. 1504 inscriptus et postea in lapideam Alberti de Fraydenhamer Jerzykowski, med. doct., in platea Wratislav. inter lapideas Joannis Zelenski, venatoris Regni, ab una et gener. Lisiecki parte ab altera sitam translatus act. Cons. Posn. sabb. 23. Jul. a. 1672. Census iste est investigabilis.

4. Census a summa marc. 9 super domo in Chwalszewo possessionis deinde Mathiae Chwielza coram iudicio bannito Chwalszev. fer. VI. post fest. s. Andreae 1504 inscriptus. Census hic est investigabilis.

5. Census a summa marc. 9 per Simonem Kurszat, mercatorem Chwalszev., act. Advoc. et Scab. Chwalszev. fer. VI. ante Barthol. a. 1608 super domo sua in Chwalszewo inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

6. Census marc. 3 super buda halecina fam. olim Stephani Winkler inscriptus, sed actus inscriptionis deest. Ad praesens hic census est investigabilis.

d. p. 17.



### Obligationes altaristae.

1. Ex vi erectionis tenetur incedere superpelliceatus in hac eccla.

2. Tenetur tres missas qualibet hebdomada legere ad idem altare, unam de Beata, secundam de. s. Stanisłao, tertiam pro fundatoribus defunctis diebus sibi bene visis.

3. Tenetur ad residentiam continuam circa hanc ecclam vel saltem in Summo Posn., et si absentabitur sine causa legitima per duos menses, ipso facto altare vacabit.

Obligationibus his non satisfit, quia altarista deest et confraternitas mercatorum penitus extincta est.

### Confraternitas litteratorum

erecta fuit in hac eccla per olim Andream Czarnkowski, eppum Posn., a. 1554 die 27. Jan. Cuius erectionis litterae authenticae nobis non sunt exhibitae, sed apud eandem confraternitatem aliquo fato deperditae. Post extinctam fraternitatem mercatorum successit in possessionem huius altaris et capellae Assumpt. BMV. ex consensu Andreae Szoldrski eppi d. d. in Młodewy die 19. Nov. a. 1649, cuius originale exstat circa ecclam. Ob ruinam huius capellae devotiones suas ad maius altare fraternitas haec peragere solet.

Statuta huius confraternitatis sunt:

1. Missam votivam de Assumpt. BMV. cum prosa decantare diebus Dominicis et festivis. 2. Comitari SS. ad infirmos cum cereis propriis accensis. 3. Opera misericordiae tam spiritualia quam corporalia exercere. Pro quibus omnibus speciales indulgentiae ab Innocentio X. Pont. d. d. Romae die 25. Jan. a. 1648 huic confraternitati sunt concessae et a sede ordinaria vigore privilegii supra citati Szoldrski eppi admissae cum designatione quatuor dierum in anno pro lucranda indulgentia plenaria.

Statuta haec non ex integro observantur ob diminutum fervorem.

### Proventus huius confraternitatis.

1. Census a summa marc. 24 in domo fam. Łękoszow, sartorum Chwalszew., penes Gaspari doléatoris domum iacente act. Advoc. Chwalszew. fer. VI. ante fest. s. M. Magdal. a. 1661 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

2. Census a summa fl. 100 in et super domo et horto in villa Winiary inter domum et vineam Petri Potulicki, palat. Calissien., iacentibus per hon. Catharinam, Martini tinctoris civis



Posn., uxorem a. 1605 die 30. Martii oblig. Qui iuxta decretum Officii Posn. de a. 1610 die 7. Maii in iudicio bannito Posn. inscribi debebat. Census iste ad praesens est investigabilis.

3. Census a summa fl. 100 in bonis Casimiri Zajączkowicz, civis Chwalszev., deinde Lindeblad, ad praesens Malinowski foundationis olim Laurentii Gorecza pro servitoribus ecclae et organario in missa Rorate huius confraternitatis ludente act. Advoc. Chwalszev. die 23. Mart. a. 1753 oblig. Census iste percipitur.

4. Census marc. 2 a summa fl. 50 super horto fam. Alberti Kwiatowicz, sutoris Chwalszev., inter domum Pasamunikowski et hortum desertum Szozczynskiego iacente act. Cons. Posn. a. 1671 die 7. Dec. inscriptus. Possessor huius domus fuit Noskiewicz, ad praesens Sliwerski. Census iste non percipitur, quia summa dicitur fuisse levata per antedaneum praepositum, et ubi deinde locata fuerit, nescitur. Inquirenda tamen est rei veritas.

5. Census a summa fl. 50 in et super domo Alberti Baranowicz, sartoris Chwalszev., inter domos Sophiae Wiśniewiczowa et Mathiae Panek consistente act. Advoc. Chwalszev. p. 246  
fer. III. post. Dom. Oculi a. 1661 inscriptus pro hac confraternitate. Possessor huius domus fuit postea Antonius Kucharz. Census iste ad praesens est investigabilis.

6. Census a summa fl. 700 testamento olim honestae Annae Kosmowska, civis Chwalszev., pro missa Requiem singulis hebdomadis in suffragium animae ipsius legenda, item pro vino, cera aliisque necessitatibus confraternitatis coram iudicio bannito Chwalszev. sabb. in vig. s. Matthaei a. 1653 confecto legatus. Census iste a multis annis non percipitur, sed inquirendus est.

7. Census a summa fl. 50 in et super domo Thomae Formanek, civis Chwalszev., deinde Moreliny, ad praesens Staszewski inter domos Orzechowicz rotificis et Valentini Wiecki pistoris consistente foundationis olim fam. Gertrudis Gorecka act. Consist. Posn. die 12. Jan. a. 1682 inscriptus et testamento olim fam. Adalberti Morela coram act. Advoc. Chwalszev. a. 1727 confecto recognitus pro absolvenda missa Requiem quotannis pro anima fundatricis. Reliquum ex censu destinatum est pro necessitatibus confraternitatis. Census iste a pluribus annis neglectus non percipitur.



8. Census a summa marc. 60 in bonis et fundo domus Andreae Godlewski alias Kawki pro necessitatibus confraternitatis in antiquis registris connotatus, sed inscriptio... est in act. Advoc. Chwalszew. fer. VI. ante SS. OO. a. 1608. Et fundus iste fuit desertus sub actu visitationis Libovianae. Ad praesens inquirendum est de illo et census pro posse repetendus.

9. Census a summa fl. 50 in fundo Alberti Lubkowicz, deinde Jańkowskiego, deinde honestae Gawareckiey, postea Trelewskiey inscriptus. Sed inscriptio deest, census tamen percipitur et destinatio ipsius ignoratur, quae ex inscriptione inquirenda est.

10. Census a summa fl. 50 in fundo Adami Wolny alias Beczecka, deinde Andreae Podgorski foundationis Dorotheae Pankowa pro necessitatibus fraternitatis inscriptus. Sed inscriptio non est producta et fundus iste sub actu visitationis Libovianae fuit desolatus. Ad praesens census non percipitur, de quo inquirendum est.

11. Census a summa fl. 100 super domo fam. Joa. Nadolny in Chwalszewo sita act. Advoc. Chwalszew. a. 1649 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

12. Census a summa marc. 24 super domo Martini Fammla sartoris coram iudicio civili Chwalszew. in crastino ss. Corporis Chr. a. 1610 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

13. Census a summa marc. 12 super domo Andreae Sztolb, pellionis Chwalszew., pro cera fraternitati inscr., sed inscriptio deest et census ad praesens est investigabilis.

14. Census a summa fl. 100 super domo olim Casimiri Mrzewczyka, postea Janiszewskiego kucharza, deinde Christinae Taferkowskiey, ad praesens Tuszyńskiego pro necessitatibus confraternitatis act. Chwalszew. inscriptus. Sed inscriptio non est producta et census non percipitur, sed inquirendus est.

15. Census a summa fl. 100 in domo olim Simonis Mixa, postea Podolskiego, deinde Pauli Rozmaity sartoris contractu coram act. Advoc. Chwalszew. a. 1737 facto obligatus pro missa Rorate per altariam decantanda. Census iste ad praesens percipitur.

16. Census a summa fl. 50 in domo Alb. Nierychłowskiego, deinde Leymana złotnika, deinde Łukasza Szymankiewicza szewca, civium Chwalszew., inscriptus. Sed inscriptio non est producta et destinatio huius census ignoratur, qui ad praesens non percipitur.



17. Praeterea confraternitas haec habet proventus accidentales ex eleemosynis, carbona et oblationibus.

Census hi et proventus, qui ad praesens repeti possunt, convertuntur per seniores confraternitatis pro capellano divina peragente, pro cera et vino et aliis necessitatibus ad altare, pro organario, calcantista etc. Ex quibus perceptis et expensis calculum praestare solent seniores confraternitatis in sessionibus suis coram praeposito celebrandis.

18. Habet insuper haec confraternitas domunculas tres in Zagorze sitas reparatione magna indigentes, in quibus habitant inquilini quinque, quorum quilibet solvit annuatim fl. 36, quod efficit summam totalem fl. 180, quae exdividitur inter capellanium, ministros ecclesiae, subsidium charitativum et pro necessitatibus altaris.

19. Habet insuper tres fundos desertos, in quibus olim erant domunculae cum hortulis annexis in Zagorze supra stagnum, quorum unum fundum cum domo olim, horto et pomario inter fundum fraternitatis litteratorum ab una et domum Bularnia dictam parte ex altera ex opposito contubernii Szoldrsciani consistentem fraternitati litteratorum inscripsit Pudica Anna Niemczanka, virgo de villa Zawady, act. Consist. Posn. a. 1653 die 18. Julii cum obligatione, ut altarista litteratorum unum sacrum in mense pro anima dictae donatricis absolvat, censumque sex fl. in et super praefata domo, horto ac pomario ex antiquo obligatum et haerentem ecclesiae s. Barbarae prope Summum Posn. sitae fraternitas litteratorum quotannis solvat. Sed domus haec ab immemorabili tempore incendio deperiit, hortus et pomarium inculta manent, fundus solum est desertus, qui nihil fructificat tam fraternitati litt. quam ecclesiae s. Barbarae. Sub actu tamen visitationis Libovianae iniunctum est eidem fraternitati, ut pretium pro decem cochlearibus argenteis divenditis eius fraternitatis propriis tam in reparationem capellae super sacristiam quam in exstructionem domuncularum in fundis his desertis converteretur. Huic tamen dispositioni non est ex integro satisfactum. Ut autem fundus hic non sit vacuus, supplicavit nobis sub actu visitationis modernae Spb. Jacobus Rozynski, civis Chwalszew., ut possit in fundo per olim Annam Niemczanka fraternitati inscripto, hic superius citato et ad praesens deserto, domum aedificare propriis impensis, hortum et pomarium excolere, reservando sibi usumfructum ad vitae suae et coniugis tempora cum solutione census annui fl. 6 fraternitati litteratorum huius ecclesiae



in recognitionem dominii, dummodo sit liber a solutione census ecclae s. Barbarae ex hoc fundo antiquitus provenientis. Cuius petitionis resolutionem in decreto reformationis habebit. Vult autem post sera sua et coniugis suae fata domum hanc per se exaedificandam in plenam possessionem fraternitatis litteratorum transire.

Rationes perceptarum et expensarum huius confraternitatis ab a. 1772 conscriptas et productas per modernos seniores sub actu visitationis nostrae verificavimus et subscripsimus cum ordinatione, ut dictae rationes non in separatis foliis, sed in libro seorsivo de anno in annum consecutive describantur et ut census non ministri ecclae vel quispiam alius, sed ipsi seniores repetant et concernens inter ministros dividant.

Seniores dictae confraternitatis ad praesens sunt fam. Michael Gościmski, proconsul Chwaliszew., et fam. Mathias Tyralski bibliopola. Qui quotannis eligi debent in sessionibus publicis celebrari ab antiquo solitis festo Pentecostes et Assumpt. BMV. in praesentia praepositi, canonicorum et totius cleri huius ecclae, quam praesentiam vehementer toti clero commendamus. Senioribus autem et toti fraternitati revocamus in memoriam quatuor dies festos, quibus ex bulla Pontificia lucrari possunt indulgentiam plenariam, nempe Dom. in Albis, Dom. I. post fest. s. Joa. Bapt., festum s. Matthaei et Dom. I. post festum Trium Regum, nec non privilegium liberationis animae pro defunctis confratribus et consororibus ad altare supra sacristiam. Quae omnia capellanus toti fraternitati fusius explicare debet et hanc devotionem iniuria temporum neglectam in cordibus confratrum pro suo zelo excitare.

Album huius confraternitatis reperimus apud seniores ab a. 1554 conscriptum usque ad annum 1767 inclusive.

Promotor seu capellanus huius fraternitatis est Rev. Antonius Drzewiecki, quem inter canonicos inferius recensebimus.

Munus capellani litteratorum ad instantiam eorundem in altariam erigendum decrevit olim Andreas Swiniarski, off. gener. Posn., decreto suo a. 1655 die 7. Junii, non obstantibus reclamationibus, protestationibus et appellationibus praepositi huius ecclae super proventibus hic inferius specificandis. Sed de ipsa erectione posterius subsecuta non constat.



## Proventus capellani litteratorum.

1. Census a summa fl. 100 foundationis olim Rev. Matthaei a Zgierz pro missa Rorate tempore Adventus per capellanum decantanda super domo Alberti Malusik alias Macal, braseatoris Chwalszew., inter domum Andreae rotificis ex una et plateolam civilem Chwalszew., tum et super hortos inter domum Sebastiani Teretek et plateolam civilem Chwalszew. consistentes act. Advoc. Chwalsz. fer. IV. pridie s. Aegidii a. 1644 inscriptus. Huius domus possessores successive fuerunt Gądkowicz, deinde Alexander Grynt, deinde Michael Reicher, ad praesens autem Laurentius Nowacki piscator. Haec summa per commissionem Capituli Cath. Posn. dicitur fuisse decortata et reducta ad fl. 50 a quibus census percipitur.

2. Census a summa fl. 100 in domo honesti olim Alberti Masłęk, ferrifabri Chwalszew., inter domos Annae Zdzaroszczanka ex una et Agnetis Stelmaszka parte ab altera vicinaliter sita act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. post fest. Visit. BMV. a. 1642 inscriptus, foundationis eiusdem Matthaei a Zgierz pro missa Rorate in Adventu per capellanum decantanda. Census ad praesens percipitur.

3. Census a summa fl. 50 in domo fam. Joa. Soleniewicz, civis Chwalszew., in platea pileatorum act. Cons. Posn. a. 1648 die 17. Junii inscriptus. Census iste ad praesens est investigabilis.

4. Census a summa fl. 50 super domo fam. Urbani Niemczyk, piscatoris Chwalszew., inter domos Stan. Nalewajek et Andreae rotificis sita act. Advoc. Chwalszew. fer. VI. in crastino Convers. s. Pauli a. 1646 inscriptus. Census iste ad praesens est investigabilis.

5. Census a summa fl. 50 super domo olim honesti Petri Woyciechowicz, cuius possessor deinde erat Leyman aurifaber, inter domos Reginae Fabianka ex una et Valentini Kaczmarek parte ab altera sita act. Advoc. Chwalszew. fer. VI. ante Dom. Oculi a. 1644 inscriptus ex fundatione Matthaei a Zgierz pro decantanda missa Rorate. Census iste ad praesens est investigabilis.

6. Census a summa fl. 100 super domo et fundo olim Alberti Kwiatkowicz post Jarczewskich, ad praesens Lucae Jańkowski pro missa Rorate inscriptus, sed inscriptio non est producta. Census tamen percipitur.

7. Census a summa fl. 100 in domo et fundo olim fam. Hatkiewiczow, deinde Ekiertowa, ad praesens vero fam. Zemel-



skich, recentissime autem Pogodzinskich, civium Chwalszev., act. Cons. Posn. die 12. Aug. a. 1766 inscriptus pro missa Rorate. Census iste percipitur.

8. Census a summa fl. 1000 in bonis villae Białezyno dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. ante fest. s. Jacobi Ap. a. 1681 inscriptus foundationis olim honestae Gertrudis Goretoszowa, civissae Chwalszev., cum obligatione absolvendi qualibet hebdomada missam Requiem pro anima fundatricis, item in crastino festi s. Gertrudis et in crastino mortis dictae fundatricis anniversarium per canonicos eiusdem ecclae absolvendi. Reliquum vero ex censu destinatur pro vino et cera ad hanc ecclam. Census iste percipitur, obligationi tamen non ex integro satisfit ob censum dimidiatum.

9. Census a summa fl. 400 in et super bonis totius communitatis oppidi Słupca act. Cast. Pyzdren. fer. III. pridie festi s. Magdalenae a. 1705 inscriptus pro altaria litteratorum. Quae summa cum consensu Officii Posn. inde levata et translata est in lapideam infidelis Israelis Jacobi, iudaei Posn., sed nescitur quibus actis, solum ex visitatione Liboviana constat, et obligationes ignorantur neque census percipitur, proinde inquirendum est serio.

10. Census a summa fl. 50 super domo Alberti Baranowicz, sartoris Chwal., inter domos Sophiae Wisniewiczowa et Mathiae Pankowicz consistente, quam deinde possidebat fam. Antonius Kucharz, act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. post fest. s. Gregorii a. 1664 inscriptus pro missa pro defunctis Siminski quolibet anno per capellanum absolvenda, reliquum vero census senioribus litteratorum obvenire debet pro necessitatibus confraternitatis. Cuius domus possessor fuit deinde Casimirus Mrzewczyk. Census iste ad praesens non percipitur, sed inquirendus est, et obligationes eidem annexae (saltem iuxta reductionem procurandam) adimplendae.

11. Census a summa fl. 60, item seorsive a summa fl. 10 ex legatione testamentaria honestae Annae Kosmowska, civissae Chwalsz., coram iudicio bannito Chwalsz. sabb. in vig. festi s. Mathiae Ap. a. 1653 confecta inscriptus cum obligatione absolvendi quatuor missas Requiem per annum pro anima fundatricis per praepositum. Census iste ad praesens est investigabilis, sed inquirendus ex testamento.

12. Census a summa fl. 500 primo in bonis villae Markowice, deinde in bonis villae Chudzice dist. Pyzdr. act. Cons.



Posn. a. 1663 die 16. Nov. inscriptus, deinde in bona contubernii piscatorum civit. Posn. translatus act. Cast. Posn. fer. IV. in crastino Purific. BMV. a. 1751 foundationis olim Rev. Lucae Zgierski capellano litt. pro collecta apponenda in omnibus missis votivis pro anima dicti fundatoris. Census percipitur et obligationi satisfit.

13. Praeterea percipit capellanus quotannis a confraternitate litteratorum fl. 60. Et siquidem nullam adhuc habet erectionem, ideo manualis est neque instituitur, sed eligitur per praepositum et confraternitatem litteratorum.

14. *Residentiam* habet capellanus in Zagorze ligneam, scandulis ligneis tectam, inter domos confraternitatis litt. cum duobus hypocaustis, atrio, camera et horto, reparatione indigentem, quam ad praesens inhabitat inquilinus, ex qua solvit annuatim fl. 30.

15. Census a summa fl. 600 super bonis quondam Przybylskich, ad praesens Lankiewiczow, braseatorum Chwalsz., act. Advoc. Chwal., primo fer. IV. post festum Circumcis. Dni die scil. 3. Jan. a. 1725, secundo eisdem actis fer. VI. ante Dom. Oculi die 22. Martii a. 1737 inscriptus ex fundatione Rev. Stanislai Remiszewski confraternitati litt. ad altare eiusdem pro anniversario annuo in suffragium animae ipsius absolvendo. Census iste percipitur et obligationi rite satisfit.

*Circa offertoria* in missis votivis et candelas in funeribus stetit decretum Officii Posn. de a. 1659 die 7. Febr. inter praepositum et fraternitatem litt., adiudicans non fraternitati, sed praeposito pro eccla praedicta offertoria et candelas circa feretrum.

### Obligationes capellani litteratorum.

1. Missas votivas singulis diebus Dominicis et festivis in capella inter crates sita de Assumpt. BMV. in praesentia confratrum decantare tenetur. Diebus vero solemnioribus Nativ. Dom., Paschatis, Pentecostes, ss. Trinit., Corporis Chr., Assumpt. BMV. et s. Nicolai ad maius altare dictas votivas celebrare tenetur ex ordinatione Szoldrski eppi de a. 1654 (?) die 27. Jan. facta. Sed ad praesens ob desolationem capellae per totum annum omnes votivae ad maius altare celebrantur.

2. Tenetur in Adventu quotidie missam Rorate cantare hora 6. matutina.



3. Tenetur missas quartuales pro confratribus celebrare, pro quibus accipit stipendium separatum a confraternitate litteratorum.

4. Tenetur obligationes hic superius in inscriptionibus expressas adimplere vel pro eis reducendis ad proportionem modernorum censuum Officio supplicare. Et quia ex ratione census sub No. 12. positi non potest (prout deberet) collectam in votivis apponere pro anima Lucae sacerdotis iuxta decretum Andreae Swiniarski, offic. gener. Posn., in visitatione Zalaszo-viana citatum, ideo Tholibowski eppus decrevit, ut idem capellanus non iam ad dictas collectas, sed ad missas duas singulis mensibus die bene viso absolvendas perpetuo teneatur.

Obligationibus his non ex integro satisfit propter census diminutos et plures deperditos.

Habet etiam confraternitas indulgentias perpetuas concessas pro festis omnibus BMV., s. Nicolai et Dedic. ecclae a Nuntio Apost. de a. 1621 et per Mathiam Lubienski eppum admissas, sed privilegium deperditum est, solum in visitatione Zalaszo-viana exstat illius memoria, quam in cordibus confratrum renovare curabit capellanus.

#### Altare sextum

a cornu Epistolae maioris altaris situm, imaginem s. Mariae Maioris praeferens, est ligneum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam, utitur portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est.

Hoc altare erectionem et foundationem nullam habet.

#### Altare septimum

in eadem regione situm, imaginem s. Nicolai praeferens, est de muro solido constructum et marmore fictitio decoratum. Mensam habet muratam, utitur portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est.

Hoc altare erectum est in beneficium eccles. per olim Josephum Pawłowski, offic. gener. Posn., a. 1748 die 7. Aug., cuius erectionis originales litterae exstant circa ecclam.

Jus collationis huius altaris iuxta erectionem pertinet ad praepositum huius ecclae.

#### Proventus huius altaris.

Juxta erectionem census a summa fl. 1000 in et super bonis civit. Posn., signanter tamen super bonis Wilda cum



attinentiis act. Cast. Posn. fer. V. post Dom. Invocavit a. 1748 inscriptus olim Rev. Thomae Wisniewski et per eundem tanquam fundatorem in erectionem huius altaris applicatus. Census iste percipitur.

Obligatio altaristae in erectione expressa est, 1) ut quolibet mense fer. II. duas missas ad supradictum altare legat pro anima fundatoris, 2) ut ex praedicto censu praeposito pro oblata, vino, cera etc. quolibet anno per 8 fl. pendat, 3) ut eidem in licitis et honestis oboediat.

Obligationibus his nescitur, utrum satisfiat, quia altarista absens est iam ab uno quartuali.

Altarista est ad praesens Clarissimus M. Paulus Kozłowski, in Univers. Cracov. poeseos professor, qui ob diuturnam absentiam litteras suae ordinationis producere nobis non potuit. Constat solum eum ad hoc altare legitime praesentatum et officiose institutum fuisse die 20. Dec. a. 1775. Ad excipiendas confessiones non est approbatus. Qui si intra mensem non redierit, ipso facto altare pro vacanti declaratur.

Residentiam altarista non habet neque ullum fundum.

#### Altare octavum

in capella s. Annae de muro solido constructa, fornice murato clausa, imaginem eiusdem s. Annae praefrens, est ligneum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam, utitur portatili etc.

Altare hoc est erectum in duo ministeria, primum antiquae foundationis Jacobi Haggier, civis Chwalsz. Cuius erectio facta est per olim Andream de Bnin Opalinski eppum a. 1618 die 7. Nov. et copia illius ex authentico pargameno originali descripta exstat circa eccliam, originale vero deperditum est. Ministerium erectum est sub titulo Omnipot. Dei, BMV., s. Annae, ss. Jacobi Ap., Rochi, Ursulae etc.

Jus collationis huius ministerii per erectionem post extinctam familiam fundatoris utriusque sexus attributum est contubernio aurifabrorum Chwalszew. vel eo deficiente proconsuli et consulibus oppidi Chwalszewo.

#### Proventus huius ministerii.

Ex erectione census a summa fl. 300 super domo lapidea fam. Martini Giellor, pellionis civis Posn., in circulo fori Posn. sita inscriptus, prout fusius in libro Resig. civ. Posn. coram iudicio ordinario bannito fer. VI. ante fest. s. Hedvigis a. 1614 videre est. Census iste ad praesens est investigabilis et ab



immemorabili tempore hoc ministerium non est in usu, imo dicit modernus praepositus se legisse in quodam monumento ecclae, ministerium hoc fuisse pridem extinctum, summam fundationalem levatam et in fabricam ecclae dudum conversam. Rei tamen veritas diligentius inquirenda est.

### Obligatio altaristae.

Ex vi erectionis tenebatur duas missas qualibet hebdomada legere, unam de Assumpt. BMV. cum collecta pro fundatore, alteram pro defuncto fundatore et eius consanguineis. 2. Altarista e medio canonicorum huius ecclae praesentari debet et circa beneficium residere, processionibus et thurificationibus solitis interesse.

Obligationibus his non satisfacit, quia altarista ab immemorabili tempore deest nec residentiam ullam unquam habuit.

Secundum ministerium ad idem altare ex fundatione olim Rev. Joannis Przedzynski erectum est in beneficium eccles. per olim Andream Swiniarski, offic. gener. Posn., a. 1652 die 26. Apr., cuius erectionis litterae auth. originales exstant circa ecclam.

Jus collationis huius ministerii per erectionem attributum est parochi Zajączkowiensi pro tempore existenti vel in defectu eiusdem aut in casu negligentiae praesentandi attributum est decano foraneo Lvovocensi.

### Proventus huius ministerii.

1. Ex erectione census a summa fl. 2000 per dictum fundatorem in et super bonis villae suae haereditariae Zajączkowo dist. Posn. in iudiciis Cast. Posn. causarum Officii fer. II. post Dom. Conductus a. 1652 inscriptus, deinde in bona Regalia civitatis Kościan translatus. Tandem summa haec in partiales divisa, ex qua 1000 fl. ad chartam chyrographicam mutuo dati sunt Mgf. Theophilae Potulicka, capitanae Borzechowska, haeredi bonorum Kurnik. Quod chyrographum manuale scriptum est d. d. in Kurnik die 6. Jan. a. 1723 et in acta Cons. Posn. inductum eodem die et anno. Census ubi istis fl. 1000 percipitur, sed maioris securitatis gratia procuranda est officiosa inscriptio huius summae in bonis Kurnik. Alterum vero 1000 ex hac summa fundationali locatum est in bonis synagogae infidelium Judaeorum Valcensium act. Consist. Posn. die 31. Aug. a. 1745. Sed ab a. 1770 hic census non percipitur et forte amplius non est sperandus, tum ob conflagrationem dictae synagogae, tum quia civitas haec a rege Borussorum cum aliis provinciis occupata est.



2. Praeter erectionem accessit census a summa fl. 800 per fam. olim Nicolaum Cywinski, civem Chwalszev., super domo sua act. Advoc. Chwalsz. fer. IV. post fest. s. Joa. Cantii, die sc. 22. Oct. a. 1760 inscriptus et ex hac domo in bona totius communitatis oppidi Chwalszev. utriusque magistratus translatus ac in iisdem inscriptus act. Consist. Posn. die 1. Dec. a. 1769. Census iste percipitur.

3. Census a summa fl. 1000 testamentaria legatione olim fam. Alberti Noskowicz ad hoc altare pro missis disposita in suffr. animae fundatoris (quod testamentum videatur in act. Chwalszev.) et ad chartam manualementem chyrographicam honestae Mariannae Słupinska, civis Chwalszev., a. 1762 die 25. Jan. scriptam ac in acta Advoc. Chwalszev. inductam die 17. Nov. a. 1769 mutuo data, sed nondum in Officio approbata neque obligationes pro anima testatoris ordinatae sunt. Census iste ab a. 1769 non percipitur et suffragia nulla pro fundatore fiunt.

D o m u m nullam habet altarista neque ullum fundum.

Obligationes altaristae.

1. Ex erectione tenetur qualibet hebdomada duas missas votivas legere, unam de ss. Trinit., alteram de Imm. Concept. BMV. cum collecta pro fundatore et eius consanguineis.

2. Tenetur cereos et vinum ad sacra peragenda sibi procurare.

3. Tenetur thurificationibus, processionibus tam privatis quam publicis aliisque divinis officiis, potissimum solemnioribus diebus superpelliceatus in hac ecclia interesse et praeposito in licitis et honestis oboedire, penes hanc eccliam residere etc.

4. Ex ratione census No. 2 positi tenetur quotannis 24 missas absolvere pro animabus Alberti et Helenae Szubertow.

5. Ex ratione census tertio loco positi tenetur ordinationem divinorem officiorum in Officio procurare, postquam censum vindicaverit.

Obligationibus his, pro quibus census ad praesens percipitur, satisficit.

Ad idem altare contubernium lanionum exercet suas devotiones procurando quatuor votivas in anno pro suis confratribus, item votivam solemnem in octava s. Annae pro anima Joa. Krall, can. Cath. Posn., qui huic contubernio legavit summam fl. 500 charta chyrographica manuali sibi debitam et assecuratam d. d. Chwalszeviae 15. Mart. a. 1764. Quae summa primo pro necessitatibus ecclae, deinde pro contubernio



lanionum fuit disposita per dictum fundatorem ad idem altare d. d. 1. Aug. a. 1766. Ex censu ab hac summa in contubernio lanionum locata idem contubernium procurat quatuor missas per annum lectas Requiem pro anima dicti fundatoris et votivam cantatam in octava s. Annae, pro qua solvunt fl. tres includendo organarium et reliquos servitores ecclae. Ex censu autem residuo procurant luminaria et alia necessaria ad missam pro suis devotionibus neque tenentur ad ullam tractationem festo s. Annae neque ad ullam aliam obligationem. Liberum tamen illis erit praevia solutione competenti funeralium ad eccliam confratres suos in crypta sub eodem altari sepelire. Chartam tamen chyrographicam superius citatam securitatis gratia ad acta Advocat. per oblatam porrigere curabunt.

Contubernium sartorum similem devotionem spontaneam exercet ad altare praecedens s. Nicolai procurando quatuor missas per annum pro confratribus et votivam solemnem festo s. Homoboni, tutelarior sui.

Altarista s. Annae ad praesens est ipse praepositus huius ecclae, de quo infra dicitur.

#### Altare nonum

in capella eadem huius ecclae situm, imaginem s. Jacobi Ap. inferius et s. Caroli Borromaei superius praeferens, est ligneum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet ligneam sine portatili, quod tamen ad celebrandum adhiberi solet. Tribus mappis sat mundis tegitur et reliquis instructum est requisitis ad sacr. missae celebrandum.

Hoc altare erectionem et foundationem nullam habet, solum contubernium figulorum Chwalszev. spontaneam ad illud exercet devotionem similem aliis superius citatis pro suis confratribus.

#### Altare decimum

in capella supra reconditorium ecclae de muro solido constructa, fornice murato clausa, imaginem s. Philippi Nerei praeferens, est ligneum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis etc.

Hoc altare erectum est in beneficium eccl. per olim Hieronymum Wierzbowski, suffrag. et. offic. gener. Posnan., d. d. Posn. die 22. Maii a. 1705 ex foundatione totius contubernii pellionum Chwalszev. Cuius erectionis originale instrumentum exstat apud contubernium piscatorum Chwalszev.,



siquidem a. 1739 die 39. Maii post extinctum contubernium pellionum altare hoc cum capella ex consensu praepositi huius ecclesiae attributum est contubernio piscatorum Chwalsz.

Jus collationis huius altaris per erectionem attributum est contubernio pellionum, quod presbyterum ex filiis confratrum suorum idoneum vel eo deficiente unum ex canonicis huius Collegiatae praesentare debebat. Sed nunc post extinctum hoc contubernium mens Officii inquirenda est de iure collationis, quandoquidem solus consensus praepositi sine decreto Officii non potest dare ius contubernio piscatorum ad eandem collationem.

#### Proventus huius altaris.

1. Ex erectione a summa census fl. 170 in et super bonis omnibus totius contubernii pellionum Chwalsz. et in thesauro eorum pro altarista inscriptus sub eodem actu cum erectione in Consist. Posn. Census iste inscriptus etiam act. Advoc. Chwalsz. sabb. pridie Dom. Invocavit die sc. 6. Martii a. 1705. Ad praesens est investigabilis.

2. Census a summa fl. 80 in domo fam. Joa. Syngost, *Schönge* deinde Jaworska, pellionum Chwalsz., act. Advoc. Chwalsz. eodem die et anno ut immediate supra inscriptus, deinde in eadem domo per modernum successorem Gasparum Zakrzewicz manuali scripto coram notario contubernali piscatorum de a. 1768 die 10. Dec. assecuratus. Quae domus consistit inter domum Josephi Kasprowicz braseatoris ab una et Witkowski, sutoris Chwalsz., parte ab altera. Census iste percipitur per contubernium piscatorum.

3. Census a summa fl. 50 in domo famati Blasii Jordan, pellionis Chwalszew., inscriptus act. Advoc. Chwalsz. eodem anno et die ut supra. Deinde possessor huius domus fuit Trześniewski, ad praesens Laurentius Jarecki cum successoribus suis, cum quibus chyrographo manuali in praesentia seniorum contubernii piscatorum scripto et signato a. 1773 obligavit se ad solvendum censum die 8. Oct., quem persolvit contubernio piscatorum. Census hi sunt ex erectione.

4. Praeter erectionem census a summa fl. 100 fundationis olim fam. Pauli Zawadzki pellionis act. Advoc. Chwalsz. a. 1714 inscriptus in domo sua propria, quam deinde possedit Alb. Reszczyński, deinde Alb. Rakowski, deinde Grywczyński. Census hic translatus est in domum fam. Joa. Chrostowski



inter domum Mich. Janiszewski ab una et Joa. Edel parte ab altera sitam manuali simili chyrographo a. 1777 die 22. Sept. dato assecuratus, qui ad praesens percipitur per contubernium piscatorum.

5. Census a summa fl. 100 in domo fam. Kozłowicz Caroli, civis Chwalszew., inter domum Laur. Jarecki ab una et Barth. Weykosz tutoris parte ab altera sita chyrographo manuali inscriptus et assecuratus post fata fam. Kraszewskich a. 1775 die 24. Jan. Ad praesens percipitur per contubernium piscatorum a summa, quae est eorum propria.

6. Census a summa fl. 100 in domo Joa. Orzechowicz inter domos Andr. Jankowski ab una et Stan. Staszewski bra-seatoris parte ab altera sita post fata famati Pniewski in foliis erectioni annexis connotatus a. 1776 die 25 Nov., qui ad praesens percipitur per contubernium piscatorum.

7. Census a summa fl. 100 mutuo data fam. Paulo Stefanski a. 1776 die 2. Sept., quam in bonis suis inscripsit, sed actus inscriptionis non est productus, solum in libello huius confraternitatis adnotatus est. Census tamen percipitur per contubernium piscatorum a summa, quae est eorum propria.

8. Census a summa fl. 100 a. 1774 die 29. Oct. mutuo data fam. Thomae Stefanski iuxta annotationem in supradicto libello, sed actus inscriptionis non est productus. Census tamen percipitur per contubernium piscatorum a summa, quae est eorum propria.

9. In foliis erectioni annexis adnotatum est, quod a. 1719 die 30. Apr. fam. Joa. Kupinski acceperit ex thesauro contubernii fl. 53, a quibus debebat censum annuum pendere contubernio. Ad praesens percipitur per contubernium piscatorum.

Residentiam non habet altarista neque ullum fundum.

Obligaciones altaristae.

1. Per erectionem tenetur missam in festo s. Philippi Nerei et alteram in octava decantare cum organis, quam devotionem seniores contubernii procurare debent.

2. Tenetur missas quatuor, quolibet quartuali unam, celebrare iuxta mentem fundatorum.

3. Tenetur missas 15 quolibet anno, scil. in festis Concept., Purificat., Annunt., Visit., Assumpt., Nativ. BMV., item in festis Nativ., Circumcis., Epiph., Ascens., Corporis Christi, s. Nicol., SS. OO., s. Barthol. et in die Commem. OO. FF. Def. post



concionem in praefata eccla Colleg. ad altare suum per se vel substitutum suum celebrare iuxta mentem fundatorum.

4. Tenetur altarista reverentiam et oboedientiam in licitis et honestis praeposito praestare et eundem in confessionibus excipiendis diebus solemnioribus adiuvaré, tenetur processionibus, thurificationibus et invitatoriis superpelliceatus adesse.

Obligationibus his non ex integro satisfit, solum contubernium piscatorum solet quolibet quartuali missam lectam procurare et votivam cantatam festo s. Philippi Nerei et insuper cereos et alia necessaria ad altare procurare ex antiqua fundatione et praeterea alias 4 missas in annum pro suis confratribus.

Altarista ab immemorabili nullus est, sed missas quartuales supradictas absolvit praepositus pro stipendio a contubernio piscatorum.

26. Altaria haec prout et tota eccla imaginibus sat decenter depictis ornantur, quarum tamen nulla recognita est pro gratiosa auctoritate publica.

27. Lampas ante SS. Sacramentum pendet argentea, quae ardere solet solum tempore devotionis. Commendetur tamen pietati parochianorum, ut noctu diuque ardere possit.

28. Tabernaculum in maiori altari situm est novum, ligneum, depictum et sparsim deauratum cum simili ciborio intus et ab extra decenter ornato, sera clauso, in quo super corporali mundo reposita est pyxis argentea intus deaurata continens ss. Eucharistiam, cuius species ex farina munda bis in mense renovari debent et pyxis debite purificari. Est et patenula clausa intus deaurata pro Eucharistia in bursa e stola pendente ad infirmos deferenda. Cuius decori consulendo revocamus in memoriam ordinationem Mathiae Łubienski eppli sub actu visitat. huius ecclae a. 1628 factam, ut nempe Ven. Sacramentum per oppidum ad infirmos deferatur (exceptis casibus peremptoriis) cum lucernis portatilibus sub baldachino, cum vexillo et cantu duorum adolescentum, cum associatione populi, praesertim fraternitatis litteratorum cereis accensis. Quae fraternitas in erectione sua habet hoc opus pium specialiter sibi commendatum et indulgentiis compensatum. Ad similem etiam actum alii parochiani in concionibus excitandi sunt.

SS. Eucharistia exponi solet in monstratorio sexies in anno. Quod ut decentius fiat, revocamus in memoriam ordinationem Lociordinarii moderni de numero et qualitate cereorum,



et ut facultas in scripto habeatur ab Officio pro eiusmodi expositionibus.

29. *Fons baptismalis* in capella s. Annae situs est de lamina cuprea depicta, sera clausus, continens intus in lebeti cupreo (qui tamen ab intra dealbari debet) aquam baptismalem, sed immundam et turbidam, quae per linteolum percolanda est, sabb. magno benedictam, oleo sacro permixtam hoc anno consecrato. Adest est urceolus cum disco stanneus ad baptisandum, et aqua ex capite baptisatorum defluens effunditur in cisternam. Linteum ab operculo lebetis amoveatur, quia solet aquam inficere.

30. *Cisterna* prope fontem baptismalem in muro excavata operculo ligneo clausa, satis decenter aptata est, ad quam tamen sera omnino adiiciatur, ut claudi possit.

31. *Olea sacra* in armariolo ibidem intra parietem adaptato asservantur et clauduntur in vasculo stanneo, tribus loculamentis distincto et litteris designantibus quodlibet oleum. Anno praesenti sunt consecrata veteribus combustis. Adest et aliud vasculum stanneum cum suo operculo pro oleo ad infirmos deferendo. Adest ibidem et sal benedictus in vasculo stanneo pro baptisandis.

Claves a ciborio, ab oleis sacris, a fonte baptismali et a cisterna asservandae sunt in loco secreto presbyteris noto.

32. *Libros metrices* baptisatorum, copulatorum et mortuorum reperimus circa eccliam ab a. 1563 conscriptos. Sed multi ex antiquioribus desunt. Et quoniam ab illis diligenter conscribendis vita, honor et fortuna hominum saepe dependent, proinde circa illos in posterum ordinamus sequentia: 1. ut praedicti libri non in angustis foliis, sed in folio maiori, quatuor marginibus iustis undequaque relictis, legibili caractere, sine abbreviationibus et mutilationibus describantur, 2. ut in iis adnotandis forma in Rituali Romano praescripta (praesertim in metricis copulatorum) exacte observetur, non vero alia adinventitia adhibeatur, 3. ut ab initio cuiuslibet metricae locus, unde persona est, annus, mensis, dies, nomen et cognomen expressum presbyteri baptisantis vel copulantis maiusculis litteris describantur, non autem (prout hactenus passim fiebat) Ego qui supra, Idem qui supra etc., 4. ut in metrica baptisatorum adnotetur non solum dies baptismi, sed etiam dies nativitatis infantis, quod in multis casibus scitu pernecessarium est, 5. ut folia volantia seu dispensationes super bannis et alia testimonia ad contrahendum matrimonium vel commissiones ad benedicendum, dispensationes item super con-



sanguinitate vel affinitate suis locis respectivis assumantur et statim penes metricam, ad quam pertinent, inserantur, 6. ut adnotatio metricarum in aliam diem non differatur cum periculo oblivionis (prout multoties practicum vidimus), 7. ut praedicti libri bona et forti compactura ab iniuriis temporum defendantur et illaesi custodiantur, 8. ut in congregationibus decanalibus revivendi et subscribendi producantur, 9. ut omnes metricae non in residentia (ob periculum promptioris incendii, quo multae antiquiores metricae deperierunt), sed in ecclesia in loco non humido semper asservantur, 10. ut denique processus Lociordinarii moderni recenter per dioecesim publicatus d. d. Varsaviae, die 5. Mart. anno praesenti circa libros metrices nobilitatis ad acta districtus proprii quolibet anno porrigendos iuxta legem Regni de a. 1764 aequae ac circa tabellas animarum cuiuslibet parochiae conficiendas et decano porrigendas nec non circa adnotationem in metrica baptisatorum numeri personarum, quae confessionem et communionem paschalem absolverunt in hac parochia, quam exactissime observetur.

33. Decreta visitationum anteriorum reperimus tria circa eccliam.

34. Processus et instrumenta publica per dioecesim transmitti solita aliqua reperimus ex recentioribus simul collecta circa eccliam.

35. Titulo iurium stolae aliquas extorsiones factas fuisse audivimus. Quare ut omnis earum suspicio amoveatur et ne in sacramentorum administratione, in funeralibus etc., in missis votivis cantandis pro contuberniis zelus videatur exerceri turpis lucri gratia, commendamus praeposito omnem moderationem et discretionem, ut praesertim pro votiva cantanda non plus exigatur a contuberniis quam tres floreni, ut in funeralibus ratio habeatur paupertatis incolarum, ut circa schaedulas paschales processus recens Lociordinarii superius citatus exacte observetur, ut denique potius indulgentes quam rigidos exactores cum ansa multarum querelarum mundus nos videat, probe convictos, quod per eiusmodi exactiones neque ecclesia neque eius ministri unquam ditescant.

36. Proventus pro ecclesia.

1. In erectione huius Collegiatae statutum est, ut plebanus et canonici singuli pro pane et vino ad sacrificandum prima die cuiuslibet mensis per unum medium grossum pecuniae usualis contribuant et in manibus plebani reponant aequae ac



altaristae et alii beneficiati huius ecclae. Oblationes autem sive in altari sive ad truncum compositae sub tempus indulgentiarum pro fabrica ecclae in toto pertinere debent. Si quid autem fuerit legatum vel donatum absque specificatione, ad quid illud debeat converti, illud pro fabrica cedere debet, neque plebanus et canonici quidquam ex eo participant.

2. Census a summa fl. hung. 300 foundationis olim Ven. Adami de Dąbrowa, decani Cath. Posn., super lapidea quondam Eklerowska in circulo fori Posn. sita actis in lib. Resig. civ. Posn. fer. VI. in die s. Galli Conf. a. 1489 inscriptus pro fabrica huius ecclae. Quae summa deinde per decretum commissionis Apost. in a. 1740 Posn. latum reducta est ad fl. hung. 150. Ad praesens possidet hanc lapideam Nob. Wisnerowa, quae magno iuris strepitu et amicali concordia compulsa est ad solvendum censum per modernum praepositum. Sed tum ob inopiam, tum ob multa onera in eadem lapidea haerentia solum ad rationem retentorum censuum solvit.

3. Census annualis fl. 15, quem tenetur pro tempore existens praepositus ad carbonam ecclae quotannis reponere pro cera et vino ex fundatione Rev. Michaelis Wodyński iuxta erectionem in Officio Posn. factam d. 13. Sept. a. 1724. Qui census simul cum alio pro anniversariis inscriptus est in synagoga Iudaeorum Posn. act. Consist. Posn. d. 25. Aug. 1724.

4. Census de villa Białezyno pro vino, cera hic superius inter proventus altaristae litteratorum specificatus, qui ad praesens percipitur.

5. Juxta decretum visitat. Libovianae tenentur tam canonici quoad missas in anniversariis quam contubernia ad suas missas vinum et panem proprio aere procurare ob tenuitatem proventus huius ecclae.

6. Census marcae 1 in bonis villarum Łodzia et Gorka pro cera ad hanc ecclesiam, primo act. Cast. Posn. fer. VI post Dom. Invocavit a. 1488 inscriptus et act. Consist. Posn. anno eodem die 12. Mart. insertus. Similis inscriptio in eodem Consistorio facta est anno eodem die 1. Martii. Census ab immemorabili non percipitur et ad praesens videtur esse irrepetibilis ob defectum iuris possessorii.

Fuerunt quondam longe plures census pro fabrica et necessitatibus huius ecclae inscripti in variis domibus et fundis oppidi Chwalszew. fusius descripti in visitationibus Zalaszwiana et Liboviana, sed quia domus istae variis bellorum incursionibus



et aquarum inundationibus desolatae sunt et fundi deserti, ideo iam a multis annis nulli census percipiuntur, praesertim post decreta Capituli Cath. Posn., signanter vero decretum a. 1730 die 16. Nov. latum, in quo dicitur, quod aliqui cives Chwalszew. et Ostrovecen. varia debita super domos suas contraxerunt, quae postea funditus desolatae sunt solis fundis vacuis, quorum haeres est Capitulum, remanentibus. Et quia nullus civis debitum pro fundo sine consensu haeredis contrahere potuit, idcirco quosvis cives novas domus aedificantes in fundis desertis a quibusvis censibus, etiam spiritualibus per anteriores eorundum fundorum possessores contractis, in perpetuum liberavit Capitulum.

Census etiam in lapideis Civitatis et in Garbary olim inscripti post desolationem lapidearum, etiamsi novae in iisdem locis exaedificentur, iam amplius non solvuntur ob similem ut supra rationem.

7. Habet etiam haec eccla proventum accidentalem a canonicis neoinstallatis, quoniam quilibet solvit unum aureum hung. pro sacristia.

37. Legata et debita passiva non habet haec eccla.

38. Corbonae in hac eccla sunt tres. Prima ecclesiae ad praesens sub clavi praepositi et sacristiani, secunda fraternitatis litteratorum sub clavi seniorum, tertia fraternitatis Imm. Concept. BMV. sub clavi seniorum. Quod tamen est contra decretum Officii Posn. a. 1659 die 7. Febr. latum, quo statuitur iuxta dispositionem iuris, ut omnes oblationes et offertoria cedant huic ecclae parochiali neque sacristianus vel quispiam alius debet de eiusmodi oblationibus participare. Insuper omnia contubernia per turnum per oppidum ostiatim eleemosynam conquirunt pro eccla diebus festis, quam in corbonam deponunt. Item mendicus cum ladula per pagos mittitur pro conquirenda eleemosyna in rem ecclae, quae solet expendi pro cera, vino et aliis necessitatibus.

39. Rationes perceptarum et expensarum pro eccla reperiimus conscriptas ab a. 1766, sed inordinate et confuse. Quare ordinamus, ut in posterum eadem rationes in libro compacto de anno in annum describantur computando in perceptam omnes proventus pro eccla, oblationes, eleemosynas, concernens pro sacristia a neoinstallatis canonicis, pensiones a pulsu campanarum, funeralia etc., in expensam vero non computando reparationem domorum praepositorum neque censum ex caminis



neque subsidium charitativum neque cetera huiusmodi, quae ad eccliam non pertinent, sed personam solum praepositi afficiunt, neque etiam computando salarium pro concionatore Religioso, quia hoc est munus praepositi curam animarum habentis, qui si per se illud non exercet, debet substitutum de propriis, non de eccliae proventibus salariare. Et quia maximam fere expensam animadvertimus pro tractationibus tempore festivitatum huius eccliae ex proventibus eiusdem factam licet tenuissimis, ideo omnem moderationem in his commendamus praeposito sperantes fore, ut sui confratres in eiusmodi festivitibus zelum suum et devotionem non propter esum exerceant, sed propter Jesum.

40. Vitrici seu oeconomi fuerunt quondam in hac ecclia, ad praesens nullos reperimus, sed sub actu visitationis nostrae constituimus famatos Gasparum Marchwicz ex consulatu et Joa. Langa ex scabinatu, qui praestito iuramento super fidelitate eccliae proventus omnes pro eadem, oblationes pias sacculi, corbonae, pensiones a pulsu campanarum, funeralia alias pokładne, quartam partem pretii funeris, multas item pecuniarias pro ecclia et alias obventiones una cum praeposito atque uno ex canonicis recipient et in corbonam deponent tribus distinctis serraturis clausam iuxta mentem erectionis, una clavi penes praepositum, altera penes canonicum in quovis Capitulo gener. ad id munus eligendum vel illo absente penes unum ex vicariis eccliae Catedr. et tertia penes dictos oeconomos manente, ita ut unus sine alio cistam aperire non audeat sub excommunicationis latae sententiae ac sacrilegii poena, prout erectio obloquitur. Singulis autem quartualibus aperiatur cista exindeque necessaria eccliae comparentur. Rationes perceptarum et expensarum de anno in annum conscribet praepositus vel adiutor canonicus in praesentia oeconomorum, qui calculum sui muneris reddent semel in anno sub tempus Capituli gener. huius eccliae in praesentia praepositi, canonicorum et vicariorum Cathed. eccliae et famatorum proconsulis et advocati Chwalszew., qui eundem calculum subscribent ac oeconomos quietabunt. Pro quibus obsequiis praedicti oeconomi, si ad mortem fideliter in hoc munere perseverabunt, praeter mercedem a Deo magnam nimis post sera sua fata liberi erunt a persolutione funeralium.

#### 41. Foundationes pro cursu decantando, pro anniversariis et missis.

Pro adimplendis his obligationibus fundatum est in hac ecclia Collegium seu locus conventualis saecularium cleri-



corum, compositum ex praeposito et octo canonicis, cuius erectio per olim Andream eppum a. 1477 die ultima Julii inchoata et per olim Urielem de Gorka eppum a. 1484 sabb. 3. Julii ad perfectionem deducta. Originale illius non exstat circum eccliam, solum copia, et altera in archivo privilegiorum vicariorum ecclae Cath. Posn., prout docet visitatio Hapoviana. Pro octo canonicis ex fundatione Adami de Dąbrowa, dec. Posn., sunt in erectione expressi proventus sequentes:

Proventus octo canonicorum in communi.

1. Ex erectione a summa fl. hung. 1200 census, fundationis Adami de Dąbrowa decani, primo in bonis totius oppidi Kościan act. civil. Costen. fer. II. infra Oct. Assumpt. BMV. a. 1474 inscriptus. Sed deinde aliquot post annos summa capitalis ex oppido Costen translata et partitum in variis bonis locata fuit, videlicet in oppido Stęszewo ex hac summa locati sunt fl. hung. 900 ex censu annuo act. Consist. Posn. a. 1589 die 3. Julii inscripto, qui ad praesens solvitur per aureos hung. 30 quotannis.

2. Ex eadem summa capitali in erectione expressa levata est de oppido Kościan summa fl. hung. 300 et in bonis Kiszkowo et Rybno act. Cast. Posn. fer. V. ante Dom. Palmarum a. 1489 locata et inscripta ex censu annuo fl. hung. 20. Qui census solvebatur in integro usque ad a. 1696, quo Gener. Joa. Szczaniecki de Łagowiec, bonorum Kiszkowo et Rybno haeres, resignando eadem bona Gener. Casimiro Przanowski hanc summam non ad mentem inscriptionis, sed acsi cuiusdam reductionis ad summam fl. pol. 1800 in resignatione posuit act. Cast. Posn. eodem anno fer. II. ante fest. s. Jacobi Ap. facta. Et in sequelam variis annis Collegiata percipiebat censum solum a fl. pol. 1800 cum summo suo praeiudicio, prout quietationes eiusdem officiosae act. Cast. Posn. factae de annis 1718 et 1726 edocent, ad mentem decretorum condescensionis duplicis iisdem annis factae, in quibus summa solum fl. pol. 1800 exprimitur. Sed posterior actus decreti Cast. Posn. a. 1730 fer. II. post fest. s. Margaritae inter Collegiatam hanc ab una et Generosos Rozbickie et Brudzewskie ab altera parte demandat solvi censum a summa aureorum hung. 300, qui in integro solutus fuit, prout quietatio officiosa act. Cast. Posn. eodem anno fer. II. post fest. s. Catharinae edocet. Iterum vero in decreto contumaciali act. in iudiciis Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margaritae a. 1739 lato exprimitur summa solum fl. pol. 1800 ad mentem priorum condescensionum. Tandem a. 1745 fer. II. post Dom. Judica



act. Cast. Posn. oblatum est decretum condescensionis in fundo bonorum Kiskowo et Rybno agitatae potioritatis de anno 1734, ubi inter summas sub potioritatem non cadentes posita est primo loco summa fl. pol. 1800 ad hanc Collegiatam spectans, et ab hoc tempore percipiebat censum praedicta Collegiata solum a summa sic decortata nullas quietationes officiosas dando, sed solum manuales easque anonymas, videlicet a summa in inscriptione expressa. Hactenus haec causa est in lite et census ab aliquot annis non percipitur.

3. Praeter erectionem habetur census a summa fl. p. 810 in bonis villae Czacz dist. Costen. act. Cast. Posn. fer. II. crastino festi s. Magdalenae a. 1584 inscriptus. Census iste percipitur.

4. Census a summa fl. p. 3150 ex duabus summis partibus conflata, prima fl. 1000 foundationis olim Petri Flatowicz de bonis Targowa Gorka in bona Łowencino, deinde in lapideam Joa. Zapa, civis et apothecarii Posn., translata, secunda fl. 2150 foundationis olim Rev. Lucae Zgierski primitus in bonis oppidi Skoki locata act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Francisci Conf. a. 1652. Deinde utraque haec summa efficiens simul summam totalem fl. 3150 in bonis totius communitalis oppidi Święcichowa locata est et inscripta act. Cast. Posn. sabb. post fest. s. Jacobi Ap. a. 1735 cum obligatione absolvendi quolibet die Dominico unum sacrum de die post concionem alternatim per canonicos pro animabus Petri et Sophiae et anniversarium cum officio pro defunctis trium Nocturnorum et sacro cantato 18. Oct. et votivam sacram de s. Anna post Dom. in Albis ex ratione primae summae. Ex ratione vero secundae apponenda est collecta in missis omnibus votivis pro anima Lucae sacerdotis. Census iste percipitur et obligationi non ex integro satisfit ob censum dimidiatum.

5. Census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Joa. Hadawski pro anniversario semel in anno in suffr. animae ipsius absolvendo in bonis villae Kunino dist. Costen. Dnorum Kurowskich act. Cast. Posn. fer. II. post fest. Exalt. s. Crucis a. 1758 inscriptus. Ad praesens percipitur et obligationi satisfit.

6. Census a summa fl. 600 foundationis Thomae, Sophiae et Andreae Morelow in iisdem bonis eodem actu ut supra inscriptus pro anniversario quovis anno in suffr. animarum ipsorum absolvendo. Census percipitur et obligationi satisfit.

7. Census a summa fl. 550 foundationis Joa. Borucki sacerdotis et famatae Reginae pro anniversario in suffragium ipsorum



quotannis absolvendo in iisdem bonis eodem actu ut supra inscriptus. Ad praesens percipitur et obligationi satisfit.

8. Census a summa fl. 100 pro missis 5 pro anima Stan. Kwiatkowski per praepositum quotannis absolvendis in iisdem bonis eodem actu ut supra inscriptus. Ad praesens percipitur et obligationi non ex integro satisfit ob censum decortatum.

9. Census a summa fl. 2000 testamentaria legatione fam. Ptaszynska pro anniversariis duobus quotannis in hac eccla absolvendis pro animabus Erasmi et Helenae dispositus una cum missarum sacrificiis pro anima etiam Mariannae de Ptaszynskie Kapczynska in bonis villae Otusz dist. Posn. act. Cons. Posn. a. 1751 die 1. Febr. inscriptus, quae inscriptio oblata est act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Palmarum a. 1774. Census iste iure evincitur et decretum solutionis una cum bannitione obtentum est. Obligationi non satisfit.

10. Census a summa fl. 1350 testamentaria legatione olim Rev. Michaelis Wodynski pro quatuor anniversariis quolibet anno in suffr. animae suae in hac eccla absolvendis, act. Cons. Posn. a. 1724 die 5. Aug. in synagoga Judaeorum Posn. inscriptus, cuius erectio facta est in Officio Posn. eodem anno die 13. Sept. Census iste percipitur et obligationi solum per medium satisfit ob censum dimidiatum.

11. Census fl. 20 in typographia collegii Lubransciani academiae Posn. inscriptus act. Cons. Posn. a. 1691 die 22. Maii pro duobus anniversariis in suffr. animae Rev. Adalberti Laktanski quolibet anno in hac eccla absolvendis. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

12. Census a summa fl. 500 foundationis olim Rev. Thomae Czernicki pro anniversario in suffr. animae ipsius quotannis absolvendo in hac eccla in bonis villae Jasienie dist. Costen. act. Cast. Posn. sabb. in vig. ss. Petri et Pauli Ap. a. 1761 inscriptus. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

13. Census a summa fl. 440 pro anniversario in hac eccla pro anima Rev. Joa. Łukaszewski quotannis celebrando in bonis villae Turostowo dist. Gnesn. act. Cast. Posn. fer. VI. post festum s. Margaritae a. 1765 inscriptus. Haec summa reducta est ex tynfonibus 1000 alias z bąkow. Census percipitur et obligationi satisfit.

14. Census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Thomae Wiśniowski super bonis Wilda civit. Posn. act. Cast. Posn. fer. V. post Dom. Invocavit a. 1748 inscriptus et pro quatuor



anniversariis in hac eccla quolibet anno celebrandis pro anima dicti fundatoris unius Nocturni cum laudibus et missis quatuor, una cum lusu organi cantata, dispositus ea ratione, ut praepositus cum tribus canonicis participantibus pro quolibet anniversario singuli eorum per duos florenos percipiant, organarius per duos sextarios, sacristianus pro pulsu campanarum per 15 gross., calcantista per 6 gr., inter pauperes 13 gr. distribuantur, reliquum autem ex censu pro vino, cera et a pulsu campanarum cedat ecclae iuxta erectionem et ordinationem in Officio Posn. factam a. 1748 die 17. Aug. Census iste percipitur et obligationibus per medium satisfit ob censum dimidiatum.

15. Census a summa fl. 1000 in bonis totius contubernii lanionum Chwalsz. act. curiae Eppalis a. 1764 die 5. Nov. in Consist. Posn. inscriptus foundationis fam. Antonij et Reginae Kinosowiczow, piscatorum Chwalsz., pro anniversario per duodecim presbyteros cum totidem missis lectis et una cantata ac trino pulsu campanarum pro animabus parentum suorum, post sua vero fata pro animabus eorundem fundatorum quolibet anno celebrando dispositus. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

16. Census a summa fl. 2000 in bonis contubernii braseatorum Civit. Posn. act. Consist. Posn. die 17. Aug. a. 1741 inscriptus foundationis olim famati Adalberti Gorecki, figuli Chwalsz., pro duobus anniversariis in suffr. animarum Alberti et Theresiae coniugum, uno post festum s. Thomae Ap. 22. Dec., altero die 16. Julii cum missis lectis et una cantata de Requiem singulis annis in hac eccla per sex personas Capitulares vel in eorum defectu ex collegio vicariorum Cath. ecclae assumendas decantandis ea ratione, ut duae partes census praedicti pro decantatione anniversarii et pro missis inter presbyteros exdividantur, tertia vero pars ecclae pro cera, vino, pulsu campanarum et solutione organario ac sacristiano cedat iuxta erectionem et ordinationem in Consist. Posn. factam a. 1742 die 6. Junii. Ab hac summa census percipiebatur a contubernio braseatorum usque ad a. 1775, sed ad praesens ob sublatum contubernium census iste non percipitur et causa est in lite et obligationibus non satisfit.

17. Census a summa fl. olim 200, sed in a. 1750 per commissionem Apost. detruncata et reducta ad summam fl. 150 in domo lapidea Pleśniewiczowska ecclae s. Stanislai iuncta, possessionis olim PP. societatis Jesu, nunc Nob. Salkowski, advocati



civit. Posn., inscriptus, sed actus inscriptionis deest, qui inquirendus est vel circa contractus resignatorios haec summa investiganda, cuius realitas continuo usu et possessione probatur. Census dispositus est pro anniversario quotannis celebrando in hac eccla pro animabus Joannis et Stanislai sacerdotum et pro anima Sophiae. Census iste post extinctum ordinem S. J. non percipitur, sed primo bonis modis, quodsi hi non profecerint, etiam iuris remediis vindicandus est et obligationibus satisfaciendum.

18. Census a summa fl. 50 foundationis olim fam. Szaborowa in domo, fornice, fundo ac horto olim Stanislai Rozmaity, nunc Trelewska inter domos Naybar clavifabri ex una et Adalb. Bagnowski, civium Chwalszew., sita act. Consist. Posn. die 7. Sept. a. 1648 inscriptus. Domus haec fuit in possessione post Rozmaity Alberti Lubkowicz organarii, deinde Joa. Jakimowicz, tum Gawareckich, nunc Mariannae Trelewska. Census dispositus est pro anniversario unius Noct. cum missa lecta Requiem quolibet anno pro anima Reginae Szaborowa. Census iste in parte percipitur et obligationi etiam in parte satisfit.

19. Census a summa fl. 100 seu, ut inscriptio sonat, aureorum hung. 16 et fl. 4 foundationis olim Rev. Matthaei Casimirii pro decantanda votiva de s. Matthaeo in crastino eiusdem super domo Fabianczykow, deinde Rozmaitych, ad praesens Duszynska viduae inter domos Mielcarzewicz bibliopolae ab una et Wiecki pistoris parte ab altera sita act. Consist. Posn. a. 1677 die 16. Jun. inscriptus. Census iste difficulter percipitur et obligationi proportionate satisfit.

20. Census a summa fl. 50 in domo Pauli Rozmaity, civ. Chwalsz., inter domos Stęszewski, cantoris Cath., ab una et Onuphrii Jankowski parte ab altera sita inscriptus pro anniversario uno quolibet anno celebrando iuxta mentem fundatoris, qui ignoratur, et inscriptio deest. Census tamen continuo usu in documentis ecclae adnotato probatur et percipitur et obligationi ex parte satisfit.

21. Census a summa inter proventus capellani litteratorum N. 8 posita in Białężyno inscripta pro anniversario quotannis in hac eccla celebrando pro anima Gertrudis dispositus, ad praesens percipitur et obligationi satisfit.

22. Census a summa marc. 30 olim in domo Joa. Zegodła, civis Posn., inscriptus coram iudicio bannito Civit. Posn. fer. VI. ante fest. s. Michaelis a. 1546. Possessor huius domus fuit



deinde Szye, deinde Mathias Tymagier aurifaber, ad praesens Wotkowicz in magna platea acialis. Census hic dispositus fuit pro anniversario quolibet anno absolvendo pro anima Joannis, ad praesens percipitur et obligationi non ex integro satisfit.

23. Census a summa fl. 100 foundationis olim Nob. Jacobi Rychlicki pro anniversario et duabus missis lectis ac una cantata quotannis in hac eccla pro animabus Jacobi et Magdalenae conjugum in domo honesti Joa. Głogowski alias Srebrny, deinde Felixiewiczow, deinde Magnusiewiczza, ad praesens Jacobi Grywczynski, tutoris Chwalsz., coram iudicio bannito Chwalsz. fer. VI. ante fest. s. Matthaei Ap. a. 1626 inscriptus. Haec summa iam levata haeret in cancellaria Chwalszev. Census ab illa a multis annis non percipitur et obligationi non satisfit. Locanda tamen est in bonis mundis.

24. Census a summa fl. 135 foundationis olim Joa. Gąsior, civis Chwalsz., ratione certi officii ecclesiastici pro anima dicti fundatoris in alio actu expressi, qui adpraesens deest, in et super domo lapidea in platea Vratislav. sita olim Laurentii Sterski, deinde Kramberskich, deinde Kozłowskich, ad praesens Koner-skiego aurifabri act. Consist. Posn. die 4. Apr. a. 1605 inscriptus pro votiva cantata de s. Joanne absolvenda quotannis pro anima fundatoris, prout posteriori informatione constitit. Census est in lite et obligationi non satisfit.

25. Census a summa fl. 100 in et super tota synag. Judaeorum Valcensium act. Consist. Posn. a. 1745 die 31. Aug. inscriptus et ex domo olim Gniewiczow, deinde Laur. Zakrzewicz, civis Chwalsz., levatus. Sed quia synagoga haec est sub potestate regis Borussorum et ante aliquot annos funestam conflagrationem passa est, ideo ex resolutione camerae omnibus censibus liberata.

26. Census a summa fl. 1000 in domo fam. Jackowskich, civ. Chwalsz., relicta ex testamento olim fam. Pauli Kapczynski et disposita pro anniversario quotannis celebrando in suffr. animae ipsius, sed nondum inscripta, quae inscriptio quantocius procuranda est. Census percipitur et obligationi satisfit.

27. Census a summa fl. 100 in domo olim fam. Ekiertowa, civ. Chwalsz., ad praesens Bagnowskiego inscriptus, sed inscriptio deest, obligatio ignoratur et census est in lite.

28. Census a summa fl. 100 per olim Rev. Joa. Łaskarski act. Consist. Posn. a. 1642 die 9. Apr. inscriptus pro votiva



Rorate in Adventu in hac eccla decantanda. Census iste ad praesens est investigabilis.

29. Census a summa fl. 50 testamento olim Nob. Dorotheae Kokowska de a. 1629 die 23. Sept. confecto ad hanc ecclam legata. Ad praesens est investigabilis.

Fuerunt longe plures foundationes in hac eccla pro anniversariis, missis votivis et invitatoriis in visitationibus Zalasoviana et Liboviana fusius descriptae, in variis domibus Chwalszev. et Posn. locatae, sed cum desolatione harum domorum ita deperierunt, ut nullum ad praesens earum exstet vestigium et census sint irrepetibiles.

#### 42. Obligationes canonicorum.

Praeter hic superius specificatas inter proventus obligationes anniversariorum et votivarum tenentur ex erectione praepositus et canonici officium de Passione Dni, hoc est: Matutinum cum Laudibus, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Missam, Vesperas et Completorium diebus Dominicis nec non II., III. et VI. feriis qualibet hebdomada per se vel alios presbyteros decantare. In feriis vero IV. expleto officio ut dictum est de Passione Dni, dicti plebanus et praebendarii missam duntaxat de s. Nicolao, patrono dictae ecclae, et V. feria de ss. Corpore Christi singulis hebdomadis cantare tenentur. Diebus vero sabb. integrum officium de BMV. psallere tenentur. Plebanus vero ratione sui pastoralis officii ultra dicta officia per se et praebendarios explenda missam secundam de tempore cum clericis per se vel suum vicarium officiare tenetur, ad quam dicti praebendarii aut eorum substituti minime sunt obligati. Insuper dicti plebanus et canonici omnes tenentur quotidie ad legendam unam missam pro defunctis cum collecta pro sacerdote, ecclae fundatore, per turnum, ea tamen moderatione, ut hebdomadarius, qui missam summam tenebit duntaxat in hebdomada sua, ad id non teneatur, reliqui autem omnes cum plebano per turnum teneantur. Insuper in eadem erectione ordinatum est, ut in festis solemnioribus, videlicet: Nativ. Chr., Paschae, Ascens. Dni., Pentec., Corporis Chr. et in omnibus festis BMV. nec non in festis ss. patronorum ac dedicat. ecclae officia de ipsis festis per dictos plebanum et praebendarios integre decantentur, officio de Passione his diebus intermisso. Pro quibus omnibus officiis absolvendis tempus assignatum est, ut dum ad missam BMV. sive mansio-nariorum in eccla Cath. Posn. campana fuerit pulsata, mox in ipsa eccla s. Nicolai pulsetur, quo pulsu audito plebanus et cano-



nici sive eorum substituti ad dictam eccliam convenient et in suis stallis officia divina psallant. Qui omnes superpelliceati ad eccliam venire debent sub poena duorum grossorum inter praesentes canonicos distribuendorum. Si quis autem aliquod officium divinum aut eius partem neglexerit, mulcta unius grossi puniatur, quae similiter inter praesentes dividenda erit. Pro decore autem huius Collegiatae conceditur in erectione usus dalmutiorum de pellibus aspergellinis ad instar vicariorum ecclae Cath. De offeratoriis autem in dicta ecclia statutum est, ut videlicet in dedicationis et ecclae patroni festis offertoria huiusmodi et singula sub ipsis festis oblata aequaliter inter plebanum et canonicos sive eorum substitutos dividantur tali modo, ut unam partem plebanus et alteram aequalem partem canonici aut eorum substituti percipiant. Si quis autem per se vel per substitutum suum officia divina complere neglexerit, per 15 dies ex tunc pro singulis diebus luet poenam grossi unius; quodsi forte incorrigibilis existat, post elapsum mensem praebenda pro vacanti declaratur.

*Moderatio* harum obligationum facta est sub tempus visitationis huius ecclae per Mathiam Łubienski eppum de a. 1628, ut scil. loco missae quotidianae pro fundatore singulis hebdomadis duo sacra pro eodem absolvantur per turnum sub poena peccati mortalis.

*Moderatio* altera facta est in visitatione Liboviana, ubi ordinatur, ut ex octo fundatis canonicis quatuor tantum continui residentes de redditibus participant et alii sint expectantes, siquidem octo sustentari nequeunt. Item ut bis in hebdomada totum officium de Passione decantetur per quatuor canonicos participantes vel eorum substitutos et officium de BMV. totum semel in hebdomada et missae tres per turnum decantentur diebus istorum officiorum iuxta mentem et ad intentionem erectionis. Item ut iidem canonici diebus solemnioribus in excipiendis confessionibus sacr. praepositum iuvent, processionibus, thurificationibus, invitatoriis superpelliceati adsint et missas fundatas absolvant, ut altaria in hac ecclia ante omnes externos canonicis conferantur, ut unus ex canonicis sit vicarius seu substitutus praepositi, prout sonat erectio.

Ex eadem erectione habetur, quod canonici omnes discretionem et provisionem praepositi regantur eiusque regimini subesse teneantur sibi in omnibus licitis et honestis oboedire et castigationem sive correctionem ipsius super excessibus quomodolibet



in ecclā patratis sustinere vocique suae quantum ad correctionem choralem intendere debeant. Qui si aliquis eorum rebellis vel remissus fuerit, iuxta qualitatem excessus imponere multas ipsosque punire poterit.

Obligationibus his satisfit iuxta reductionem visitationis Libovianae. Canonici tamen renitentes sunt in adiuvando praeposito ad excipiendas confessiones.

43. Capitulum generale huius Collegiatae solet semel celebrari in anno postridie festi s. Michaelis Arch., ubi fit correctio fraterna, procurator Capituli reddit rationem de perceptis et expensis, novus in futurum annus eligitur et alia negotia Collegiatae tractantur, praemisso anniversario pro confratribus et tractatu de cultu divino. Capitula vero particularia celebrari debent iuxta ordinationem visitationis Libovianae semel in mense, sed ad praesens negliguntur.

Actorum Capitularium liber habetur descriptus ab a. 1728.

44. Statuta huius Collegiatae habentur descripta in libro antiquo separato in N. 15, quae tamen approbari debent per Lociordinarium vel eius Officium.

Obligatur praeterea haec Collegiata ad votivam de Spiritu s. celebrandam ab initio cuiuslibet gen. Capituli Cath. Posn. pro concordia servanda, quam omnes Capitulares superpelliceati decantare debent ex ratione census condonati ex domo olim pro communitate huius Collegiatae serviente iuxta decretum Cap. Cath. Posn. die 14. Jul. a. 1592 latum. Sed domus haec ad praesens non exstat, votivae tamen praedictae leguntur cum pulsu organi, sed sine praesentia canonicorum.

45. Installatio canonicorum seu receptio fit ad instar Cap. Cath. Posn. praevio iuramento super Evangelium. Quilibet vero neoinstallatus ratione iucundi ingressus tres aureos hung. contribuit ad massam Capituli, ex quibus unus pro sacristia cedit et duo inter praesentes canonicos dividuntur. Servitoribus autem ecclae fit obventio aliqua pro liberalitate.

Carentiae in cursu decantando ac aliis officiis divinis per negligentes et absentes in seorsivo olim libro adnotabantur et multae in separato scrinio pro necessitatibus Collegii conservabantur. Consuetudo haec laudabilis processu temporis neglecta merito renovanda est.

46. Domus canonicales.

1. Fuit olim ex adverso ecclae huius collegiatae ante muros caemeterii eiusdem domus ampla cum omnibus adiacentiis,



stabulis, horto, pomario, donata per olim Rev. Jacobum Dziaduski, suffr. Posn., Capitulo Collegiatae s. Nicolai pro residentiis canonicorum in communi viventium cum consensu Cap. Cath. Posn., prout constat ex actis huius Capituli d. d. 29. Martii a. 1568. Sed ad praesens haec domus non exstat, solum area deserta et inutilis.

2. Est domus lignea scandulis ligneis tecta in contiguitate fundorum residentiae canonicalis Cath. in monte sitae ad praesens Rev. Chłapowski, archid. Srem., locata, cum uno hipocausto et cubiculo, quae per modernum possessorem Jll. Janowski a fundamentis reparata et alio hipocausto aucta, sepimentis de asseribus circumducta, in statu satis bono. Huic domui adiacet stabulum parvum cum fornicibus duobus ligneis. Item hortulus parvus pro oleribus alias tertia pars horti ad canonicos tres participantes spectantis, quae tertia pars in latitudinem cubitorum  $22\frac{1}{2}$ , in longitudinem vero cubitorum  $59\frac{1}{2}$  existit, sepimento de asseribus ligneis satis bene circumducta, quam possessor locat inquilinis ex censu annuo.

3. Domus altera anteriori adiacens paulo a tergo, lignea, scandulis ligneis tecta cum hipocaustis duobus et stabulo repatione indigentibus. Huic domui adiacet hortulus sepimento circumductus, similis priori. Domus haec est in possessione Jll. Sankiewicz, can. huius ecclae, in qua non residet nec illam reparat, sed solum inquilinis locat ex censu annuo.

4. Domus huic adiacens, lignea, scandulis ligneis tecta, hipocaustorum duorum cum stabulo, asseribus ligneis circumducta, in statu satis bono. Huic adiacet hortulus incultus. Possessor ad praesens est Jll. Schadowski, qui in ea non residet, sed solum inquilinos ex censu annuo fovet.

Residentiae istae omnes distribuuntur per senium vocationis inter canonicos participantes in Capitulo generali,

#### 47. Ordo devotionis.

Hora 8. dato signo canitur a populo officium parvum de Imm. Concept. BMV., quo finito capellanus litteratorum cantat missam cum confratribus de Assumpt. BMV. Hac finita fit aspersio et, si adest populus, processio et missa conventualis canitur per praepositum, in qua fit concio per Religiosum ex ordine s. Francisci Reformatorem. Post concionem debet legi missa per canonicos alternatim iuxta foundationem unam inter obligationes altariae s. Phil. Nerei hic superius citatam et alteram inter proventus canonicorum sub N. 4. Sed ad praesens



non peragitur haec missa. A prandiis circa horam 2. canitur a populo iterum officium de Concept. BMV.

In festis autem I. et II. classis de mane canitur Matutinum cum Laudibus per canonicos, a prandiis vero decantantur Vesperae post officium de Concept. BMV. Diebus vero sabb. non decantantur Vesperae, solum in pervigiis festorum I. et II. classis.

Catecheses pro rudioribus fiebant antea per Religiosos S. J. Ad praesens autem post exstinctum hunc ordinem plane non fiunt.

Cui ordini adiiciendum est: 1) ut Vesperae quolibet die sabb. et in quolibet festi pervigilio decantentur, 2) ut Matutinum cum Laudibus quolibet die Dominico et festo decantetur aequae ac Vesperae a prandiis, 3) ut officium de Im. Concept. mane, et a prandiis Rosarium decantetur per pauperes xenodochii et pueros scholares ac populum, si aderit, 4) ut catecheses quolibet die Dominico non impedito solemni devotione pro rudioribus fiant et missae post concionem ex foundatione non neglegantur, et concionator excitet parentes ad mittendam suam prolem pro doctrina christiana, revocando parochianis in memoriam decretum Cap. Cath. Posn. a. 1647 in Cap. gener. ss. Petri et Pauli latum, quo statuitur, ut quilibet oppidanorum Chwalszew. diebus festis in persona sua vel (si ipse legitime impeditus fuerit) aliquem ex domesticis suis pro divinis officiis et concione audienda in ecclia s. Nicol. mittat sub poena sex grossorum pro qualibet vice pro necessitatibus ecclae praefatae convertendorum.

### Proventus pro praeposito.

Ex primaeva erectione huius ecclae, antequam esset collegiata, habuit praepositus quosdam proventus, qui dudum ad rectores dictae ecclae pertinebant, prout de illis fit mentio in posteriori erectione Collegiatae, sed sine ulla illorum specificatione. Cuius tamen primaevae erectionis nullum exstat vestigium, et proventus omnes cum illa deperierunt, qui ad eccliam hanc olim parochialem spectabant pro eiusdem rectoribus.

Ex altera erectione huius ecclae in collegiatam inscriptae sunt pro praeposito annui census marcae 6 mediorum lat. gross. in bonis villae Granowo minus dist. Costen. act. Cast. Cost. fer. V. post Priscaae a. 1469 inscripti. Sed in libro proventuum huius ecclae adnotatum est, quod summa haec levata fuerit per collatores vic. Cath. ecclae et census deperiit. Proinde praepositus nullum certum proventum habet, solum



accidentia et fundationes pro obligationibus absolvendis sequentes:

Fundationes pro obligationibus praepositum concernentibus.

1. Census a summa fl. 2266 gr. 20 ex variis summis partialibus conflata, nempe: 1) ex summa fl. 1000 foundationis olim Barth. Durowicz, civis in Piotrowo, pro absolvendo anniversario quolibet anno in suffr. animae ipsius in hac eccla, 2) ex summa tynf. 500 foundationis olim Rev. Hadawski, 3) ex summa tynf. 300 foundationis Hedv. Fibichowa, 4) tynf. 100 foundationis Jac. Stoforowski, civ. Chwalsz., 5) tynf. 100 foundationis devotae Sophiae ex hospitali s. Nicolai. Qui tynfones reducti in unam summam efficiunt tynf. 1000, cum obligatione, ut praepositus vel alius sacerdos absolvat unam missam qualibet hebdomada ad altare Concept. BMV. pro animabus dictorum fundatorum. Summa haec totalis in unum collecta locata est in bonis villae Kluny dist. Posn. act. Cast. Posn. sabb. post festum Trium Regum a. 1761. Census a 4 annis non percipitur, sed speratur, obligationi tamen satisfit.

2. Census a summa fl. 100, ex quibus 50 fl. pro necessitatibus huius ecclae, alii vero 50 pro absolvendo sacro pro anima famulae Annae, act. Consist. Posn. a. 1670 die 3. Sept. inscriptus in domo Kierszkowicow olim, deinde Łagonskiego, deinde Dyońska viduae, ad praesens Jacobi Leynard sutoris. Census percipitur et obligationi satisfit.

3. Census a summa fl. 200 testamento olim Nob. Jac. Rychlicki legata pro missis 14 pro anima fundatoris absolvendis annuatim in bonis villae Nagradowice dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. III. post fest. s. Jacobi Ap. a. 1626 inscriptus. Census iste a 6 annis non percipitur et obligationi non satisfit.

4. Census a summa fl. 100 foundationis olim Rev. Gaspari Szykowski pro missis sex quolibet anno absolvendis in domo olim Garnuchowskiego supra stagnum eppale post montem s. Nicolai, ad praesens canonicorum BMV. act. causarum Cap. Cath. Posn. a. 1659 die 5. Maii inscriptus. Census iste percipitur et obligationi non ex integro satisfit. In eadem inscriptione est alia summa fl. 100 pro aliis missis sex in suffr. earundem animarum absolvendis, sed ad marginem dicitur fuisse levata ex hac domo, ubi tamen locata fuerit, non constat. Collegiata vero BMV. solvit censum supradictum ex domo sua olim Jarczyewsia dicta.



5. Census a summa fl. 50 in domo Brauzina, viduae Chwalsz., act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. ante fest. s. Michaelis a. 1627 inscriptus. Census non percipitur et obligationes ignorantur.

6. Census a summa marc. 12 in domo Reginae Jańkowska viduae act. iudicii banniti Chwalsz. fer. VI. post fest. s. Marci Ev. a. 1674 inscriptus, sed obligationes ignorantur, quia primaeva inscriptio deest. Census iste ad praesens ob inopiam non percipitur.

7. Census a summa fl. 50, olim fl. 100, sed per commissionem Officii Posn. per dimidium decortata, in domo Josephi Prusikiewicz, ad praesens Joa. Sztreyter, sartoris Chwalsz., inscripta et in contractu eiusdem domus resignatorio act. Advoc. Chwalsz. die 8. Aug. a. 1775 recognita. Sed obligationes ignorantur, quia inscriptio primaeva deest. Census ab annis tribus non solvitur, sed speratur.

8. Census a summa fl. 100 in domo fam. Grabowski contractu resignatorio eiusdem domus coram act. Adv. Chwalsz. 1. Febr. a. 1752 facto recognitus. Possessor huius domus fuit olim Janiszewski piscator. Census iste a 12 fere annis non solvitur et obligationes ignorantur.

9. Census a summa fl. 100 foundationis olim fam. Reszczynska pro missis in domo olim fam. Dębńskich in Chwalszewo act. Consist. Posn. a. 1736 mense Sept. inscriptus. Cuius possessor fuit deinde Nob. Thomas Jagrowski. Sed ex hac domo levata est haec summa a. 1755 die 5. Sept. et apud Joa. Sadowski, civ. Posn., super domo eius in Minus Garbary sita inscripta a. 1757, sed actus inscriptionis deest. Census a 4 annis non percipitur et obligationi non satisfit.

10. Census a summa fl. 100 foundationis Podolskich, civium Chwalsz., primitus in domo Charańiewicz et in altera domo fam. Zakrzewicz, deinde in domo Josephi Pelczyński, ad praesens Joa. Georgii Naubar, clavicularii Chwalsz., act. Advoc. Chwalsz. a. 1758 die 19. Dec. inscriptus pro missis pro anima Barbarae Podolska et in contractu resignatorio eiusdem domus facto coram act. Advoc. Chwalsz. die 5. Dec. a. 1773 recognitus. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

11. Census a summa fl. 50 in domo et horto olim Osędowicz, oppidani Chwalsz., act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. ante festum ss. Trinit. a. 1650 inscriptus, cuius domus possessor fuit deinde Martinus Moskwa sartor, deinde Siuda rybak, ad



praesens Jarocki piscator. Census iste non percipitur et obligationes ignorantur.

12. Census a summa fl. 100 in domo fam. olim Thomae Vitalis, sartoris Chwalsz., ad praesens Valentini Rybinski piscatoris act. Consist. Posn. a. 1679 die 26. Junii inscriptus pro missis sex annuatim pro anima Lucae Kolanko absolvendis. Census non percipitur et obligationi non satisfit.

13. Census a summa fl. 100 testamento olim Gaspari Kniayczel pro missa lecta quolibet mense pro anima testatoris et consanguineorum eius absolvenda in domo lapidea olim Joa. Poth, civis Posn., in platea magna Posn. coram iudicio bannito civit. Posn. a. 1626 fer. VI. post festum s. Matthaei Ap. inscriptus, deinde in lapideam Meysnerowa dictam in platea Judaeorum ex opposito capellae Christi sitam translatus et decreto consulari Civit. Posn. inter creditores et haeredes Meysnerovianos fer. II. post Dom. Cantate a. 1777 extradito, iam autem die 2. Oct. 1775 prolato recognitus et adiudicatus. Census iste percipitur et obligationi non ex integro satisfit.

14. Census a summa fl. 600 foundationis olim Catharinae Szulczewska testamento suo pro anniversario in suffr. animae suae singulis annis absolvendo in bonis totius communitatis Chwalsz. dispositus et inscriptus act. Consist. Posn. a. 1772 die 2. Apr. Census percipitur et obligationi satisfit.

15. Census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Laktanski in lapidea in circulo fori Posn. acialiter sita, Szfermanowska dicta, penes plateam caninam, sed actus inscriptionis deest, solum in visitatione Zalasov. huius summae fit mentio, a qua census non percipitur et est investigabilis.

16. Census a summa marc. 27 de villa Maiori Granowo levata et in bonis villae Nowawieś dist. Posn. locata et inscripta act. Cast. Posn. fer. VI. in Oct. Epiph. a. 1514, item act. Consist. Posn. eodem anno die 16. Febr. Haec summa videtur esse pars foundationis pro praeposito ex erectione, sed census ab immemorabili non percipitur et nullam eius exstat vestigium.

17. Census a summa fl. 100 in bonis villae Krajewice dist. Costen. act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Judica a. 1555 inscriptus. Ab immemorabili non percipitur et obligationes ignorantur.

18. Census a summa marc. 12 translata de oppido Chwalszewo et in bonis medietatis villae Tomiszewo dict. Chcinen.



locata et inscripta act. Consist. Posn. a. 1506 die 27. Maii. Census ab immemorabili non percipitur.

19. Census a summa fl. 100 per Annam Catharinam, tincturissam civem Posn., super domo et horto villae Winiary act. Consist. Posn. a. 1605 die 30. Martii inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

20. Summa marc. 100 per olim honestam Annam Szymankowa seu ab executoribus eiusdem inter confraternitates lanionum, sutorum, sartorum, rotificum, pellionum, cingulatorum etc. distributa cum obligatione, ut quodlibet contubernium contribuat pro duabus missis qualibet hebdomada legendis pro anima fundatricis, quae obligatio per contubernia facta est coram act. Advoc. Chwalsz. die Dom. post fest. s. Francisci a. 1543, sed ad praesens contubernia huic obligationi non satisfaciunt.

21. Census a summa fl. 100 in domo olim Stan. Siewek, postea Gorecki, ad praesens Mathiae Cybulski, civ. Chwalsz., coram iudicio bannito Chwalsz. sabb. pridie Dom. Reminiscere a. 1638 inscriptus ex testamento olim Pauli Motyczka alias Rataj pro 8 missis Requiem quolibet anno pro anima testatoris absolvendis dispositus. Census iste percipitur et obligationi saltem ex parte satisfit.

22. Census a summa fl. 200 foundationis olim Reginae Szaborowa et Rev. Gaspari Goslinii super domo et horto post montem Summi Posn. act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. ante fest. s. Thomae Ap. a. 1638 binis inscriptionibus sub eodem actu factis recognitus et pro absolvendis missae sacrificiis dispositus pro animabus fundatorum. Possessores huius domus fuerunt Myczkarczyk, deinde Paciorek, ad praesens fundus est desertus et horti possessor est Jll. praepositus, qui tamen manet incultus, et obligationi non satisfit.

23. Census a summa fl. 100, sed per decretum commissoriale a. 1750 latum ad summam fl. 50 reducta in domo olim Barth. Rudolff, sartoris Chwalsz., ad praesens Laur. Nowacki piscatoris pro necessitatibus huius ecclae inscriptus act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. pridie festi Circumcis. Dni a. 1649. Census iste a 10 annis non percipitur, qui per oeconomos ecclae vindicari debet.

24. Census a summa fl. 100 foundationis olim fam. Hedv. Sieminska, oppidanae Chwalsz., in domo lapidea in Garbary sita, olim Gregorii Snuglewicz, deinde fam. Weyss, deinde Bernardi aurifabri in platea cerdonum act. Consist. Posn. a. 1661



die 19. Jan. inscriptus. Census iste ad praesens est investigabilis et obligationes ignorantur.

25. Census a summa fl. 50 in domo in Ostrowo prope lapideam dictam Łażnia Cap. Cath., cuius possessor erat Casim. Stoinski, ad praesens fam. Zielińska vidua inscriptus, sed actus inscriptionis deest et obligationes ignorantur, census etiam non percipitur.

26. Census a summa fl. 50 in domo Joa. Wierzynski, civis Chwalsz., ad praesens Sankiewiczowa viduae inscriptus, sed actus inscriptionis deest et obligationes ignorantur, census etiam ob inopiam possestricis non percipitur.

27. Census a summa fl. 300 foundationis olim Barbarae Zywinska, ex quo censu duae partes destinatae sunt pro musicis tempore quadragesimalis devotionis, tertia vero pars pro duobus cereis ardendis ante effigiem Crucifixi in medio huius ecclesiae prostantis, in et super tota synagoga Iudaeorum Posn. act. Cast. Posn. fer. VI. post Dom. Iudica a. 1731 inscriptus. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

28. Census a summa fl. 100 in domo olim Mathiae Wyrwinski, sutoris Chwalsz., penes hospitale s. Laurentii foundationis Margarithae Krechowa pro votiva Concept. BMV. in octava eiusdem per praepositum absolvenda act. Advoc. Chwalsz. die 31. Jan. 1752 inscriptus, qui ab a. 1774 non percipitur, et obligationi non satisfit.

29. Juxta visitationem Zalaszoꝝ. tenetur fraternitas litteratorum solvere praeposito censum a fl. 100 haerentem ad montem calvum post eccliam s. Adalberti ratione obligationis decantandae missae Rorate singulis Dominicis primis mensis per eandem fraternitatem. Census iste non percipitur et obligationi non satisfit.

30. Juxta decretum Capituli huius Colleg. die 7. Mart. a. 1736 latum praepositus cum successoribus suis pro quarto canonico participante de proventibus communitatis pro decantando cursu et anniversariis admissus est, siquidem antea non fuit participans, sed de proventibus suis vivebat, qui ad praesens fere omnes deperierunt.

31. Habuit etiam praepositus olim missalia ex molendino dicto Kapitulnik, ex quo solvebantur metretae siliginis iuxta numerum rotarum decreto Capituli Cath. Posn. a. 1640 in Capitulo gener. s. Martini lato sibi adjudicatae. Sed a multis annis hoc molendinum non exstat.



Fuerunt antea longe plures census pro obligationibus per praepositum absolvendis in visitationibus Zalasov. et Liboviana fuse descripti, in variis domibus oppidanorum Chwalszev. haerentes. Sed his domibus partim per inundationem partim per desolationem partim per conflagrationem sublatis etiam census deperierunt.

32. Census a summa fl. 100 in domo Andreae rotificis Chwalszev. ex fundatione Nicolai Brzozowski act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. ante fest. s. Michaelis a. 1621 inscriptus, cuius medietas decreto posteriori adiudicata est pro vino ad hanc eccliam et altera medietas ad hospitale s. Laurentii Posn. Census iste ad praesens est investigabilis.

33. Habuit etiam praepositus cum collegio canonicorum privilegium liberae propinationis cerevisiae in domo communis, sed ad praesens haec domus non exstat et cerevisia non propinatur.

34. Exstat praeterea decretum memoria dignum pro parte praepositi in Consist. Posn. a. 1523 die 2. Mart. latum, quo statuitur, ut omnes et singuli presbyteri, altaristae, psalteristae, gratalistae sub parochia s. Nicolai circum circa eccliam Cathedr. in Chwalszewo et post montem degentes annis singulis pro quolibet festo Nativ. Dni per unum grossum pecuniae ratione columbationis pro plebano seu praeposito s. Nicolai pro tempore existente solvant. Qui census ad praesens non est in usu.

#### 49. Aedificia praepositi.

1. Residentia praepositi ex adverso ecclae est lignea, satis ampla, scandulis ligneis tecta, hipocaustorum duorum et camerae unius, in statu mediocri, sed continuis ruinis obnoxia ob inundationem aquarum, cum stabulis et forrestis ac pomariolo sepimento ligneo circumducto. Domum hanc non inhabitat praepositus.

2. Praeterea habet praepositus quatuor domus cum horto in una area sub diversis tectis de scandulis ligneis, ex quibus duae sunt in statu mediocri lignee et aliae duae similes in statu ruinoso. Omnia haec aedificia per olim Rev. Laktański, praep. huius ecclae, sunt exaedificata et testamento eiusdem successoribus praepositis legata cum obligatione, ut singulis quartualibus unum lapidem saevi praepositus pro lampade ante ss. Sacramentum oeconomis ecclae procuret, tum ut hortus dividatur in duas partes, quarum una cedat praeposito, altera vero



altaristae s. Annae foundationis Prandziscianae. Ad praesens vero obligationi isti quoad primum punctum non satisfacit, quoad secundum vero satisfacit, cum idem sit altaris et praepositus. Dispositionem huius testamenti refert visitatio Zalasoviana. In quatuor istis domibus habitant inquilini ex censu annuo praeposito proveniente.

Fuerunt olim aliae duae domunculae praepositi in Chwalszewo et tertia ibidem pro organario cum horto adiacente, sed ad praesens nullum earum exstat vestigium.

#### 50. Obligationes praepositi.

Ex erectione praepositus primatum obtinet inter ceteros praebendarios huius ecclesiae et curam animarum totius parochiae regere debet dictamque ecclesiam tam in spiritualibus quam in temporalibus administrare, ornatus, clonodia et res alias dictae ecclesiae fideliter custodire.

Ex ratione vero canonici participantis tenetur cum ceteris canonicis cursum de Passione aequae ac de BMV., item anniversaria diebus superius expositis decantare.

In Capitulo gener. huius Collegiatae a. 1742 die 5. Nov., item a. 1743 die 1. Oct. celebrato statutum est, ut praepositus connotet absentias canonicorum tam in cursu quam in anniversariis et in missis celebrandis ea ratione, ut pro omissione unius missae detruncetur unus florenus, pro omissis horis Vespertinis gross. 7 et medius. Similiter absentes in anniversariis et votivis careant portione, quae inter praesentes aequaliter dividi debet.

#### 51. Proventus pro concionatore.

1. Census a summa fl. 60, sed per decretum Advoc. Chwalsz. reducta ad fl. 50 per olim Joa. et Annam Kwiatkowski pro concionatore huius Collegiatae act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. ante festum s. Martini a. 1669 inscriptus, deinde in bona totius communitatis oppidi Chwalszew. translatus et act. Consist. Posn. die 2. Apr. a. 1772 in iisdem inscriptus, qui ad praesens percipitur.

2. Census a summa fl. 100 in domo et horto olim fam. Alexandri Grynt, chirurgi Chwalsz., pro concionatore per olim Mathiam Pawolkowicz alias Zasiegala testamentaliter dispositus et act. Consist. Posn. a. 1670 die 6. Aug. inscriptus, cuius domus ad praesens possessor est Alexius Olszynski, coquus Chwalsz., qui in contractu resignatorio coram act. Advoc. Chwalsz.



die 14. Jul. a. 1775 facto hunc censum habet recognitum, quem tamen ob inopiam non solvit.

3. Censu a summa fl. 100 in domo fam. Casimiri Sarnowski, ad praesens Rakowski pro concionatore inscriptus et in contractu resignatorio eiusdem domus facto act. Advoc. Chwalsz. die 16. Jun. 1775 recognitus una cum alio censu a fl. 200 fundationis olim Mariannae Gołąbkowa Szymankiewiczza pro missis et anniversario. Censu iste ab annis 4 non percipitur, sed speratur. Tamen postquam levati fuerint fl. 200, debent converti ex mente fundatricis in missas et anniversaria pro anima ipsius.

4. Censu a summa fl. 100 in domo olim Stan. Marona, civ. Chwalsz, deinde Kraszewski, ad praesens Caroli Kozłowicz pro concionatore contractu resignatorio eiusdem domus coram act. Advoc. Chwalsz. die 27. Jun. 1774 facto recognitus. Censu iste percipitur.

5. Fuerunt antea plures censu pro concionatore in variis domibus inscripti, qui sublati domibus deperierunt.

Concionator ad praesens fovetur ex ordine s. Francisci strictioris observantiae, cui solvuntur annuatim 100 fl. ex corbona ecclesiae.

52. Bibliotheca ecclesiae composita est ex libris vetustioribus circiter 43, quorum catalogum dabimus ad finem, qui conservantur in scrinio, sed consulendo ipsorum integritati ordinamus, ut in armario non humido conserventur sub clavi praepositi et aestate aliquoties ventilentur in aura liberiori. Ne autem sine lectore inaniter tabescant, praevio manuali chyrographo in separato libro describendo clero huius ecclesiae ad legendum communicari poterunt.

53. Archivum Capituli, ubi omnia iura et documenta huius ecclesiae conservantur, exstabat hactenus penes procuratorem. Ut autem securius in posterum conserventur, in separato armario in ecclesia sub clavi procuratoris teneantur et aliquoties in anno liberiori aerae ad arcendam humiditatem exponantur.

54. Sigillum ecclesiae aurichalco incisum cum effigie s. Nicolai, patroni huius ecclesiae, exstat ad acta publica huius Collegatae munienda.

55. Perlatum est ad nos querela sub actu visitationis contra contubernium Szoldrscianum, quod scilicet aliquam partem horti ad canonicos huius ecclesiae spectantis sibi appropriaverit. Proinde ex senioribus hominibus antiqui limites inquirendi sunt et res ista amicabile dislimitatione componenda.



56.

## Clerus huius ecclesiae.

Praepositus Jll. Adm. Rev. Joannes Woyciechowski annorum 52, oriundus de Rakoniewice, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Colleg. M. Magd. Posn. die 25. Sept. 1758, ad vicariaturn Cath. Posn. officiose institutus die 5. Aug. a. 1761 et eodem anno die 8. Aug. rite introductus. Ad officium vicedecani Cath. officiose institutus die 4. Aug. a. 1766 et eodem anno rite introductus. Ad altare s. Annae in hac eccla legitime praesentatus, officiose institutus die 8. Nov. a. 1758 et eodem anno die 10. Nov. rite introductus. Ad praeposituram huius ecclae legitime praesentatus, officiose institutus die 4. Dec. a. 1767 et solemniter installatus die 24. Nov. a. 1771. Ad excipiendas confessiones sacr. etiam pro casibus reservatis officiose approbatus die 2. Apr. 1779 ad decursum duorum annorum. Quae omnia litteris authent. nobis exhibitis rite probavit. Plura alia beneficia neque in hac neque in alia dioecesi possidet. Penes hanc ecclam non residet, sed penes ecclam Cath. Pro familia conservat hospitam et puerum, quae familia est satis honesta et morigera.

Primus canonicus est Melchior Janowski, de cuius sacris ordinibus notionem dedimus in visit. ecclae BMV. Ad canonicatum huius ecclae legitime praesentatus, officiose institutus a. 1745 die 15. Jan. et eodem anno die 18. Jan. rite introductus. Ad excipiendas confessiones officiose approbatus die 12. Apr. a. 1779 ad decursum duorum annorum. Quae omnia litteris auth. nobis exhibitis rite probavit.

Secundus canonicus Blasius Sankiewicz annorum 47, oriundus de Chwalszewo, qui litteras suae promotionis ad subdiaconatum et presbyteratum authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Cath. Posn. a. 1456 die 4. Jan. Ad canonicatum huius ecclae legitime praesentatus, officiose institutus die 24. Nov. a. 1762 et eodem anno die 2. Dec. solemniter installatus. Ad excipiendas confessiones officiose approbatus die 9. Jan. 1779 ad decursum duorum annorum. Quae omnia litteris auth. nobis exhibitis rite probavit. Praeter hoc beneficium possidet insuper vicariaturn ecclae Cath. Posn. et mansionariam cursus Passionis et rursus aliam mansionariam cursus BMV. et praecentoriam in eadem Cath. Posn., ad quae omnia beneficia litteras authent. institutionum nobis produxit. Praeterea possidet beneficium missae Rorate in eadem Cath.,



sed sine ulla institutione, possidet item beneficium missae Angelorum in Cath. pariter sine ulla institutione. Penes hanc eccliam non residet, sed in vicariatu. Pro familia conservat solum matrem suam.

Tertius canonicus Adalbertus Schadowski oriundus de Babimost, annorum 42, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines auth. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in Cath. Posn. a. 1765 die 12. Julii. Ad hunc canonicatum legitime praesentatus, officiose institutus die 14. Oct. a. 1771 et eodem anno et mense die 17. solemniter introductus. Ad excipiendas confessiones officiose approbatus a. 1779 die 13. Apr. ad decursum duorum annorum. Quae omnia litteris auth. nobis exhibitis rite probavit. Penes hanc eccliam non residet, sed in psalteria ecclae Cath. Praeter hoc beneficium est insuper psalterista in Cath. Pro familia nullam personam conservat.

Et hi tres canonici cum praeposito participant de proveniuntibus huius Collegiatae. Sequentes autem sunt expectantes:

Quartus canonicus est Michael Kazmierski, beneficiatus in Rożnowo, absens, de cuius ordinatione notitiam dare non possumus. Ex actis tamen Capitularibus huius ecclae constat eum ad canonicatum fuisse institutum die 11. Martii a. 1750 et eodem anno et mense die 13. solemniter introductum. Residentiam nullam habet circa eccliam.

Quintus canonicus Antonius Drzewiecki, commendarius huius ecclae, cuius ordinationis et approbationis notitiam dedimus in visit. ecclae BMV. Ad hunc canonicatum legitime praesentatus, officiose institutus die 6. Nov. a. 1771 et eodem anno et mense die 20. solemniter installatus. Praeter hoc beneficium possidet adhuc vicecustodiam in eccl. BMV., item beneficium Rorate, item beneficium cursus BMV., item ministerium Cieleccianum, item missam de Angelis, sed sine institutione hoc ultimum beneficium in Cath. Pro quibus omnibus nullam retentionem habet. Praeterea habet duas missas qualibet hebdomada absolvendas in Cath. ex fundatione Thomae Jagrowski. Penes hanc eccliam residet in domo praepositali. Pro familia conservat matrem suam, ancillam et puerum, quae familia est satis honesta et morigera.

Sextus canonicus Matthaeus Zymchanowski, oriundus de Mieyska Gorka, annorum 35, qui litteras suae



promotionis ad minores et maiores ordines auth. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in Cath. Posn. die 9. Junii a. 1770. Ad hunc canonicatum legitime praesentatus, canonice institutus die 15 Nov. a. 1776 et solemniter installatus die 23. Jan. 1777. Ad excipiendas confessiones etiam a casibus reservatis officiose approbatus die 9. Febr. a. 1779 ad decursum duorum annorum. Quae omnia litteris auth. nobis exhibitis rite probavit. Praeter hunc canonicatum est psalterista in Cath. et notarius proventualis Capituli Cath. Penes hanc eccliam non residet, sed in domo psalteristarum Cath. Pro familia conservat matrem et sororem suam.

Septimus et octavus canonicatus a multis annis vacat ob tenuitatem proventuum.

Praeterea sunt duo altaristae hic superius sub suis respectivis altaribus recensiti.

57. **Organarius** ecclae ad praesens est fam. Ignatius Drzewiecki, notar. Chwalsz., qui salariatur ex corbona ecclae fl. 100. Habet praeterea accidentia a contuberniis pro missis quartualibus, a confraternitatibus, ex anniversariis et funeribus etc. Est quidem circa eccliam decretum Capituli Cath. Posn. die 14. Jul. a. 1767 latum, quo declarationem civium Chwalsz. pro organario 100 fl. quotannis offerentium approbavit et standum eidem pro semper censuit, sed decretum hoc nondum est ad executionem deductum. Proinde praepositus Spb. magistratum Chwalsz. iunctis viribus cum oeconomis ecclae suaviter urgebit ad eiusdem executionem, interponendo etiam auctoritatem procuratoris generalis Capituli Cath.

58. **Sacellanus** ecclae est Mathias Piotrowicz, iuratus oppidi Chwalsz., qui ex corbona ecclae percipit annuatim fl. 16, item ab altarista Concept. pro decantatione officii fl. 20, item a confraternitatibus, contuberniis, anniversariis, funeribus, co-pulationibus, baptismis etc. percipit solita accidentia. Nulla tamen offertoria ad ipsum spectare debent, solum pro necessitatibus ecclae applicanda sunt.

Praeterea pro ministris ecclae est census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Lucae Zgierski in et super tota synagoga Jud. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Rogationum a. 1732 inscriptus, qui ad praesens percipitur, et ministri ecclae ex illo saltem partialiter iuxta superius dicta salariantur.

**Residentiam** ministri ecclae nullam habent. Fuit olim domus pro organario cum horto adiacente, quarta in numero ab



aedibus s. Barbarae, foundationis Evae Cieślina testamento eius coram act. Advoc. Chwalsz. a. 1633 fer. III. post fest. s. Luciae facta et in Consist. Posn. approbato die 7. Mart. a. 1634 cum obligatione, ut oeconomi ecclae s. Nicolai duo sacra Requiem quotannis pro anima Evae, fraternitas vero litteratorum alia duo sacra Requiem pro anima Joannis eius mariti solvant, praepositus vero s. Nicolai quatuor missas ad eandem intentionem absolvat iuxta erectionem hac de re seu ordinationem Joa. de Zalesie Baykowski, suffr. et off. gener. Posn., die 5. Apr. a. 1634 factam. Sed ad praesens fundus hic est in possessione alterius et obligationi non satisfit.

59. Rector scholae est honestus Jacobus Borniakowski, qui scholam separatam non habet, licet decreto visitationis Libovianae iniunctum fuerit magistratui Chwalsz., ut pro inventute sua erudienda scholam ad hanc ecclam paroch. exaedificari curaret. Ad interim docetur schola in domo ad praepositum spectante, cui rector scholae solvit censum annuum ex ea. Munus rectoris scholae est, ut iuventutem pauperem instruat in rudimentis fidei et litterarum, in lectione et scriptione, in ministrando missae sacrificio, in principiis arithmeticae, cum hac tamen praecautione, ut pueri separatim a puellis instruantur. Salarium nullum fixum habet praeter stipendium a parentibus liberorum iuxta conventionem. Consultius proinde esset, ut sacellanus (si idoneus fuerit) simul rectorem scholae agat, quo magis proventus sui augerentur.

60. Obstetrix in hac parochia est una satis honesta et probe instructa in iis, quae sunt requisita ad baptismum pro casu necessitatis administrandum.

61. De publicis peccatoribus superstitiones exercentibus et scandalose viventibus nihil nobis innotuit in hac parochia.

62. Ad reparationem huius ecclae quisnam tenetur, dubium est, sed recursus habendus ad providentiam divinam. Ad reparationem vero aedificiorum tenentur ipsi praebendarii respectivi.

63. In pacifica possessione horum omnium proventuum suis locis respectivis specificatorum est praepositus, canonici et altaristae.

64. Super proventibus ad hanc ecclam Colleg. et paroch. spectantibus habentur iura erectionum, inscriptionum suis locis respectivis citata, habentur visitationum anteriorum documenta



nec non praescriptio ac possessio plurimorum annorum his iuribus innixa.

65.

## Hospitale.

Penes hanc eccliam exstructum et fundatum est per olim Simonem Wosinski, can. Cath. Posn., in fundo per Capitulum Cath. donato ad id pium opus, longitudinis cubitorum 40, latitudinis cubitorum semiquindecim virtute decreti Capitularis die 9. Dec. 1756 emanati et cessionis officiosae eiusdem fundi coram act. Consist. Posn. a. 1757 die 5. Nov. factae. In quo fundo idem fundator extrui fecit opere Pruthenico xenodochium tegulis, lateritiis coopertum cum atrio, uno hipocausto maiori communi decem cubiculis et culina parva, cum duobus hortulis exiguis. Ad praesens in tecto reparatione indiget. Servit hoc xenodochium pro 10 feminis pauperibus iuxta erectionem eius ad mentem fundatoris factam per olim Jos. Pawłowski, eppum Niochen. et offic. gener. Posn., de a. 1757 die 14. Dec., cuius erectionis authent. litterae exstant circa eccliam. In quibus pro alendis pauperibus specificantur proventus sequentes:

## Proventus hospitalis.

1. Ex erectione census a summa fl. 5000 super bonis villae Wierzbnio mediante scripto manuali per Mgf. Antonium do Kolno Prusinski, eorundem bonorum haeredem, fer. V. ante fest. s. Joa. Bapt. a. 1755 dato et act. Cast. Posn. fer. V. post fest. ss. Viti et Modesti eodem anno roborato, sibi fundatori recognitus et coram act. Consist. Posn. die 5. Nov. 1757 pro hoc hospitali translatus. Census iste percipitur.

2. Ex erectione census a summa fl. 8000, primo in bonis oppidi Skoki act. Cast. Posn. fer. VI. post Exalt. s. Crucis 1775 inscriptus, deinde in bona villae Imielinko dist. Gnesn. translatus et in iisdem inscriptus act. Cast. Posn. fer. III. post fest. s. Francisci 1760. Census iste pendet in lite et a pluribus annis non percipitur.

3. Praeter erectionem ex testamentaria legatione Joa. Korybut principis Woroniecki, can. Cath. Posn., destinata est pro hoc hospitali summa fl. 1000, sed hactenus in manibus executorum haeret ad finalem cum successoribus concordiam, qui publica coram actis manifestatione hunc censum reclamaverunt tanquam contra legem Regni legatum, prohibentem omnes novas fundationes.



### Provisores hospitalis.

Juxta erectionem primus provisor est praepositus huius ecclesiae, secundus unus ex canonicis huius Colleg. capitulariter quotannis in Capitulo gener. eligendus, quorum munus est in erectione expressum, 1) ut singulis diebus sabbathi inter 10 pauperes in hoc hospitali degentes eleemosynam pro ratione census recepti exdividant, 2) ut ex eodem censu fl. 8 quotannis in vindicationem et litis expensas retineant, sed ad praesens pro his impensis plus longe retinendum est, 3) ut reliquum censum pro coemptione lignorum tam ad fornacem quam pro foco ad idem xenodochium, tum pro comparatione indusiorum pro pauperibus, pro reparatione xenodochii recipiant, rationes perceptarum et expensarum conscribant et calculum de iisdem sub tempus gener. Capituli quotannis praestent.

Praescripta haec erectionis non observabantur ad amussim neque quisquam ex canonicis fuit provisor hospitalis, sed solus praepositus illud administrabat. Quare ordinationem erectionis omnino reassumendam decernimus in omnibus punctis et pro maiori commoditate volumus, ut procurator Capituli in Capitulo gener. eligendus simul sit et provisor hospitalis, ut praeterea iuxta mentem erectionis pauperes 10 sexus feminei ex oppido Chwalszewo et non aliunde ad hospitale assumantur, ut pro incorporatione ad hospitale 30 fl. per pauperes pendi soliti non praeposito cedant (prout hactenus fiebat), sed in reparationem hospitalis et in alias eiusdem communes necessitates convertantur, imo praepositus eleemosyna pro posse curabit compensare hospitali saltem successive et ex parte pretia incorporationis sibi hactenus vindicata, ut denique res et mobilia post demortuos pauperes derelicta non consanguineis vel cuipiam alteri cedant, sed inter superstites pauperes dividantur cum obligatione suffragiorum pro anima demortui.

Rationes perceptarum et expensarum huius hospitalis ex antiquioribus nullas reperimus, solum ab initia possessione praepositi, nempe ab a. 1776. Ex quibus patet ab hoc anno usque ad diem hodiernum perceptam totalem fuisse fl. 1080, expensam fuisse fl. 647 gross. 18. Restant apud praepositum fl. 432 gross. 12.

### Obligationes pauperum.

Ex erectione tenentur pauperes quotidie litanias Lauretanarum de BMV. cum psalmo de profundis et oratione „Anima Christi,



sanctifica me“ clara et intelligibili voce, aestate ante solis occasum, hieme vero post occasum solis in refectorio flexis genibus coram imagine Crucifixi pro anima Simonis fundatoris recitare. Tenentur item rixas, iurgia, contentiones, peierationes sub poena amotionis devitare. Quibus obligationibus merito addendum putamus, 1) ut sacramenta frequentent, 2) ut obsequia ecclesiae praestent, eam emundando, everrendo a pulvere et telis araneis expurgando, 3) ut diebus festis in ecclesia, ferialibus vero in refectorio simul rosarium devote decantent pro anima fundatoris, neque per civitatem et pagos divagentur; unus tamen cum ladula mitti potest signatus tabella et cum testimonio praepositi pro conquirendis eleemosynis. Quorum omnium executioni praepositus una cum adiutore canonico obligatus est sub conscientia invigilare, prout erectio obloquitur.

66.

### **Oratorium.**

In collegio Lubransciano academico pro commodo et devotione scholarium erectum est sub hac parochia oratorium sub titulo et invocatione s. Joannis Cantii Conf., per Josephum Kierski, suff. Posn., benedictum die 14. Julii a. 1751, prout testimonium eiusdem eppi typo impressum in tabella ibidem prostant obloquitur. Totum oratorium imaginibus sat decenter depictis ornatum est, cum altari uno, mensa lignea cum lapide portatili consecrato integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est altare ad sacrificium missae celebrandum. Calix cum patena est argenteus intus deauratus et reliqua supellex sacra est satis munda et decens.

Celebrari ibi solet missae sacrificium diebus Dominicis et festivis,

Nulla praeiudicia fiunt exinde ecclesiae parochiali. Capellanus non est stabilis neque ulla fundatio pro eo, sed solum per professores solet ibidem celebrari missae sacrificium.

67. Presbyteri et clerici in hac parochia  
degentes.

Praeter clerum ecclesiae Cath. addictum, cuius ordinationis testimonia videre erit in visitatione Cathedrae, reperiuntur in hac parochia in collegio Lubransciano professores quinque, ex quibus quatuor presbyteri et unus clericus, Phiae doctores, ad nuntium Universitatis Cracov. amovibiles, qui testimonia suae ordinationis authentica nobis produxerunt.



Manet etiam sub hac parochia in oppido Chwalszewo capellanus castrensis legionis Illmi Golfz, presbyter saecularis ex dioecesi Camenecensi Nicolaus Swosz, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus Camenecii in Podolia die 7. Dec. a. 1770. Ad excipiendas confessiones in Officio Posn. approbatus anno praesenti die 10. Apr. ad decursum duorum annorum. Cui commendatur, ut a funeribus, baptismis et copulationibus militum in oppido Chwalszewo stationem habentium ex stipendio per milites pro his obsequiis sibi oblato aliquam recognitionem ecclae huic paroch. faciat ratione luminarium, panis et apparamentorum.

Praeter hos nulli alii reperiuntur in hac parochia clerici et presbyteri tam saeculares quam regulares neque moniales.

68. Reperiuntur adhuc in hac parochia duae capellae publicae, nempe s. Laurentii et s. Barbarae nec non eccla filialis s. Sebastiani, quarum omnium separatam visitationem dabimus.

69. Supellex huius ecclae et altarium.

Ante aliquot annos fuit longe ditior haec eccla, sed in anno 1778 die 19. Dec. nocturno furto iniquorum hominum, quorum hactenus nullum vestigium haberi potest, spoliata est. Damnum hoc furto illatum est in rebus sequentibus:

1. Sublata est pyxis argentea et ss. Eucharistia in caeniterio proiecta, calices deaurati tres, cruces duae argenteae, scutellae argenteae duae, crux hebanea argento spoliata.

2. Ex apparamentis sublatae sunt casulae 7, szkaplerz od kapy bogatey, sztuka haftowana złote tło, fierańków jedwabnych trzy pary, vela 2, komeszka jedna, lichtarzy cenowych trzy.\*)

70. Index librorum in bibliotheca ecclesiae.

Repertorium Durandi in iure canonico — Baldus super institutiones — Bernardi abbatis Clavallensis opera omnia — Liber moralium s. Gregorii P. — Abbas super quinto — Sermones s. Augustini ad fratres in eremo — Theophilactus archieppus Bulgariae in 4 Evangelia — Sermones Roberti pro Dominicis ex ordine s. Francisci — Scholastica historia Petri Comestoris s. Scrae — Secunda secundae Thomae de Aquino manu scripta —

\*) Supellex et apparatus ecclae omittitur, quia erat minoris valoris et postea divendita.



Josephus de bello Judaico historicus — Polyanthea Dominici impressa Lugduni — Faber de iure naturali gentium antiquae editionis — Loci communes per Alphabethum olim Zaburski — Paratus concionator antiquus — Sermonum de SS. thesaurus novus — Tabulae physicae lunae solares in Mathaesi — Postilla fratris Guilerni — Paenitentiarius Lucii Flori et quaestiones de anima — Sermones Petri Hieronymi Panormitani — Friderici Nauseae in symbolum Apostolorum — Universa theologia de iustitia et paenitentia scripta — Constitutiones provinciales in synodo dioecesana — Totum opus Ciceronianum — Sermones de SS. fratre Ungaro — S. Ambrosii liber epistolarum — Virgilii Aeneidorum polski rytm — Bucolica Virgilii — Leonis de interpretatione somnorum — Auctoritatum s. Scrae Petri Canisii pars II. — Tabella computi perpetua scripta — Propugnaculum Mariani honoris Mathiae Kurski — Plinii liber II. de mundi historia cum commentariis — Stan dusz cierpiących w czyscu X. Marcina Roa — Sermones Henrici ordinis Minorum — Praeceptorium divinae legis Gotsalii Hollensis — Typus verae religionis Mariani Costenii — Iudex ecclesiasticus Joannis Noskowicz parochi Vonescensis — Chronologia Calvisii — Godziny dzienne na wielki tydzień po polsku — De controversiis inter ordinem eccles. et saecularem in Polonia — Apparatus theologicus in secundam secundae de fide, spe, charitate scriptus — De Deo trino et uno disputationes theologicae.

Decretum reformationis pro ecclesia  
collegiata ac parochiali s. Nicolai.

Finem operi nostro circa actum praesentis visitationis imponentes et maturo consilio statum huius ecclesiae praesentem considerantes divino numine invocato decreta sequentia observanda praescribimus:

1. Diligentiam in cura animarum vehementer commendatam esse volumus praeposito et eius substituto, ad quam promptius exequendam optabile quidem esset ipsum praepositum more suorum praedecessorum circa eccliam manere, ne ullus ex parochianis posset conqueri illis Marthae verbis: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus (Joa. 11.) sine sacramentis. Sed quia praepositus ex officio vicedecani ecclae Cath. specialiter addictus est, saltem suum substitutum promptiorem et alacriorem esse volumus ad auxilia spiritualia proximis exhibenda. Ut autem maiori commodo



parochianorum consulatur, curabit praepositus fovere circa eccliam alium presbyterum pro adiumento curae animarum, qui altaria vacantia tenere posset et obligationes iisdem annexas adimplere ad interim, donec aliter statuatur per Officium. Imo praepositus posset illi cedere altare s. Annae cum consensu eiusdem Officii et fraternitas litteratorum suam capellaneam.

2. Siquidem in hac parochia Germanorum notabilis est numerus, ideo vel utraquistam presbyterum necessarium censemus, vel saltem pro confessione Paschali et diebus solemnioribus confessarium germanicum illis providendum omnino decernimus.

3. Duplex Collegiata, una scil. BMV., altera haec s. Nicolai sibi adeo propinqua et utraque deperditis multis ac diminutis proventibus pauperrima, in praesenti rerum statu videntur esse reducendae in unam, proventus utriusque in massam communem compingendus una cum altaristis eisdem annexis. Ex quibus proventibus possent sex vel octo canonici commode sustentari, participantibus esse et reliqui sex vel octo exspectantes ceteris omnibus extinctis, cum onere participantibus imposito, ut per turnum in hac ecclia curam animarum exerceant et de omnibus accidentibus, obventionibus et stipendiis (quae nunc praepositum ipsum concernunt) in unam massam redactis aequaliter participant et obligationes utrique Collegiatae proprias pro ratione proventuum reductas adimpleant, ut regimen huius eccliae sit ad instar Collegiatae Srodensis. Ceterum iudicium hoc nostrum submittimus voluntati et beneplacito Lociordinarii, cuius erit hac de re statuere, quidquid opportunum in Domino iudicaverit. Interim tamen canonici diligentiores sint oportet in adiuvando praeposito in excipiendis confessionibus diebus solemnioribus iuxta decreta visitationum anteriorum.

4. Siquidem etiam altaristis idem onus ex erectione competit, ideo ut omnes approbationem ad excipiendas confessiones procurent et in eisdem praepositum adiuvent, ordinamus.

5. Consonum omnino esset decori ecclesiastico, ut canonici habentes residentias circa hanc eccliam in eisdem habitent neque eas inquilinis locent, per quod saepe in ruinam et desolationem decidunt. Specialiter autem Jll. Sankiewicz hortamur, ut residentiam suam, prout promisit, quantocius reparet.

6. Juxta mentem erectionis tenentur canonici superpelli-ceati eccliam adire et officia divina ibidem devote, attente et cum debitis pausis decantare. Juxta vero decretum visitationis Libo-



vianae tenentur diebus solemnioribus processionibus, thurificationibus ac invitatoriis superpelliceati interesse, capitula partialia semel in mense celebrare, absentias reliquorum connotare, multas pecuniarias pro carentiis in cistam communem deponere pro necessitatibus Collegii. Quorum omnium executio innovatur una cum iniunctione ex mente erectionis, ut canonici praepositum prout caput collegii debito honore prosequantur omnemque reverentiam et oboedientiam in licitis ac honestis eidem exhibeant et inter se mutuam caritatem servent.

7. Et quoniam nonnulli in eccla Cath., Colleg. BMV. et in hac ecclesia possident beneficia, quibus annexae sunt variae obligationes, viderint, quaeso, ne illis praegravati satisfaciendo impares sint cum frustratione mentis fundatorum. Quare conscientia ipsorum oneratur, ut reductionem in Officio sibi procurant neque propria auctoritate et resolutione eam faciant.

8. Summae pro hac eccla, quae nondum sunt approbatae in Officio, omnino approbentur, et in censuum vindicatione strenuos se exhibeant huius ecclae ministri, memores iuramenti circa suam institutionem praestiti de bonis alienatis pro posse recuperandis.

9. Census concernentes totum Capitulum pro anniversariis, missis votivis et cursu decantando procurator vindicare debet et ex iisdem calculum quotannis in gener. Capitulo reddere. Anniversaria vero accidentalia non per clericos, sed per presbyteros (inter quos sunt primi canonici huius ecclae) decantari debent, quibus totum stipendium per fundatores vel executores destinatum praepositus sine ulla detruncatione dabit.

10. Ut omnis querelarum ansa amoveatur, maximam moderationem commendamus praeposito et eius substituto in exigendis stipendiis pro iuribus stolae, pro funeralibus etc. In quibus ratio habenda est calamitatis temporum et penuriae incolarum, ac potius voluntarium sacrificium pro ecclesia ab illis expectandum et expetendum est, quam ultro extorquendum.

11. Summae pro ecclesia, quae adhuc restant penes praepositum, in corbonam sunt deponendae et ea omnia exequenda, quae in tractu visitationis praescripsimus titulo: corbonae, rationes praeceptorum et expensarum et titulo vitrici.

12. Fraternitas tam litteratorum quam Imm. Concept. BMV. calculum de perceptis et expensis semel quotannis in sessione publica praestent iuxta antiquum usum, ne per neglectum huius



calculi summae restantes usu temporis depereant, prout hactenus practicum est.

13. Pro votivis decantandis non plus exigatur a contuberniis quam tres floreni.

14. Devotio in hac ecclia diebus festis inchoari debet hora 7. matutina cum executione horum omnium, quae in tractu visitationis praescripsimus sub titulo: ordo devotionis. Praecipue autem Matutinum et laudes, vesperae et catecheses pro rudioribus non negligantur. In quo ultimo puncto oneratur conscientia praepositi et eius substituti, ne in hac parochia verificetur illa querimonia: *Parvuli petierunt panem et non erat, qui frangeret eis* (Thr. 4).

15. Circa reparationem huius eccliae et eius decorem procurandum satis activum ac diligentem reperimus praepositum aequae ac substitutum. Commendamus tamen simili industriae tectum super capellis lateralibus et super turri meliorandum, portatile aliud ad maius altare procurandum, canones librorum misaliorum in locis dilaceratis reformandos, lebetem fontis baptismalis intus dealbandum, linteum, quod aquam inficere solet, abinde amovendum et aquam baptismalem, quam turbidam reperimus, percolandam. Cisterna eccliae sera clausa teneri debet et claves a ciborio, a fonte baptismali, ab oleis sacris, a cisterna in loco secreto asservari solis presbyteris noto. Reliquiae, de quibus dubium est (prout in statua argentea s. Nicolai), venerationi publicae non exponantur et aliae certae loco illarum substituantur. Ad caemeterium fores aptentur et clausae de noctu teneantur, ut securitati eccliae magis provideatur.

16. Concionatorem, qui munus principale praepositi obit, non de proventibus eccliae, sed de propriis salariare debet praepositus. Neque expedit, ut ex eleemosynis pro ecclia in reparationem suorum aedificiorum impendat, sed quae sunt Dei, integra Deo danda sunt.

17. Circa ss. Eucharistiam ad infirmos deferendam serio observanda volumus, quae praescripsimus titulo *Tabernaculum*, nec non ea, quae circa libros metrices sub No. 32 adnotavimus.

18. Zelus et pietas praepositi et eius substituti facile obtinebit a parochianis, ut lampas noctu diuque ante ss. Sacramentum ardere possit in hac ecclia. Ipse etiam memor erit suae obligationis inter aedificia praepositi adnotatae; ac sic iunctis viribus fiet, ut impleatur illa scriptura: *Qui elucidant me,*



vitam aeternam habebunt et lux perpetua lucebit eis (Eccl. 24).

19. SS. Eucharistia renovari debet ad minimum bis in mense.

20. Altarista Imm. Concept. BMV: sui altaris census ipse percipiat, ut tam de proventibus quam de obligationibus suis plenam notitiam habeat et confraternitatem hanc olim in hac eccla florentem pristino vigori restituat.

21. Missae post concionem, pro quibus diebus festis absolvendis est fundatio aliqualis hic superius citata, ut per canonicos alternatim vel per aliquem substitutum presbyterum fiant, ordinamus.

22. Voluntatem piam famati Jacobi Rozynski, advocati Chwalsz., aedificandi propriis impensis domum in fundo deserto fraternitatis litteratorum cum obligatione solvendi eidem censum ex ea annuum fl. 6, et insuper, ut eadem domus post sera sua et coniugis suae fata cedat in plenum dominium eiusdem fraternitatis cum onere pendendi ex ea census annui fl. 6 ad ecclam s. Barbarae per dictam fraternitatem iuxta primaevam foundationem, prout diximus No. 19 inter proventus confraternitatis litteratorum, hanc inquam voluntatem, utpote eidem fraternitati summe utilem, licet mirifice probemus, sed quia contractus iste est advitalitius et speciem emphiteuseos prae se fert, ideo maioris firmitatis gratia pro eo roborando et approbando partes contrahentes ad Officium remittimus.

23. Supra modum commendatur clero huic ecclae addicto, ut memor suae vocationis nolit contemnere gratiam, quae sibi data est cum impositione manuum presbyterii, ut haec meditetur, in his sit, prout s. Paulus I. ad Timot. 4. hortatur. Proinde ne vitam otiosam agat, sed libros statui suo convenientes legat, praesertim s. Scripturam, libros de iure canonico. de controversiis fidei, de historia ecclesiastica, de theologia morali ac dogmatica et de concionibus tractantes. Ut ea omnia seriae executioni mandari curet, quae sparsim suis locis respectivis hac nostra visitatione adnotavimus. Proinde eam a capite ad calcem capitulariter legendam ordinamus et extractum illius authenticum actis Capitularibus inserendum, ut in quolibet Capitulo gener. in memoriam revocari possit.

24. Administratio hospitalis cum omnibus articulis, quae pro eo praescripsimus, debet esse penes praepositum et procuratorem gener. Capituli. Proinde nullus alius audeat se in hanc



curam ingerere. Curent autem dicti administratores hospitalis censum a summa in bonis Imielinko locata omni meliori modo vindicare.

25. Quoniam vero substitutus praepositi in solis accidentibus aegre potest subsistere, proinde consulendo tenuitati proventuum praepositi ordinamus, ut idem substitutus in casu fatorum cessus vel decessus alicuius ex quatuor canonicis participantibus succedat in quartum canonicum participantem cum hac tamen obligatione, ut vel ipse vel alius presbyter ad altaria vacantia et capellam litteratorum pro adiumento curae animarum assumendus calleat linguam germanicam pro commodo parochianorum germanorum.

26. Jll. Drzewiecki monetur, ut in celebrando tremendo missae sacrificio eam gravitatem, modestiam et compositionem oculorum prae se ferat, quae tanto mysterio, coram quo tremunt Angeli, convenit et aedificationi adstantium servit.

27. Ad extremum omnibus huius ecclae ministris faustissima omnia, vitam longam, sanctam meritisque plenam vovemus et ad praemissa omnia exequenda copiosam benedictionem divinam precamur, nostram plenissimo corde impertimur.



## Visitatio

**ecclesiae s. Sebastiani in oppido Piotrowo filialis, ad  
matricem Collegiatae et parochialis s. Nicolai Posn.  
spectantis**

a. 1779 die 27. Maii expedita.

1. Anterior visitatio huius ecclae producta est una Francisci Libowicz, can. Cath. Posn., de anno 1727.
2. Ecclesia haec angusta est partim opere Pruthenico, partim de ligno constructa, sed iam vestutate ad magnam ruinam inclinata, praesertim in substructionibus, parietibus, tabulato et scandulis in tecto ligneis vetustate corrosis. Turriculam habet pariter desolatam ligneam, in qua pendent campanulae duae, de quarum consecratione nullo documento authent. constat. Pavimentum lateritium reparatione indigens. Ambona vetus lignea depicta, chorus non est, sed organum parvum prostat in ecclesia satis bonum. Confessionale unum, scamna numerosa et bene disposita. Fenestrae exiguae reparatione indigentes quinque. Portae ad ecclesiam duae cum ianuis sera clausis. Sacristia est lignea, angusta cum una fenestra vitrea, crate ferrea munita, cum armario et ianua sera clausa. Caemeterium est ligno circumseptum, in quo solent sepeliri homines de Piotrowo.
3. Ecclesia haec est tituli ss. Fabiani et Sebastiani, per olim Alb. Tholibowski eppum consecrata a. 1662 die 20. Jan. et dies anniversaria dedicationis celebratur Dom. III. post Pascha.
4. Erectio ipsius non habetur, solum ex traditione constat illam sub tempus pestis grassantis exaedificatam fuisse, sed nescitur a quo fundatore.
5. Altaria sunt tria: altare maius cum imagine s. Sebastiani, altare secundum a cornu Evangelii cum imagine Consol. BMV., altare tertium in capella a cornu Epistolae cum imagine s. Rosaliae, in quo altari portatile est iam execratum nec amplius adhibendum. Reliqua vero altaria portatilia habent muro immissa



et agglutinata ac omnia alia requisita ad sacrificium missae celebrandum. Imaginibus sat decenter depictis ornantur, prout et tota ecclesia.

6. *Devotio* ibi peragitur solum in festo ss. Fabiani et Sebastiani, in festo dedicationis ecclesiae, in festo s. Rosaliae, in quo fit processio ex matrice ad hanc ecclesiam cum parochianis et clero, et postridie Commem. OOFF. defunctorum.

7. *SS. Sacramentum* ibi non asservatur neque alia sacramenta administrantur. Proventus pro ecclesia nullus est.

8. Proventus pro praeposito s. Nicolai  
ex hac ecclesia.

1. Incorporatio villae Piotrowo et Berdychowo ad ecclesiam paroch. s. Nicolai cum omnibus obventionibus facta est in Capitulo Cath. a. 1586 die 23. Martii per olim Andream(?) eppum Posn., cuius extractum authent. exstat circa ecclesiam una cum incorporatione ad eandem ecclesiam sacelli s. Sebastiani de a. 1638 die 1. Oct.

2. De villa Berdychowo iuxta antiquum usum inter documenta ecclesiae connotatum debentur ratione decimae praeposito duae metretae siliginis, quae deinde in duo dolia cerevisiae sunt conversae et percipiebantur usque ad a. 1776 inclusive. Ab hoc autem tempore non percipiuntur, supplicandum proinde est Rdmō possessori pro persolutione huius compositionis.

3. Census a summa fl. 50 per olim Gasparum Kniayczek testamento legatus pro missae sacrificiis sex in ecclesia s. Sebastiani pro anima dicti fundatoris absolvendis olim in domo Joa. Poth, civis Posn., coram iudicio bannito Posn. fer. VI. post fest. s. Matthaei a. 1626 inscriptus, deinde in lapideam Nob. Meysner translatus ac decreto civili Posn. consulari die 2. Oct. 1775 prolato recognitus. Census percipitur et obligationi non ex integro satisfit ob censum diminutum.

4. Census a summa fl. 200 per olim Rev. Simonem Wosinski pro 12 missis in hac ecclesia quotannis absolvendis in suffragium animarum purgatorii super domo fam. Urbani Krzecki, civis Chwalsz., in Ostrowek sita, insistendo decreto Capituli Cath. Posn. nec non super horto, braseatorio, pratis, agris etc. act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. in crastino Corporis Chr. a. 1740 inscriptus. Ad praesens possessor est fam. Freyer et censum hunc difficulter solvit et obligationi non ex integro satisfit ob censum diminutum.



5. Census a summa tynf. 200 foundationis Agnetis Gulczynska pro 12 missis in hac eccla annuatim absolvendis in suffr. animarum purgatorii et pro vino et pane ad easdem missas in domo Gotlib Loth in platea cerdonum act. civ. Posn. die 28. Julii 1750 inscriptus. Censum istum solvebat ecclae possessor usque ad a. 1774, ab eo autem tempore ipsa fundatrix ob inopiam pro se recipit censum et annihilare desiderat suam foundationem, proinde obligationi non satisfit.

6. Census a summa tynf. 100 foundationis olim devoti Antonii Krawania, eremitae et servitoris huius ecclae, pro missis in hac eccla celebrandis, sed numerus earum ignoratur, quia inscriptio deest, solum ex libro proventuum huius ecclae constat summam hanc in eadem lapidea Gotlib Loth una cum praecedenti inscriptam fuisse act. civ. Posn. a. 1760. Census iste non percipitur, sed speratur.

7. Census a summa fl. 100 ex bonis quondam Lochacz in Piotrowo levatus et apud Fibichowa, civissam Chwalsz., locatus, super quo est charta eiusdem manualis de a. 1758. Hanc summam levavit Jll. Hadauski, praep. s. Nicolai, a. 1760 die 31. Jan. et nescitur, ubi illam locaverit.

8. Domuncula in caemeterio, in qua habitat custos huius ecclae, lignea cum atrio et duabus cameris est in statu satis bono, scandulis ligneis tecta, cui in eodem caemeterio adiacet pomarium cum aliquibus arboribus fructiferis et hortus, qui extenditur in longum ad cubitos 200, in latum ad cubitos 150.

9. Est domus alia ex opposito ecclesiae lignea, scandulis ligneis tecta, cum atrio et tribus cameris ac cum stabulis ligneis tribus sub uno tecto eidem adiacentibus, in statu satis bono. Huic adiacet hortus pro oleribus in longum cubitorum 56, in latum cubitorum 54. Fundum hunc emerant quondam oeconomi ecclae s. Nicolai pro commoditate presbyteri et necessitate populi tempore pestis ibi confugientis.

#### 9. Supellex huius ecclesiae.

Argenteam supellectilem ad hanc ecclam spectantem iam descripsimus in visitatione ecclae s. Nicolai. In hac autem eccla reperiuntur casulae cum omnibus requisitis omnium colorum ecclesiasticorum, alba una, humerale unum, cingulus unus, map-pae 9, manutergia 3, lampas pensilis ex lamina ferrea, corporale unum, cruces tres, missale unum.



## Ordinatio pro hac ecclesia.

Licet nullam necessitatē videamus huius pauperrimae ecclesiae conservandae in tanta multiplicitate capellarum et in magna propinquitate ecclesiae paroch. s. Rochi, sed quia adhuc reparari potest, proinde (donec aliter videatur Lociordinario) reparationem eiusdem promptam commendamus vehementer Jll. praeposito, ex eo vel maxime, quod iam ligna pro ea habuerit et ob dilatam reparationem vitata in alios usus converterit. Caemeterium etiam ex parte meliori sepimento muniendum est. Lapidēs portatiles mensis agglutinati excaventur et revideantur, num salva sint et intacta reliquiarum opercula. Siquidem autem custodem huius ecclae reperimus in habitu eremitico aetate satis iuvenem et viribus pollentem vitam otiosam ducere et dies integros per compita et plateas vagari studio conquirendae pro se eleemosynae, qui posset adhuc laborare vel in obsequiis commode sustentari, proinde ab hac ecclae amovendum ordinamus, utque habitu eremitico deposito aliud vitae genus sibi eligat non otiosae, sed laboriosae, hortamur in Domino. Jll. autem praepositus alium seniculum incolam de Piotrowo pro custode huius ecclae eliget, cui tamen calicem et supellectilem sacristiae confidere nolit, sed potius ad sacristiam s. Nicolai haec omnia transportari curet. Obligationes in hac ecclae, pro quibus census percipit, saltem iuxta reductionem in Officio procurandam adimplere studebit pro meritorum suorum cumulo, quem cum benedictione divina maximum eidem precamur.

Finita 29. Maii.

---



## Visitatio

### **ecclesiae hospitalis s. Laurentii in oppido Chwalszewo**

a. 1779 die 31. Maii expedita.

1. Anterior visitatio huius ecclesiae producta est una Francisci Libowicz de a. 1727.

2. Ecclesia haec est de muro solido constructa, amplitudinis exiguae, in formam a fronte quadratam, a tergo ovalem, tegulis lateritiis cooperta reparatione indigentibus, pro qua iam sunt tegulae novae cura praepositi procuratae. Parietes sunt probe dealbati et bene compacti. Pavimentum lateritium bonum, fenestrae, ianuae, lacunar tabulatum, confessionale, scamna sunt in statu satis bono et decenter depicta. Chorus est noviter exstructus de ligno, depictus et bene clausus, in quo est organum parvum aliqua reparatione indigens. Ambona est lignea, nova, depicta et sparsim deaurata. Portae ad eccliam sunt duae, una a platea, altera maior ex area praepositali, utraque bonis foribus ligneis sera clausis munita.

3. Sacristia est pariter de muro solido cum pavimento lateritio bono, fornice murato clausa, probe dealbata cum una fenestra nova, vitris et crate ferrea munita, cum armariis tribus ligneis et totidem mensis, cum foribus ligneis bonis et bona serratura clausis. Fornices seu cryptae muratae sub ecclia sunt duae, ad unam aditus est intra eccliam, ad alteram ex area praepositali.

4. Turricula prominet ab extra e medio eccliae lignea, lamina ductili tecta, in qua pendet campanula una, de cuius consecratione nullo documento authent. constat. Haec turricula est in statu satis bono.

5. Altaria sunt tria. Primum altare maius imaginem s. Laurentii praeferebat, est ligneum, depictum et sparsim deauratum. Secundum a cornu Evang. imaginem s. Sebastiani praeferebat, pariter ligneum, depictum et sparsim deauratum. Tertium a cornu Epistolae imaginem Crucifixi praeferebat. Altaria haec omnia mensas habent de muro solido constructas,



1

apidibus portatilibus consecratis integris munitas, in quibus sunt salva et illaesa reliquiarum opercula. Tribus mappis sat mundis teguntur et omnibus aliis requisitis instructa sunt ad sacrificium missae decenter celebrandum. Imaginibus sat decenter depictis ornantur, prout et tota eccla, ex quibus tamen nulla recognita est pro gratiosa auctoritate publica. *Fundationem* haec altaria et erectionem nullam habent.

6. *Sepimento et caemeterio* caret haec eccla.

7. *De primo eius fundatore et de erectione* nulla habetur notitia.

8. *Est titulus* s. Laurentii Mart.

9. *De consecratione illius* pariter non constat.

10. *Non est parochialis* neque ullam curam animarum habet neque pauperum in vicino hospitali degentium.

11. *Jus collationis ipsius* pertinet ad Lociordinarium una cum Capitulo Cath. Posn.

12. *Reliquiae* prostant in effigie lignea, statua ad maius altare s. Valentini, sed sine ullis litteris authent. et sigillis, proinde venerationi publicae non sunt exponendae, donec Officium de earum realitate decernat.

13. *Indulgentiae altaris privilegiati pro defunctis* non habentur in hac eccla. Sunt tamen indulgentiae vivis concessae pro festo et octava s. Laurentii Roma procuratae a. 1777, 16. Julii et eodem anno 3. Oct. auctoritate ordinaria admissae, prout privilegium in sacristia prostant testatur.

14. *Neque confraternitates* neque cursus BMV. neque praebendae neque capellae fundatae sunt in hac eccla.

15. *SS. Eucharistia* ibi non asservatur neque olea sacra. Exponi tamen solet tempore devotionis solemnis semel in anno in festo s. Laurentii ss. Eucharistia in monstratorio (quod una cum pyxide commodatur aliunde). Circa quem actum decentius celebrandum revocatur in memoriam dispositio Lociordinarii moderni de numero et qualitate cereorum.

16. *Lampas pensilis* ante maius altare ardere solet aub tempus missae.

17. *Pro fabrica ecclae* ac in alios eiusdem usus nulli sunt destinati redditus.

18. *Corbonae* sunt duae, ex quibus collecta pecunia modicissima sub clavi praepositi pro vino, cera etc. Neque rationes ullae conscribuntur ob exiguum collectam neque vitricorum ulla est necessitas.



19. *Devotio* in hac eccla solemniter solum pro festo s. Laurentii et in eius octava peragi solet, reliquis vero diebus missa per praepositum celebratur.

20. *Proventus praepositum concernentes.*

1. Juxta erectionem hospitalis pauperum sacerdotum (de qua dicitur inferius) praepositus dictae ecclae ex hoc hospitali debet habere pensionem annuam fl. 100 et praeterea mensam communem cum pauperibus sacerdotibus ac primum in eadem locum obtinere. Sed ad praesens pensio quidem 100 fl. a praeposito percipitur per provisorem Capituli Cath. Posn. annuatim dari solita, sed mensa non providetur, quia pauperes sacerdotes hospitale non inhabitant.

2. Census a summa fl. 4000 testamento olim Rev. Stan. Rudnicki pro hac eccla disposita, primo in bonis villae Splawie dist. Costen. act. Cast. Posn. fer. III. post festum Visit. BMV. a. 1735 inscripta, deinde praevisio decreto Consist. Posn. d. d. 23. Sept. a. 1744 de iisdem bonis levata et super bonis totius communivitatis Civit. S. R. M. Posn. act. Cast. Posn. fer. V. post festum s. Matthaei Ap. a. 1744 locata et inscripta. Super qua summa stetit erectio Jll. Josephi Kierski, suffr. et offic. gener. Posn., die 28. Jan. a. 1737 cum obligatione legendi duas missas quavis hebdomada pro animabus suffragio carentibus in hac eccla per praepositum vel alium substitutum. Residuum vero ex censu converti debet pro cera, pane et vino, pro lotionibus mapparum, pro reparatione apparatus, pro campanatore et pro vindicatione censuum aliisque necessitatibus dictae ecclae iuxta obloquentiam erectionis. Census iste ad praesens dimidiatus percipitur et obligationi satisfit.

3. Census a summa fl. 100 super bonis Civit. Posn. inscriptus act. Consist. Posn. a. 1743 die 3. Oct. pro missis in suffragium animae olim Rev. Joa. Raciński in hac eccla absolvendis, sed earum numerus non specificatur in inscriptione. Census iste percipitur et obligationi satisfit per 4 missas annuatim legi solitas.

4. Census a summa fl. 1000 testamento olim Rev. Stan. Rudnicki pro hac eccla dispositus, super lapidea olim infidelis Marci Pinkies, deinde Salomonis Lewek, iudaeorum mercatorum Posn., act. Consist. Posn. die 4. Febr. a. 1738 inscriptus. Super quo stetit erectio Jll. Josephi Kierski, suffr. et off. Posn., de a. 1738 die 21. Jan. cum obligatione absolvendi quolibet mense



duo missae sacrificia (pro animabus agonizantium) in hac eccla. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

5. Census a summa fl. 135 foundationis Nob. Thomae et Magd. Jagrowskich super omnibus bonis contubernii iaculatorum Chwalsz. act. Advoc. Chwalsz. in crastino s. Agnetis die 22. Jan. a. 1755 inscriptus cum obligatione absolvendi unius missae sacrificii quolibet quartuali in hac eccla iuxta intentionem fundatorum. Census iste hactenus percipitur et obligationi satisfit. Sed quoniam hoc contubernium per Capitulum Cath. Posn sublatum est, proinde praepositus curet inde levare hanc summam et securius alibi locari.

6. Census a summa fl. 270 super tota synagoga Judaeorum oppidi Grodzisk act. Cast. Posn. fer. III. in vig. s. Joa. Bapt. a. 1750 inscriptus pro missis in hac eccla celebrandis pro anima honorati Martini, quarum numerus ignoratur, quia inscriptio deest. Census iste cum difficultate percipitur et obligationi satisfit per 8 missas per annum.

7. Census pro votiva quolibet mense cantanda per praepos. in hac eccla de s. Laurentio ex thesauro Capituli Cath. pendit solitus ad placitum.

8. Census a summa fl. 200 in domo et braxatorio olim fam. Siekacki, civis Chwalsz., inscriptus act. Advoc. Chwalsz. fer. IV. ante s. Thomae Ap. a. 1710. Cuius braxatorii possessores fuerunt deinde Ant. Cwoydzinski, demum Staszowski, qui ex summa originali fl. 100 persolvit praepos., qui cum aliis summis paenitentiariorum Cath. mutuo dati sunt ad manuale chyrographum olim Mgf. Kczewski, capit. Srem., ad decursum unius anni. Et alii fl. 100 ex summa originali haerent in domo fam. Ceglinskich, ad praesens viduae Slupinska, in qua primitus summa totalis 200 fl. inscripta fuit, prout docet contractus emptionis huius braxatorii factus coram act. Advoc. Chwalsz. fer. V. post s. Hedvigis die 15. Oct. a. 1722. Summa haec disposita fuit pro anniversario quotannis in hac eccla celebrando pro anima Andreae Radzimski, sed medietas illius deperiit post Mgf. Kczewski et ad praesens est irrepetibilis, et altera medietas etiam non percipitur, proinde obligationi non satisfit.

## 21. Obligationes praepositi.

1. Ex erectione inferius citanda hospitalis pauperum sacerdotum praepositus debet absolvere sacra diebus Dncis et festis in praesentia dictorum sacerdotum infirmorum. 2. Debet circa



idem hospitale personaliter residere. 3. Debet mensam cum iisdem pauperibus sacerdotibus communem habere primum locum in ea obtinendo. Reliquae obligationes praep. iam sunt specificatae inter proventus eiusdem. Quibus satisfit, sed obligationibus in erectione expressis non satisfit ob defectum in hoc hospitali pauperum sacerdotum.

22. Praepositus est Matthaeus Woyciechowski, oriundus de oppido Lwowek dioec. Posn., annorum 58, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in Cath. Posn. a. 1744 die 22. Nov. cum dispensatione super defectum aetatis data eodem anno die 17. Nov. Ad huius ecclae praeposituram legitime praesentatus, canonicè institutus die 17. Dec. 1773 et eodem anno d. 18. Dec. rite introductus. Pro usu adscititii capillicii ad altare facultate opportuna munitus per Nuntium Apost. d. d. Varsaviae, die 16. Dec. 1765. Ad excipiendas confessiones etiam pro casibus reservatis specialiter approbatus uti paenitentiarius ecclae Cath. die 3. Apr. 1778 ad decursum trium annorum. Quae omnia litteris authent. nobis exhibitis rite probavit. Penes hanc ecclam semper residet. Pro familia conservat hospitam et puerum, quae familia est satis honesta et morigera. Praeter hanc praeposituram et munus paenitentiarii Cath. plura alia beneficia neque in hac neque in alia dioecesi possidet.

23. Supellex huius ecclesiae.

Fuerant quondam tres tabellae votivae argenteae in hac ecclā, prout testatur visitatio Liboviana, sed hae ad praesens non exstant nec constat, quonam fato deperierunt.<sup>1)</sup>

24. **Hospitale pauperum sacerdotum.**

Juxta laudum synodi dioecesanæ sub olim Adamo Nowodworski eppo celebratae, ad effectum deductum in synodo altera dioecesana sub Andrea Szoldrski eppo de a. 1642 hospitale s. Laurentii ex opposito oratorii s. Barbarae una cum domo murata eidem hospitali vicina pauperibus sacerdotibus destinatum est et curae ac provisioni Capituli Cath. Posn. demandatum. Tandem facta est erectio officiosa dicti hospitalis pro pauperibus, infirmis et senio confectis sacerdotibus per olim Cels. Casimirum Florianum Czartoryski epp. Posn. d. d. Ciążenii die 19. Julii a. 1652. Cuius erectionis copia exstat circa ecclā, ex qua habentur proventus sequentes:

<sup>1)</sup> Supellex huius ecclae satis exigua non annotatur.



## 25. Proventus huius hospitalis.

1. Ex erectione census a summa fl. 2000 in bonis villae Rogaczewo dist. Costen. act. Cast. Posn. fer. II. ante festum s. Margarithae a. 1645 inscriptus.

2. Ex erectione census a summa fl. 2000 in bonis villae Lipnica dist. Posn. act. in iudiciis Kapturowe nuncupatis fer. II. post fest. Visit. BMV. a. 1648 inscriptus sub interregno.

3. Census a summa fl. 3000 in erectione expressus, testamento olim Andreae Szoldrski eppi pro pauperibus sacerdotibus legatus et per Capitulum Cath. super bonis villae Bennice locatus ac inscriptus, sed actus inscriptionis deest.

4. Ex erectione summa fl. 2900, tam ex dispositionibus et legatis sacerdotum quam ex censibus collecta, quae sub actu erectionis nondum erat in censum reemptionalem in aliquibus bonis locata. Ad praesens ubinam haereat, provisor Capit. Cath. docere debet. Haec ex erectione.

5. Census a summa fl. 100 in bonis et praecipue in domo fam. Jacobi Ratui, oppidani in Ostrowek, act. Consist. Posn. a. 1671 die 17. Nov. inscriptus.

6. Census a summa fl. 600 in duabus lapideis, una quidem olim Przyborowskich eundo a foro ad portam civilem sita, et altera ex opposito eiusdem quondam Geńczowa, deinde utraque Wodynskich act. Consist. Posn. a. 1671 die 18. Junii inscriptus, deinde in unam lapideam dictam Radomickich resignatione facta in Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margarithae a. 1676 translatus et decreto Cast. Posn. exemptionum in a. 1747 lato assecuratus.

7. Census a summa fl. 1000 per olim Spbl. Mathiam Hakiewicz in praedio Szeling dicto super fluvium Warta inter praedium civile dictum Bonino ab una et Mierne Łąki parte ab altera sito act. Consist. Posn. a. 1673 die 27. Junii inscriptus pro pauperibus sacerdotibus.

8. Census a summa fl. 600 primo super lapidea Helegowska in platea Judaeorum locata, deinde levata et in bona villae Kociugi dist. Costen. act. Cast. Posn. fer. II. pridie festi s. Francisci a. 1746 translata ac in iisdem inscripta.

9. Census a summa fl. 500 primo in bonis Miłosław dist. Pyzdr. act. Cast. Posn. fer. II. ante festum s. Michaelis a. 1689 ex fundatione Rev. Matthaei Krzycki pro hospitali pauperum sacerdotum inscriptus, tandem a. 1752 haec summa inde levata et in bona Szurkowo act. Cast. Posn. fer. VI. post festum



s. Petri in Vinculis a. 1753 translata et census in iisdem bonis inscriptus.

10. Census a summa fl. 700 in bonis Swarzędz, Zalaszewo et Gruszczyno ad oppidum Grzymałow spectantibus in dist. Posn. cum aliis summis primitus inscriptus act. in iudiciis Cast. Posn. causarum exemptionum fer. II. post fest. s. Margarithae a. 1695, deinde in bona Lubstow, tandem in bona Konino et Grońsko translatus et in iisdem inscriptus act. Cast. Posn. fer. VI post festum s. Matthaei Ap. 1735. In qua ultima inscriptione super Konino licet non sit expressum, quod summa haec fl. 700 pertineat ad hospitale pauperum sacerdotum, tamen ex primis inscriptionibus super bonis Swarzędz iam citatis, tum super bonis Lubstow act. Cast. Posn. fer. III. ante festum s. Thomae Ap. factis liquet hanc summam esse pauperum sacerdotum.

11. Census a summa fl. 2000 super bonis Kunino prope Lwowek pro hospitali pauperum sacerdotum ex decreto Capituli Cath. die 27. Oct. a. 1760 lato inscriptus act. Cast. Posn. fer. VI. post fest. s. Martini a. 1760.

12. Census a summa fl. 1000 una cum aliis summis in bonis villae Turostowo Gener. Bartoszewski act. Cast. Posn. fer. VI. in vig. ss. Petri et Pauli a. 1765 pro pauperibus sacerdotibus inscriptus.

13. Census a summa fl. 100 in domo Wiśniewskich, sutorum Chwalsz., inter domos paenitentiarum ecclesiae Cath. penes oratorium s. Barbarae ab una et Adalberti Smaczynski sartoris parte ab altera sita ex opposito hospitalis pauperum sacerdotum act. Advoc. Chwalsz. sabb. pridie festi s. Thomae Ap. die 19. Dec. a. 1767 inscriptus pro pauperibus sacerdotibus ex fundatione Rev. Hyacinthi Krynicki.

14. Praeterea proventus est pro hoc hospitali ex testamentariis legationibus singulorum beneficiariorum et clericorum iuxta decretum synodi Szoldrscianae, quo statuitur, ut in quovis eiusmodi testamento pro pauperibus sacerdotibus ad hoc hospitale aliqua portio honesta assignetur. Sed quisnam nunc eiusmodi legata testamentaria recipiat et in quos usus convertat, plane non constat praeposito.

## 26. Ordinatio erectionis circa hoc proventus.

1. Provisor huius hospitalis deputari debet a Locordinario pro tempore existenti, cuius muneris est: Census vindicare, sacerdotes ad hoc hospitale aspirantes super senio aut infirmi-



tate examinare, eorum numerum, qui in hoc hospitali commodè sustentari possunt, pro ratione censuum determinare, mensam communem iis et praeposito providere, pensionem 100 fl. annuatim praeposito persolvere salva in posterum ex censibus a summis originalibus colligendis pensionis praefatae melioratione.

2. Ad praesens Capitulum Cath. Posn. constituit provisorem huius hospitalis capitulariter electum, qui nunc est Josephus Korytowski, Metrop. Gnesn. et Cath. Posn. canonicus ac iudex surrogatus. Ipse plenam notitiam habere debet, utrum praeter specificatos hic superius proventus pro hospitali pauperum sacerdotum sint plures alii et unde accesserint, utrum census omnes et quales et per quem percipiantur ad praesens, in quos usus convertantur (siquidem ad praesens, imo a multis annis nullus est ex pauperibus sacerdotibus in hoc hospitali), utrum denique de perceptis et expensis calculus et cuinam reddatur.

3. Praepositus modernus huius hospitalis nullam notitiam habet neque ullam nobis informationem dare potuit circa omnia supradicta, nullos census a quoquam percipit pro pauperibus sacerdotibus et nullum ex iis in hoc hospitali fovet.

27. Domus hospitalis pauperum sacerdotum est de muro solido constructa, ex opposito ecclae s. Laurentii, duarum contignationum. In inferiori est hipocaustum cum duobus cubiculis arctis. In superiori contignatione pariter est simile hipocaustum cum duobus similibus cubiculis. Domus haec est tegulis lateritiis cooperta, pro cuius reparatione licet multas de proprio impensas fecerit modernus praepositus, sed longe plures adhuc desiderantur ad subveniendum ulteriori ruinae. Cubicula haec ob suam arctitudinem videntur esse minus apta pro infirmis et seniculis sacerdotibus aequè ob statum eorum ruinosum nec non ob exigentiam praepositi, qui pro sua commoditate et rei familiaris conservatione illis indiget et ad praesens totam hanc domum occupat.

Ante hanc domum est area e platea muro clausa cum minori et maiori porta, ex parte vero altera sepimento ligneo cincta.

In hac area prostat domus altera parieti ecclae iuncta, de muro solido constructa, duarum contignationum, in inferiori unius hipocausti, in superiori duorum hipocaustorum cum cubiculo in statu ad praesens non bono. Sed haec domus dicitur spectare ad paenitentiariorum ecclae Cath., prout deducitur ex actis



Cap. Cath. in Capitulo gener. ss. Apost. Petri et Pauli a. 1725 inter puncta eppi ad Capitulum et responsum, item ex visitatione Joa. Tarlo eppi de a. 1728 fol. 31, quae conservatur in actis eiusdem Capituli, item ex decretis Capitularibus variis a. 1733 in Sept. et a. 1734 in Capitulo s. Petri, denique ex punctis eppi et responsis Capituli in act. Capit. a. 1729 in Capitulo gener. ss. Petri et Pauli. Quae omnia documenta citata videnda sunt ad verificandam praetensionem paenitentiariorum Cath. ad hanc domum, quam ad praesens possidet praepositus tanquam paenitentiarius et census ab inquilinis ex ea percipit.

In eadem area exstructa sunt noviter per modernum praepositum duo stabula de ligno et tertium pro conservandis lignis notabiliter per eum reparatum est.

28. Hortus a sepimento areae incipiens protenditur in longum ad torrentem ex fluvio Warta emanare solitum, in latum vero extenditur a praefato torrente ad hortos oppidanorum Chwalsz., qui an ad pauperes sacerdotes, an ad pauperes saeculares in vicino xenodochio degentes spectare debeat, dubium est. Et potius videtur pauperibus saecularibus adiudicandus, tum quia in antiquis ecclae documentis et anterioribus visitationibus nulla est mentio horti pro pauperibus sacerdotibus, tum quia hospitale pauperum saecularium fuit olim proximum huic horto, nempe ubi nunc est posterior pars ecclae, tum quia ex antiquis registris hospitalis s. Laurentii pauperum saecularium de a. 1671 constat ab immemorabili fuisse hortum post domum antiquam hospitalis, habentem in latitudine ulnas 27 circiter ad usum inquilinorum hospitalis, quibus proportionate exdividebantur sulci. Ad praesens isto horto utitur partim praepositus, partim pauperes ex xenodochio vicino s. Laurentii.

29. Inventarium locale hospitalis pauperum sacerdotum nullum est et nullum fuit ab antiquo praeter aliquot lectos, mensas, armaria, sellas et librum Zywoły swiętych Colleg. BMV. commodatum in a. 1735. Quae omnia vetustute temporis detrita et consumpta sunt, vix aliquae reliquiae minus utiles ex his remanent ad praesens.

### 30. Ordinatio synodalis dioecesis

de a. 1720 circa hospitale pauperum sacerdotum cap. 26 compatiens sorti spiritualium personarum vel maxime parochorum, quod cum ab omnibus gravi censura divitiarum et avaritiae afficiantur, adeo tamen pauperes existant, ut non aliud in sera



senectute laborum suorum exantlatorum praemium percipiant nisi durae paupertatis exercitium, eaproptér (praeter alia pia sancta, quae stante nova constitutione Regni prohibente novas foundationes nunc ad effectum deduci non possunt) statuit pro hospitali pauperum sacerdotum deputandum esse per Lociordinarium unum provisorem, unum promotorem et unum procuratorem. Procuratoris est attendere, ut pars derelictorum post intestatos consignetur hospitali, vel si etiam aliquid in testamento legatum fuerit, reddatur. Quolibet etiam anno per se vel per substitutos eleemosynas a sacerdotibus sive in frumentis sive in pecunia conquiret et pro unoquoque sacerdote in hospitali in communi cum aliis sacerdotibus sustentando punctualiter anticipative ad manus praepositi loci sive hospitalis tam in leguminibus quam in pecuniis reddet. Promotor vero prospiciet, ut quod procurator perceperit, bene in scrinio ad hoc comparando et in sacristia sive in alio ecclesiae suae loco collocando conservetur et debite expendatur ac bonus ordo observetur. Provisori etiam incumbet saepius inspicere, an procurator et promotor bene administrent officium suum, et in casu alicuius defectus remedia providere.

Nihil magis optabile esset pro tota dioecesi, quam ut haec sancta statuta synodalia suo vigori restituantur et hospitale hoc adeo pernecessarium excitetur.

### 31. **Hospitale pauperum saecularium s. Laurentii.**

Non procul ab ecclesia exstat hoc hospitale de ligno et argilla constructum, scandulis ligneis tectum, duorum hipocaustorum totidemque parvarum camerarum, quae structura ad praesens est in statu mediocri.

Fundatum est hoc hospitale pro pauperibus septem, prout asserit visitatio Tholiboviana, sed de primo illius fundatore non constat. Ad praesens inveniuntur in eo feminae 5, ex quibus una cum marito sene inhabitat unum ibidem hipocaustum separatum ab aliis.

Erectio huius hospitalis nulla habetur, sed solum ex visitat. Tholibov. et ex monumentis circa hanc ecclesiam repertis constat de proventibus eiusdem sequentibus:

#### Proventus huius hospitalis.

1. Census a summa fl. 3000 foundationis olim Andreae Szoldrski eppi testamento suo huic hospitali legatus et per Capitulum Cath. in bonis villae Bennice locatus et inscriptus



act. Cast. Posn., sed actus inscriptionis non habetur, per idem Capitulum annuatim pro hoc hospitali solvendus iuxta ordinationem in gener. Capitulo s. Martini a. 1650 factam in hunc modum, ut singulis annis per thesaurarium Capitularem ex hoc censu pro victu pauperum hospitalis s. Laurentii erogentur fl. 100, pro vestiendis autem pauperibus et (si vestitis sic pauperibus supererit aliquid) pro iis, qui quotidie ad ostia ecclesiae Cathed. orare solent, fl. itidem 100, ita ut uno anno vestes ex panno, altero vero pellicias habeant alternatim, pro reparatione hospitalis annuatim fl. 10. Sed ad praesens censibus dimidiatis haec etiam repartitio ad medietatem reducenda est. Haec summa haeret ad praesens in bonis Radzewo.

2. Census a summa fl. hung. auri puri 20 in bonis villae Kuranowo act. Cast. Posn. fer. V. post Dom. Invocavit a. 1466 inscriptus pro hospitali s. Barbarae in aggere Posn. Summi sito. Pro huius vindicatione fuit olim processus institutus et decretum intromissionis per provisorem hospitalis obtentum a. 1630 fer. II. post fest. Visit. BMV. in Castro Posn.

*anieszki* 3. Census a summa fl. hung. 45 in bonis villae Manczyce sub parochia Brodnica sita act. Cast. (?) Posn. Nicolai de Sobotha, officialis Posn., die 29. Apr. a. 1467 inscriptus pro eodem hospitali s. Barbarae.

4. Census a summa marc. 12½ act. Costen. fer. VI. ante festum s. Agnetis a. 1469 in bonis villae Chwałkowo maius inscriptus pro eodem hospitali s. Barbarae, item act. Consist. Posn. Nicolai de Sobotha offic. a. 1469 die 10. Julii.

5. Census a summa marc. 15 in bonis villae Błociszewo dist. Costen. pro eodem hospitali inscriptus act. Consist. Posn. Nicolai de Szkudła sabb. 13. Nov. a. 1479.

6. Census a summa marc. 45 in bonis villae Kuszłino dist. Costen. act. Consist. Posn. Nic. de Szkudła 17. Jul. 1481 inscriptus pro eodem hospitali s. Barbarae.

7. Census a summa fl. hung. 48 primo in oppido Jarocin act. Consist. Posn. Nicolai de Szkudła a. 1484 die 9. Apr. inscriptus, deinde in bona villae Siedlemino dist. Pyzdren. translatus et inscriptus act. in iudiciis Kapturowe Cast. Posn. fer. II. post festum s. Andreae Ap. a. 1674 pro hospitali s. Barbarae seu alias s. Laurentii.

8. Census a summa marc. 12 in bonis villae Krzyżanki dist. Costen. act. Cast. Posn. fer. IV. post octavam Epiphaniae a. 1505 pro eodem hospitali inscriptus.



9. Census a summa marc. 45 ex bonis villae Turostowo dist. Gnesn. in bona villarum Wodniki et Nadarzyce dist. Pyzdren. translata et inscripta pro eodem hospitali act. Cast. Posn. fer. V. post Dom. Misericordiae a. 1548.

10. Census a summa marc. 50 in bonis villarum Mokre, Obodno et Sławoszewko dist. Chcinen. act. Cast. Posn. fer. V. post festum ss. Petri et Pauli a. 1512 pro eodem hospitali inscriptus.

11. Census a summa marc. 100 de bonis Pomarzanowice translata in bona villae Starzyny dist. Posn. ac in iisdem inscripta act. Cast. Posn. die festo s. Valentini a. 1545. Sed medietas huius summae inde levata est a. 1595 die 23. Jan. et primo in Dąbrowa et Dąbrowka, postea in Strzeszynko cum alia summa translata a. 1617. Altera vero medietas haeret adhuc in villa Starzyny.

12. Census a summa marc. 36 in bonis oppidi Dobrzyca et villae Kłunowa dist. Caliss. inscriptus in libro Resig. Lucae de Gorka act. in Szamotuly fer. II. ante fest. ss. Simonis et Judae 1517, ex bonis olim Boguszyno et medietate Radomicko translatus.

13. Census a summa fl. hung.  $32\frac{1}{2}$  in medietate villae Glinno dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Oculi a. 1502 pro eodem hospitali inscriptus.

14. Census a summa fl. pol. 200 de bonis Dąbrowa in bona villae Strzeszynko dist. Posn. translatus act. Cast. Posn. in crastino Nativ. BMV. a. 1617 et de iisdem bonis levatus ac in tota synagoga Judaeorum Szamotul. act. Consist. Posn. die 3. Aug. a. 1740 inscriptus pro eodem hospitali.

15. Census a summa marc. 70 in bonis villae Łopuchowo act. Consist. Posn. Nicolai de Szkudla a. 1480 inscriptus pro eodem hospitali.

16. Census a summa fl. 200 in bonis villae Jerzykowo inscriptus, sed inscriptio deest, solum in antiquis rationibus huius hospitalis de a. 1644 connotatus est.

17. Census a summa marc. 250 de bonis villae Gryzyna in bona villae Grzywartowo, Mieczewnica et Izdebno translatus ac in iisdem inscriptus in libro Resig. Lucae de Gorka, Maioris Poloniae Generalis, fer. IV. infra oct. Corporis Chr. a. 1533, sed ex hoc censu provenire debent Capitulo Cath. marcae 12, hospitali autem marcae tres.

18. Census a summa marc. 30 in bonis villae Rąbino dist. Costen. (post translationem de Nowemiasto) inscriptus act. Cast.



Posn. fer. IV. in vig. s. Matthaei Ap. a. 1514. Sed in registro censuum circa hanc eccliam existente dicitur fuisse translatus in bona villarum Boguszyno et Bronice dist. Costen. a. 1515 fer. III. post Trinit. Quod tamen verificandum est.

19. Census a summa marc. 15 de bonis Gay translata et in bonis villae Wiatrowo inscriptus act. Cast. Posn. Lucae de Gorka a. 1509 in vig. s. Magdal. pro hoc hospitali.

20. Census a summa aureorum hung. 100 foundationis olim V. Martini Orzelek ex approbatione sui testamenti facta in Consist. Posn. a. 1582 die 2. Martii pro hoc hospitali dispositus ac in bonis villae Wydziszewo dist. Costen. eidem fundatori inscriptus act. Cast. Posn. fer. IV. post Dom. Conductus a. 1558 et decretis Consist. Posn. primo de a. 1633 fer. IV. die 11. Maii, secundo de a. 1675 die 6. Nov. adiudicatus. Census iste ad praesens fl. 11 gr. 6 annuatim solviter praeposito et per eum inter pauperes dividitur.

21. Census a summa marc. 100 in bonis villae Boguszyno et Bronice dist. Costen. act. Cast. Pos. Lucae de Gorka fer. III. post festum ss. Trinit. a. 1524 inscriptus.

22. Census marcae 1 in bonis scultetiae Suchylas act. Consist. Posn. die 13. Jan. a. 1467 inscriptus.

23. Census marcae  $1\frac{1}{2}$  in bonis villae Tomice dist. Costen. act. Consist. Posn. die 4. Maii a. 1487 inscriptus. De hoc censu inquirendum est, num sit alio translatus et reemptus.

24. Census a summa marc. 8 et gr. 16 in bonis villae Ceradz pro hospitali s. Barbarae inscriptus act. Consist. Posn. Nicolai de Sobotha a. 1467 die 23. Martii.

25. Census a summa fl. 100 in domo lapidea Posn. in platea aquatica quondam Łukowska, deinde Badurczykowa, deinde Jakubowska act. Advoc. Posn. a. 1614 fer. VI. ante fest. ss. Simonis et Judae inscriptus.

26. Census marc. 3 foundationis V. Joa. de Sierakowo in bonis Civit. Posn. fer. IV. ante festum s. Barthol. a. 1558 act. Consul. Posn. pro hoc hospitali inscriptus.

27. Census a summa fl. 100 in domo olim propria hospitalis s. Laurentii inter praetorium Chwalszew. ad plateam civilem ex una et domum Petri de Splawie parte ab altera sita honestis Thomae et Reginae Abrahamowiczom coniugibus resignata, super qua census iste pro hospitali est inscriptus et recognitus coram iudicio bannito Advoc. Chwalsz. fer. II. ante fest. s. Michaelis a. 1615. Possessor huius domus fuit deinde Thomas Stelmach.



28. Census a summa fl. 100 in bonis olim Georgii Radowicz in Zawady inscriptus act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. ante festum s. Hedvigis a. 1645, deinde ex iisdem bonis levatus et in bona Nicolai et Cathar. Mierkowskich, civium Chwalsz., praesertim in domo et fundo inter fundos Mathiae Pankowski pelliōnis ab una et Smażybroda parte ab altera sita translatus et inscriptus act. Consist. Posn. a. 1674 die 26. Sept.

29. Census a summa fl. 100 in domibus Georgii Radowicz in Zawady inscriptus act. Advoc. Chwalsz. a. 1640.

30. Census a summa fl. 100 in domo Martini Raznik, ferri-fabri Chwalsz., deinde sartoris Obuszek act. Advoc. Chwalsz. fer. VI. ante festum s. Thomae a. 1638 inscriptus.

31. Census a summa fl. 50 in domo Andreae rotificis Chwalsz. inter vicinitates ex una Urbani piscatoris et ex altera parte Alberti Macay sita act. Consist. Posn. a. 1639 die 14. Oct. inscriptus. Possessor huius domus fuit deinde Casimirus Rybinski piscator.

32. Census a summa marc. 23 in horto villae Zawady olim Joannis aurifabri act. Advoc. Chwalsz. fer. V. ante festum s. Mathiae a. 1610 inscriptus.

33. Census a summa fl. 60 in domo Jacobi Janowicz, sartoris in Ostrow, inscriptus circa a. 1645, sed inscriptio deest.

34. Census a summa fl. 100 in domo Ciszkowa Ianionis Chwalsz. consortis penes domum Czechowicza inscriptus, sed inscriptio deest, solum ex visit. Tholiboviana constat de illo.

35. Census fl. 5 gr. 20 in domo lapidea Gniewkowicza, deinde Pociązkiewicz inscriptus, sed inscriptio deest, solum ex visit. Tholiboviana de illo constat.

36. Census a summa fl. 100 in domo Niewieski alias Chronowski, sartoris Chwalsz., inscriptus act. Consist. Posn. a. 1653.

37. Census marcae 1 in domo Valentini na Krupinskim in Ostrowo inscriptus, sed inscriptio deest, solum ex visit. Tholibov. de illo constat.

38. Census a summa fl. 100 in domo organarii post montem s. Nicolai act. Capit. Cath. inscriptus, sed inscriptio deest, solum ex visit. Tholibov. de illo constat.

39. Capitulum Cath. Posn. solvebat ad hoc hospitale census annuum fl. 10 pro festo s. Martini. De quo censu videantur registra Rev. Kozuchowski, provisoris huius hospitalis. Ad praesens nescitur, num persolvatur iste census.



40. Census fl. 10, quem idem Capitulum solvit annuatim hospitali pro Coena Domini foundationis Gorkanae. Item idem Capitulum solet dare quartualiter pro hospitali ad manus praepositi summam fl. circiter 257 in annum adaequantem ex anniversariis variis, prout constat ex rationibus perceptae huius hospitalis.

Fuerunt longe plures census pro hoc hospitali in variis domibus Chwalsz. et lapideis Posn. inscripti, prout constat tum ex visit. Tholibov., tum ex monumentis circa hanc eccliam reperiis, sed in illis legitur, quod per Sueticam hostilitatem domibus sublatis census etiam deperierunt.

Quoad hos vero census, quos hic superius adnotavimus, colligitur ex regestris antiquis huius ecclesiae eorum possessio et perceptio. Ad praesens autem num percipiuntur, plane non constat praeposito, sed constare debet Rev. Josepho Korytowski, Metrop. Gnesn. et Cath. Posn. canonico ac surrogato, qui per Capitulum Cath. electus est in provisorem huius hospitalis.

Inter proventus huius hospitalis computari etiam debet domuncula in fundo eiusdem exaedificata per olim Krynicki in rem huius hospitalis inter domum pauperum sacerdotum ab una et hospitale saecularium pauperum parte ab altera sita, ligneis tecta, sed reparatione indigentibus, cum uno hipocausto et camera. Ex qua domo solvunt inquilini pro hospitali annuatim fl. circiter 40.

Est etiam hortus pro hoc hospitali iam superius descriptus sub hospitali pauperum sacerdotum.

34. De proventibus iis solum, quos percipit pro hospitali praepositus ex domo supradicta, tum ex Wydziszewo, tum a Capitulo Cath. ex anniversariis, ex fundatione Gorkana, ex fundatione Szoldrsciana (ex qua proveniunt ad praesens annuatim fl. 150 pro victu et amictu pauperum), rationes de anno in annum conscribit in libro seorsivo et calculum solet reddere deputatis ex Capitulo gener. s. Martini, qui eundem calculum subductum manibus propriis subscribunt et praepos. quietant, prout recenter fecerunt anno currenti die 18. Apr. Ex quo calculo patet manere apud praepositum summam restantem pro hospitali fl. 530 gr. 13.

35. Ut autem summae huius ecclae et hospitalium locatae in bonis Civit. Posn. meliori innitantur fundamento, exstat pro eis consensus regius Augusti III. a. 1752 datus et act. Cast. Posn. fer. IV. post Dom. Septuagesimae a. 1752 ingrossatus.



36. Inventarium locale huius hospitalis fuit olim iuxta visit. Tholibov. consistebatque in vaccis aliquot, ad praesens autem nullum exstat.

### 37. Obligationes pauperum hospitalis.

Licet erectio non habeatur, ex usu tamen antiquo tenentur pauperes devotionibus ecclae Cath. interesse, praesertim in anniversariis et votivis, eandem ecclam everrere et emundare, orationes in communi in hospitali post prandium et coenam absolvere et pias cantilenas decantare pro animabus benefactorum.

38. Cura animarum huius hospitalis spectabat olim ad praepositum s. Barbarae, imo ex multis documentis conicitur fuisse olim aliud hospitale s. Barbarae in aggere Posn. Summisitum. Deinde post devastationem illius credibile est ad s. Laurentium cum suis foundationibus translatum fuisse, et administratio illius incumbere praeposito s. Barbarae. Sed propter negligentiam privatus est illa cum suis successoribus per decretum Capituli Cath. de a. 1520 die 6. Nov. latum. Deinde alio decreto de a. 1522 10. Oct. cura haec ad praepositum s. Nicolai translata est, penes quem hactenus perseverat. Et licet visit. Liboviana curam hanc animarum praepos. s. Barbarae commiserit, tamen haec dispositio non diu duravit et iterum ad antiquam possessionem huius curae praepositus s. Nicolai rediit, maxime post sopitam controversiam, quae inter praepositos s. Laurentii et s. Barbarae exorta fuit circa administrationem in temporalibus et gubernationem huius hospitalis, ad quem de iure deberet pertinere. Visitatio enim Tholibov. attribuit illam praeposito s. Barbarae et suis successoribus, sed processu temporis vix aliquando fuit idem praepositus in possessione illius praeter unum Jll. Krynicki, qui ex ratione reaedificatae suis impensis domus pro re hospitalis titulo benefactoris administrationem illius habuit. Tandem omnis hac de re controversia, quae suboriri potuit vel posset in posterum, sopita est per decretum Capituli Cath. pro parte praepositi s. Laurentii latum a. 1752 die 24. Maii in Capitulo septimanali, quo statuitur, ut praepositus s. Laurentii curam huius hospitalis gerat. Siquidem vero reperiuntur aliquae inscriptiones summarum pro hospitali s. Barbarae, quod licet iam non exstet, tamen praepositus s. Barbarae curam vindicandorum censuum tangentium hospitale s. Barbarae habeat salvo utriusque praepositi calculo.



## Ordinatio pro hac ecclesia et hospitalibus.

Optimam sane partem (resignato alio pinguiori beneficio) elegisse Jll. huius loci praepositum gratulamur ex corde, beatitudinem scilicet, quam Regius vates agnovit in illo, qui intelligit super egenum et pauperem. Quo in opere salutari eximie intelligentem probavit animum suum per plurima egregia specimina circa administrationem huius ecclae et hospitalium sibi commissam. Ut tamen intelligentia haec super egenum et pauperem in maiorem gloriae suae excrescat cumulum, optimus vehementer, ut cum notitia, approbatione et consilio Perill. provisoris omnem quantam potest scientiam de proventibus utriusque hospitalis acquirat enixis ab illo votis efflagitando, quatenus dignetur census in visitatione nostra specificatos, ubi nunc haereant, investigare, certos ab incertis ac irrepetibiles (si qui sunt) secernere et ex caritate erga invalidos ac emeritos sacerdotes Domini vindicare satagat. Si quis autem modus est recipiendae summae olim Mfco Kczewski mutuo datae et alterius similis in domo Slupinska haerentis pro anniversario, eum adhibebit Jll. praepositus. Pro incorporatione ad hospitale, (si quae pecunia offertur), ea iuxta antiquum ac laudabilem usum in communes hospitalis necessitates convertenda est ac in rationibus inter perceptam adnotanda. Res post demortuos pauperes derelictae non consanguineis vel cuiquam alteri distrahendae permittantur, sed inter superstites pauperes dividantur cum obligatione orationum pro anima demortui. Dabit etiam operam pro suo zelo Jll. praepositus, ut pauperes in xenodochio vitam exemplarem, ordinatam et sobriam ducant, ut sacramenta frequentent, ut orationes matutinas, meridianas et vespertinas nec non cantilenas pias praescriptas habeant et alia officia pietatis pro benefactoribus in communi obeunda iuxta ordinem diurnum, quem expedit illis praefigere praecavendo, ne iurgiis, dissidiis, peierationibus et clamorosis altercationibus sint dediti, ne vitam otiosam agant, sed mortem sanctam meditentur et praeparent. Plura longe hac in parte pro sua pietate praestabit Jll. praepositus, quam desiderare possumus, eo inspirante, qui eum misit evangelizare pauperibus. Proinde ut in hanc sortem Domini vocatus firmam et longaevam ducat valetudinem pro gloriae Dei et ecclesiae suae emolumento, ex corde precamur. Ad quem effectum copiosam benedictionem divinam vovemus, nostram licet indignam ex animo impertimur.



## Visitatio

### **ecclesiae s. Barbarae in oppido Chwalszewo**

sub parochia s. Nicolai a. 1779 die 4. Junii expedita.

1. Anteriores visitationes huius ecclae productae sunt tres: 1) Alb. Tholibowski de a. 1658, 2) Francisci Libowicz de a. 1727, 3) Josephi Kierski, suffrag. Posn., de a. 1737.

2. Ecclesia haec seu potius capella est amplitudinis exiguae, de muro solido constructa in formam ovalem, lacunari tabulato ligneo ab intra clausa, ab extra vero tegulis lateritiis bene cooperta, habens parietes ab extra in duobus locis fissuris hiantes, ab intra probe dealbatos, pavimentum lateritium ex parte indigens reparatione, fenestras integras, ianuas non pridem comparatas cum clausuris et seris bonis, scamna nova et ambonam cum duobus confessionalibus pariter novis, sed nondum depictis, chorum ligneum bonum, cui aptatum est organum parvum satis bonum, sed gradus ad chorum reparatione indigent, portam ad eccliam unam cum foribus ligneis bonis et bona serratura clausis, sacristiam parvam de muro solido constructam cum pavimento lateritio, cum lacunari murato, cum fenestra vitro et crate ferrea munita, cum armariis et cistis ligneis, cum foribus ligneis bonis ferro obductis et bona serratura clausis. E medio ecclae prominet turricula a fronte de muro solido in statu mediocri. Campanulae pensiles sunt duae, una in angulo parietalis muri ad occidentem, de cuius consecratione nullo documento authent. constat, altera cura civium Chwalszew. comparata a. 1766 et per Josephum Kierski, suffr. Posn., consecrata cum indulgentiis a s. Sede concessis pro agonizantibus ad sonum eiusdem campanae orationes facientibus fidelibus applicatis in muro e platea pendens apparet, sed tempus harum indulgentiarum iam exspiravit. Proinde incumbit onus praeposito inducendi cives Chwalsz. ad procurandam renovationem harum indulgentiarum. Caemeterium ex parte plateae est muro solido circumseptum cum una porta murata, foribus



ligneis sera clausis munita, ex parte vero posteriori ecclae est asseribus ligneis obductum et bene clausum. In hoc caemeterio prostat figura s. Joa. Nepom. de lapide quadro scisso, exsculpta sumptu fam. Mich. Goscimski, proconsulis Chwalsz., singularis huius ecclae benefactoris. Ante hanc statuum prostat lampas vitrea elegans, quae statis diebus accenditur.

3. Ecclesia haec exstructa est a fundamentis per olim Rev. Mathiam de Minori Krasznino, can. Cath. Posn., cuius erectio facta est per olim Andr. de Bnin eppum a. 1453 fer. II. post Dom. Palmarum et act. Consist. Posn. ingrossata a. 1455 die 5. Sept. Sed copia istius erectionis non exstat circa ecclam, videnda in libro Consist. Posn. a. 1526 3. Dec.

4. Fuit olim parochialis ex vi erectionis et habuit incorporatam sibi tanquam filiam ecclam s. Nicolai. Sed processu temporis ob angustiam loci in hac eccla tota parochia translata est ad ecclam s. Nicolai. Fundatio tamen pro praeposito s. Barbarae relicta sub titulo altariae, cui locus in processionibus cum vicariis ecclae Cath. pro semper assignatus est, prout docet visit. Tholibov., et haec eccla tanquam capella per se relicta est.

5. Consecratam olim fuisse indicabant ante annos circiter 20 signa in parietibus visibilia et dies anniversaria dedicationis celebrari solita Dom. 21 post Pentec. Sed ad praesens signa haec dealbatione parietum deterisa sunt et dies anniv. dedic. non celebratur.

6. Est titulus s. Barbarae V. M.

7. Jus collationis ipsius pertinet ad Capit. Cath. Posn.

8. Non est parochialis neque ullam curam animarum ad praesens habet. Habuit olim curam in spiritualibus et temporalibus hospitalis s. Barbarae (quod fuit in aggere Summi Posn. inter vicinitates ab una parte fundi Zegoviani can. Cath. Posn., ex altera fundi canonicorum Colleg. s. Nicolai situm), sed ab immemorabili est devastatum, fundus solum desertus exstat latitudinis cubitorum 30, longitudinis protensae usque ad limites contubernii Szoldrsciani, prout patet ex decreto Capit. Cath. Posn. die 12. Apr. a. 1568 lato. Sed cura haec ex causa negligentiae adempta illi est decreto Capit. Cath. a. 1520 die 6. Nov. et alio decreto eiusdem Capit. de a. 1522 die 10. Oct. lato. Cura animarum hospitalis ad praepos. s. Nicolai translata salvo stipendio altariae in dicto hospitali, quod post devastationem suam videtur fuisse translatum cum omnibus foundationibus suis



ad eccliam s. Laurentii, circa quam in hodiernam diem exstat hospitale mendicantium sub titulo s. Laurentii. Circa quod emanavit decretum Capit. Cath. ad sopiendas controversias inter praepositos s. Laurentii et s. Barbarae de administratione huius hospitalis exortas in Capitulo septim. a. 1752 die 24. Maii latum, quo statuitur, ut praepos. s. Laurentii curam huius hospitalis gerat. Siquidem vero reperiuntur aliquae inscriptiones summarum pro hospitali s. Barbarae, quod licet iam non exstet, tamen praepos. s. Barbarae curam vindicandorum censuum tangentium hospitale s. Barbarae habeat salvo utriusque praepositi calculo coram deputatis ex Capit. Cath. faciendo.

9. *Altaria* sunt tria: *Primum* maius noviter de muro solido constructum in formam elegantem ex largitate variorum benefactorum et nondum terminatum, sed haeret adhuc sub manu artificis, proinde non habet omnia requisita ad sacrificium missae celebrandum. Est sub titulo Assumpt. BMV., ss. Barbarae et Catharinae.

*Secundum* imaginem s. Mariae Maioris praeferens, nondum habens mensam, quae de novo extrui debet, proinde caret requisitis ad celebrandum missae sacrificium.

*Tertium* imaginem s. Joa. Nepomuc. praeferens etiam manum artificis exspectat, mensam interim habet ligneam cum portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus aliis requisitis instructum est.

*Altaria* haec erectionem et foundationem nullam habent, imaginibus sat decenter depictis ornantur, prout et tota eccla, ex quibus tamen nulla recognita est pro gratiosa auctoritate publica.

10. *Reliquiae* nullae sunt in hac eccla, fuerunt olim aliquae, sed inundatione aquarum in a. 1736 consumptae sunt.

11. *Indulgentiae* altaris privilegiati pro defunctis pro singulis diebus infra octav. commemorat. OO. FF. Def. ac pro feria VI. cuiuslibet hebdomadae ad decennium concessae habentur applicatae maiori altari per Breve Pii VI. P. sub d. Romae 10. Junii a. 1777 et in Officio admissae cum designatione feriae et altaris eodem anno die 2. Sept. Praeter has habetur indulgentia plenaria concessa vivis pro festo s. Barbarae per Breve eiusdem Pii VI. Papae datum eodem die et anno ut supra et in Officio Posn. admissum die 2. Sept. a. 1777. Quarum privilegia authent. in pergamano descripta conservantur circa eccliam.





12. Neque confraternitates neque cursus BMV. neque prae bendae neque capellae fundatae sunt in hac eccla.

13. SS. Eucharistia ibi non asservatur neque olea sacra. Exponi tamen solet tempore devotionis solemnis semel in anno in monstratorio ss. Eucharistia pro festo s. Barbarae. Circa quem actum revocatur in memoriam dispositio Lociordinarii moderni de numero et qualitate cereorum.

14. Lampas ante maius altare ardere solet sub tempus missae, non habens ullam foundationem.

15. Proventus pro ecclesia.

Census a summa fl. 500 pro fabrica huius ecclae foundationis olim Rev. Petri Prasniensis in bonis villae Chwalszyce distr. Pyzdren. una cum altera simili summa ad ecclam SS. OO. act. Consist. Posn. die 20. Jul. a. 1643 inscriptus. Census iste constanter percipiebatur tum ad quietationes officiosas, tum ad manuales usque ad a. 1776 inclusive, ab hoc tempore non percipitur, sed speratur.

16. Carbonae ecclae sunt duae, una portatilis, cum qua concursatur pro colligendis eleemosynis, altera ad fores ecclae parieti affixa. Pecunia ex illis collecta impenditur pro cera, vino, ministro ecclae ac aliis eiusdem necessitatibus, sub clavi manens praepositi.

17. Legatum pro hac eccla fuit ex assignatione olim Joa. principis Woroniecki, can. Cath. Posn., aureorum hung. 10 pro reparatione sepimenti caemeterii apud gener. Morzycka haerentium sibi legatario ab eadem debitorum. Sed haec stante vita sua ob inopiam non solvit, anno praeterito fatis cessit, proinde difficilis erit huius legati vindicatio, quam tamen praepositus omni meliori modo procuret.

18. Vitrici in hac eccla non sunt, sed exigui eius proventus administrantur per ipsum praepositum.

19. Debita passiva non habet eccla.

20. Devotio in illa solemnis peragitur solum pro festo s. Barbarae. Singulis vero Dominicis et festis legitur missa de mane circa horam 6. cum notabili populi concursu.

21. Rationes perceptarum et expensarum pro eccla reperimus conscriptas ab a. 1774, scilicet a possessione moderni praepositi, sed praeter proventus ex carbonis et ex sacculo collocandae sunt inter perceptam eleemosynae variae benefactorum, item census ex Chwalszyce et alii pro cera inferius specificandi, qui ad praesens percipiuntur.



## 22. Proventus praepositum concernentes.

1. Census a summa aureorum hung. 120 puri auri et iusti ponderis in bonis villae Pacholewo dist. Posn. foundationis olim Rev. Mathiae de Minori Kraśnino, fundatoris huius ecclae, act. Consist. Posn. die 1. Iulii 1461 in libro Nicolai de Sobotha offic. inscriptus et eodem anno in festo ss. Petri et Pauli act. Cast. Posn. obligatus in libro Resig. Ab hac summa solvebatur census in toto ab actu inscriptionis ad a. 1740. Sequentibus vero annis usque ad a. 1743 inclusive solvebatur per semiquatuor, prout docent quietationes officiosae in Cast. Posn. factae fer. II. post fest. Visit. BMV. a. 1653, item fer. II. post Dom. Cantate 1700, item fer. II. ante fest. s. Jacobi 1719, item 23. Maii 1724 praeter alias quietationes manuales probantes possessiones huius census. Pro quo etiam stetit decretum trib. Regni Petricov. a. 1637 fer. VI. post fest. s. Catharinae et act. Cast. Posn. oblatuatum a. 1699 ante fest. Assumpt. BMV. Item aliud decretum trib. Regni Petricov., quo iniungitur solutio census in auro, fer. VI. post fest. s. Martini a. 1699 latum. Item decretum iudicii Cast. Posn. fer. II. post Dom. Reminiscere a. 1744 latum. Sed census iste tam validis iuribus innixus ab a. 1744 inclusive usque ad praesentem diem retentus est ea maxime ex causa, quod summa 120 aureorum hung. a. Mgfcō Petro Sapięha, dapifero pro tunc Lithuaniae, in contractu et resignatione bonorum Mgfcō Mathiae Mycielski, castell. Posn., non fuit expressa. Stetit quidem decretum Cast. Posn. fer. II. post Dom. Reminiscere a. 1744, quo iniungitur Mgfcō Mycielski exsolutio census retenti, summae vero capitalis translatio Mgfcō Sapięha ad alia bona sua haereditaria, sed ex parte Mgfcī Mycielski interposita est motio ad tribunal Regni, ubi hactenus lis indecisa pendet, quam pro primo tribunali prosequi statuit praepositus. Consensus Officii Posn. super levanda hac summa et in alia bona munda locanda datus est a. 1744 die 22. Junii. Obligationes huic censui annexae inferius specificabuntur.

2. Census a summa aureorum hung. 120 foundationis Rev. Mathiae de Minori Kraśnino in bonis villae Krzyszczkowo dist. Posn. act. Cast. Posn. in libro Resig. Petri Swida de Szamotuły sabb. in die Circumcis. Dni a. 1463, item act. Consist. Posn. Nicolai de Sobotha offic. die 19. Jan. anno eodem inscriptus. Possessio eiusdem census probatur quietationibus Cast. Posn., prima de a. 1689 fer. II. post fest. Visit. BMV., secunda de a. 1694 fer. II. post fest. s. Marg., tertia de a. 1700 fer. II. post



Dom. Cantate. Item decreto iudicii Cast. Posn. a. 1725 lato et aliis manualibus quietationibus. Sed in a. 1717 circa resignationem bonorum Krzyszkowo cum magno praeiudicio summa aureor. hung. 120 reducta est ad summam flor. pol. 1680 et iuxta hanc reductionem quietatio facta est fer. II. ante fest. Nativ. BMV. a. 1717. Contra quam reductionem iniuriosam manifestationes factae sunt per praepositum successorem, prima in Cast. Posn. fer. III. post fest. Exalt. s. Crucis a. 1721, secunda in act. Consist. Posn. die 9. Martii a. 1725. His tamen non obstantibus ad praesens census solvitur solum per. fl. 50 annuatim et per antecedaneum praepositum nescio quo facto talis solum percipiebatur, qui a summa etiam ita reducta, prout superius dictum est, nec per semiquatuor a centum efficit. Dolendum vel maxime, quod ab anno 1725 sit per praepositos acceptatus, in usum conversus et quietationibus manualibus roboratus. Obligationes pro hoc censu inferius recensebuntur.

3. Census a summa aureorum hung. 120 foundationis olim Nob. Joa. Chelmski act. Consist. Posn. Nicol. de Sobotha a. 1461 die ultima Apr. inscriptus in bonis villae Małpino dist. Costen. haereditariae olim monasterii Lubin., cum consensu Sigismundi III, regis Poloniae, in comitiis Regni gener. dato 3. Apr. a. 1618 super venditione fundi Małpino et act. Consist. Posn. oblato a. 1621 die 12. Jan. Possessio huius census probatur processu iuridico et quietatione Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margaritthae a. 1698, item alia a. 1722 mense Oct., item decreto condensationis potioritatis bonorum Małpino ad act. Cast. Posn. porrecto fer. II. post fest. Imm. Concept. BMV. a. 1726, in quo summa haec primo loco posita relicta est illaesa. Item decreto Cast. Posn. solutio censuum iniuncta est a. 1727 et pro contraventione subsecutive aliquot condemnationes obtentae et executio earundem in Cast. Costen. fer. II. post Dom. Quinquasimae a. 1747. Deinde motiones interiectae ad tribunal Regni et magno strepitu iuris ab utrimque causa agitata. Tandem per complanationem cum Mgfcō Marciano Radoński, bonorum Małpino haerede, census licet decortatus pro retroactis annis solutus est usque ad a. 1753 et de eodem recepto act. Cast. Posn. eodem anno quietatio officiosa subsecuta. Consequenter solvebatur census per medium usque ad a. 1762 inclusive. Ab hoc tempore ad rationem retenti census pro annis 10 usque ad a. 1772 inclusive dati sunt praeposito ad rationem fl. 316. Unde debentur adhuc pro istis annis fl. 584. Pro annis vero 1773—75 solutus est census ad quietat-



tiones manuales per quinque aureos annuatim. Pro subsequenti-  
bus autem annis tribus usque ad a. 1778 inclusive persoluti  
sunt in toto fl. 189 ad quietationem manualement. Sed census iste  
neque per semiquatuor efficit, proinde viderit praepositus, ne  
per suam conniventiam praepudicium suis successoribus faciat  
et retentos census vindicare satagat. Obligationes pro hoc censu  
recensebuntur inferius.

4. Census a summa fl. 1000 in bonis villae Kluczewo dist.  
Costen. act. in iudiciis Cast. Posn. fer. II. post Dom. Cantate a. 1700  
inscriptus ex fundatione olim Rev. Adalb. Grabania, vicedec. Cath.  
Posn., pro decantandis litanis de BMV. quolibet die sabb. in  
hac eccla et pro una missa quolibet mense absolvenda pro anima  
Adalberti sacerdotis in praefata eccla. Census iste difficulter qui-  
dem, sed tamen ad rationem partitim percipitur et obligationi non  
satisfit ob censum dimidiatum, solum ex parte.

5. Census a summa marc. 87 cum media mediorum latorum  
grossorum de bonis Krzyszkowo levata et in bona Luboniec,  
Czarnotki, Oczosna et Kępa dist. Pyzdr. translata ac in iisdem  
inscripta act. Cast. Posn. fer. II. Rogationum a. 1508, item act.  
Consist. Posn. eodem anno die 29. Maii in libris Joa. de Gora  
offic. Qui census occasione divisionis bonorum et decreto tri-  
bunalitio Petricov. fer. VI. in vig. s. Andreae a. 1641 lato divisus  
fuit taliter, ut ex bonis Luboniec et Kępa census persolvatur  
a summa marc. 43 cum media et gross. 12, ex bonis vero Czar-  
notki et Oczosna etiam a simili summa vigore decreti tribunal.  
Petricov. fer. VI. post fest. Purific. BMV. a. 1639 prolati. Possessio  
huius census probatur decretis tribun. supra dictis et quietatione  
ibidem annexa de eodem persoluto Rev. Petri Prasnensis. Deinde  
magno iuris strepitu vindicabatur et bannitiones aliquae obtentae,  
nihilominus tamen census ab a. 1640 non percipitur et obliga-  
tiones eidem annexae ignorantur.

6. Census a summa marc. 70 in bonis Łopuchowo pertinet  
ad hospitale s. Barbarae seu ad praesens s. Laurentii et iam per  
nos inter proventus dicti hospitalis pauperum saecularium relatus  
est, act. Consist. Posn. die ultima Maii a. 1480 inscriptus, qui  
siquidem perceptus est usque ad a. 1777 inclusive per praepo-  
sitos s. Barbarae, proinde per eosdem hospitali facienda est  
restitutio.

7. Census a summa fl. 500 ex variis summis particularibus  
conflata, nempe prima marc. communium 25 primo in bonis  
oppidi Dobrzyca et villae Klonowo dist. Caliss., deinde in bonis



Korytko itidem dist. Caliss., deinde in bonis Ruchocino dist. Gnesn. inscripta, demum ex iisdem levata et per Blasium Jarząbek super horto suo act. Advoc. Chwalsz. a. 1629 fer. VI. ante fest. ss. Trinit. inscripta, tandem in synagogam Szamotul. translata, secunda summa fl. 100 foundationis olim fam. Barbarae Podolska testamento legata pro missis, tertia summa fl. 160 pro domo in Piotrowo sita per olim fam. Grocholski molitorem ecclesiae s. Barbarae inscripta, deinde ex mandato Cap. Cath. Posn. per praepositum divendita, quarta summa fl. 200 de bonis villae Strzeszynko dist. Posn. translata ac pro pauperibus saecularibus hospitalis s. Barbarae inscripta. Ex quibus summis partialibus coaluit summa fl. 500 super tota synag. Szamotul. cum consensu haeredis inscripta act. Consist. Posn. a. 1740 die 3. Aug. Census iste ad a. 1767 persolutus est, ab hoc autem anno solum ad rationem solvitur ob conflagrationem dictae synagogae. Obligatio ex ratione primae summae ignoratur, quia primaeva inscriptio deest. Ex ratione 2 summae pariter ignoratur, quia primaeva inscriptio deest. Ex oratione 3 summae tenetur praepositus unam missam in anno absolvere pro anima Adami Grocholski. Census autem a 4 summa 200 fl. totus hospitali pauperum reddendus est. Obligationibus his satisfit per sex missas annuatim absolvi solitas.

8. Census a summa fl. 300 foundationis olim Rev. Joa. Węgrowski cum obligatione unius missae quolibet mense absolvendae alternatim, uno mense de BMV., altero pro agonizantibus super duabus lapideis infid. Judaeorum Fabiś Jachim et Fabiś Zelek alias Sierek in magna platea Judaica Posn. act. Consist. Posn. a. 1721 die 3. Mart. inscriptus. Census iste percipitur et obligationi non ex integro satisfit.

9. Census a summa fl. 300 foundationis olim fam. Barbarae Zywinska super tota synagoga Posn. act. Palatin. Posn. fer. VI. post Dom. Judica a. 1731 inscriptus cum obligatione absolvendi unam missam quolibet mense pro anima Barbarae. Census iste percipitur, licet pro annis quinque retroactis per commissionem Varsavien. cassatus fuerit. Obligationi non ex integro satisfit.

10. Census a summa marc. 100 primo in bonis villarum Tarnowo et Poszczykowo dist. Gnesn. act. Consist. Posn. a. 1529 die 13. Dec. inscriptus, deinde in bona villa Gryzyna translatus act. Cast. Posn. sabb. ante Dom. Cantate a. 1558, tandem ex iisdem deportatus et in bona villae Racat dist. Costen. translatus ac in iisdem inscriptus act. terrestr. Costen. fer. II. post Dom.



Cantate a. 1611. Census iste ab immemorabili non percipitur, licet magno iuris strepitu vindicatus, scilicet condemnationibus a. 1658, 59, 61, fer. II. post Francisci decreto iudicii Cast. Posn. adiudicatus, item simili decreto in a. 1664 fer. II. post fest. Trium Regum condemnatio obtenta est pro facta motione ad tribunal Regni, demum aliae bannitiones obtentae in a. 1676, 77, 78. Mirum est, quod ab hoc tempore per summam praepositorum incuriam non fuerit vindicatus, quam tamen modernus praepositus imitari non pergat. Obligationes huic censui annexae ignorantur, quia non sunt in inscriptionibus expressae.

11. Census a summa fl. 200 foundationis olim pudicae Barbarae Niemczanka virginis pro 12 missis Requiem annuatim absolvendis pro anima dictae Barbarae in hac eccla et pro cera et vino per fam. Andream Mydkarczyk, advocatum Chwalsz., super horto et pomario suo act. Consist. Posn. a. 1672 die 28. Febr. inscriptus. Cuius census possessio ex antiquis ecclae regestris patet ad a. 1711. Deinde in hoc horto et pomario erat braxatorium fam. Chalkiewicz, quo e vivis sublato successit Dorothea filia, primi voti Ekiertowa, secundi Wolska, quae pro annis 1733 et 34 dedit duo dolia cerevisiae in vim census. Pro reliquis vero annis usque ad a. 1776, quo mortua est, nihil dedit. Ad praesens successit fam. Adalbertus Bagnowski, civis Srodcen., qui censum non solvit, et obligationi non satisfit.

12. Census a summa fl. 200 testamento olim fam. Andreae Radzimski pro anniversario in hac eccla quolibet anno celebrando super lapidea fam. Samuelis Dunkel in platea aquatica Posn. inter lapideas ex una olim Medelskich et ex altera parte Religios. Cisterciensium conventus Landen. sita act. Consist. Posn. a. 1713 die 8. Julii inscriptus et decreto eiusdem Consist. a. 1717 die 27. Aug. adiudicatus, ad haec usque tempora non percipitur et obligationi non satisfit.

13. Census a summa fl. 100 testamento olim Elisab. Kosterka, civissae Posn., pro missa Requiem quolibet mense absolvenda in hac eccla pro defunctis disposita et per fam. Adalb. Kosinski, doleatorem Posn., super domo sua aciali lignea in platea aquatica penes portam civitatis ad dextram manum ab ea porta ad ecclam Colleg. M. Magdal. eundo sita act. Consist. Posn. a. 1631 die ultima Apr. inscriptus et decreto eiusdem Consistorii a. 1703 die 23. Martii adiudicatus, sed ab immemorabili non percipitur et obligationi non satisfit.



14. Census a summa fl. 100 testamento olim laboriosi Stephani pro sustentatione praepositi huius ecclae legatus et per Joa. Miliecki, sartorem Posn., super lapidea sua, quondam Czapelki, penes lapideam Dnorum Kierskich sita in platea s. Stanislai act. Consist. Posn. a. 1626 die 12. Aug. inscriptus et a. 1634 fer. VI. post fest. s. Barthol. decreto Advoc. Civit. Posn. recognitus, tum a. 1635 fer. IV. ante fest. s. Barthol. solutio illius in triduo facienda adiudicata decreto Advoc. Posn. Sed census iste ab immemorabili non percipitur et praepositi obligationem sibi imposuerunt absolvendi unam missam quovis mense pro anima dicti fundatoris act. Consist. Posn. a. 1627 die 13. Febr., sed huic obligationi non satisfit ob censum non perceptum.

15. Census a summa fl. 150 foundationis olim Rev. Thomae Ciążenii, paenitent. ecclae Cath., sed haec summa est exdivisa siquidem fl. 100 ex illa locati sunt super domo Joa. Trestkowski, can. BMV., et super horto eiusdem inter domos Martini Wolwar ab una et Martini a Złotowo paenitent. post montem Summi parte ab altera sita act. Cap. Cath. Posn. a. 1622 die ultima Martii inscripti cum obligatione singulis feriis III. votivae legendae de s. Anna in hac eccla pro anima Thomae sacerdotis cum collecta pro eodem. Domum hanc deinde fraternitas litteratorum BMV. ad ecclam s. Nicolai obtinuit, quae domus a multis annis desolata est fundo solum deserto manente, et obligationi non satisfit. Quia tamen in hoc fundo fam. Jac. Rozynski, advocatus Chwalsz., vult propriis impensis aedificare domum cum consensu Officii cum onere solvendi ex illa sex fl. dictae frater. litteratorum, ideo necesse est praefatum censum per eam converti in suffragium animae memorati fundatoris annuatim, tum in suffragium Barbarae Niemczanka, donatricis huius domus eidem confraternitati. Ex eadem summa fl. 50 locati sunt et inscripti in domo Barthol. funificis Chwalsz. inter domos Mathiae Wroniawski et Mathiae sartoris Chwalsz. sita act. Advoc. Chwalsz. fer. IV. post Dom. Cantate a. 1620 cum obligatione legendi quolibet quartuali in hac eccla missam votivam de s. Anna cum collecta pro fundatore. Sed census iste ad praesens non percipitur et obligationi non satisfit.

16. Census a summa fl. 1000 testamento olim Joa. principis Woroniecki, can. Cath. Posn., in a. 1775 legata cum obligatione ex censu annuo 26 missas legendi in hac eccla pro anima testatoris. Sed successores processum instituunt in ordine ad cassanda omnia legata testatoris, et dubium est, num census pro missis



absolutis adiudicabitur. Capitulum Cath. agit quidem pro eo vindicando, sed incerto eventu.

17. Census a summa fl. 100 in domo Andreae et Reginae Mydzkarczykow, oppidanorum Chwalsz., act. Consist. Posn. a. 1662 die 1. Sept. inscriptus pro comparandis cereis ad decantandas litanias BMV. in hac eccla quolibet sabb. Census iste ad praesens est investigabilis.

Sunt alii census praeterea pro antiquo olim hospitali s. Barbarae inscripti, sed hos omnes iam recensuimus in visitatione hospitalis pauperum saecularium s. Laurentii, ad quod ipso usu diuturno videntur esse translati.

### 23. Obligationes praepositi.

Praeter specificatas iam nonnullas inter proventus superius descriptos tenetur praepositus ex vi erectionis absolvere duas missas in hac eccla qualibet hebdomada, unam de s. Barbara, alteram vero pro defunctis in hospitali morientibus. Tenetur praeterea tempore Quadragesimae pro iisdem defunctis Tricesimam absolvere. De quibus obligationibus, licet nobis non constet ex ipsa erectione (quae circa ecclam non reperitur), constat tamen ex visitatione Tholibowski eppli.

Obligationibus his non ex integro satisfit, quia census non ex integro percipiuntur. Sed tamen reductio earundem ad proportionem censuum procuranda est in Officio.

24. Praepositus ad praesens est Lucas Metelski, ecclarum Cath. vicarius, Colleg. BMV. canonicus, qui litteras suae promotionis ad ordines sacros et approbationis ad excipiendas confessiones produxit nobis in visitatione Colleg. BMV. Ad hanc praeposituram legitime praesentatus, canonice institutus die 9. Martii a. 1774 et eodem anno die 3. Dec. rite introductus. Praeter haec plura alia beneficia non possidet neque in hac neque in alia dioecesi. Penes hanc ecclam non residet, quia residentiam nullam habet, sed residet in vicariatu Cathedrali.<sup>1)</sup>

### Ordinatio pro hac ecclesia.

Magnam commendationem meretur sollicitudo praepositi circa reparationem huius ecclesiae et decoris eius augmentum, pro quo divina providentia ampliora superaddat subsidia. Cura tamen haec minime enervare debet aliam de vindicandis aut

<sup>1)</sup> Supellex omittitur. Imagines erant quatuor: ss. Barbarae, M. Magdal., Vincentii et coenae Domini.



reintegrands censibus ad hanc eccliam spectantibus et per conniventiam suorum praedecessorum vel prorsus neglectis vel diminitis, ne pia fundatorum voluntas suo privetur suffragio. Siquidem autem tot obligationes praeposito incumbunt, tum ex munere vicarii Cath., tum ex munere canonici BMV., tum ex officio praepositi huius ecclae (praeter alias accidentales ex eleemosynis, ex funeribus et anniversariis), pro quibus omnibus adimplendis dies hebdomadae aegre sufficere possunt, proinde ne conscientiam suam eisdem oneret, eas in Officio reducendas et ordinandas pro ratione modernorum censuum curare non negliget. Quoniam vero hospitale s. Barbarae plane non exstat neque spes est vel necessitas ipsius de novo excitandi, proinde omnia documenta relativa ad illud praeposito hospitalis s. Laurentii restituet, ne in plures manus divisa depereant. Congruum enim censemus, ut hae foundationes omnes pro antiquo hospitali s. Barbarae nunc ad hospitale s. Laurentii transferantur, ex quibus vindicatis possent plures sustentari pauperes. Fundum autem desertum huius antiqui hospitalis saltem sepimento circumduci curet et excoli ad interim pro sua utilitate, ne inaniter sterile scat, donec aliter de illo statuatur per Officium. Denique ea omnia executioni danda commendamus, quae sparsim suis locis respectivis hac nostra visitatione adnotavimus. In reliquo fausta omnia praeposito cum diuturna valetudine et amplissimam benedictionem divinam precamur, nostram ex animo impertimur.

Finita 6. Junii.



## Visitatio

### **ecclesiae parochialis s. Margarithae in oppido Srodka**

ad Posnaniam a. 1779 die 8. Junii expedita.

1. Ex anterioribus visitationibus nulla producta est.
2. Ecclesia haec in oppido Episcopali Srodka est de muro solido constructa in formam crucis, amplitudinis mediocris.
3. De primaeva ipsius erectione non constat, solum deducitur ex monumentis ecclae eam fuisse olim per parochos presbyteros saeculares gubernatam, tandem a. 1665 die 6. Julii erectam fuisse circa hanc ecclesiam Congregationem Oratorii s. Philippi Nerei per olim Albertum Dobrzelewski, offic. Posn., praevis litteris crydae ad hunc effectum datis et publicatis per olim Steph. Wierzbowski, eppum Posn., d. d. in Sroda die 19. Febr. a. 1665, item praevia donatione in dotem eiusdem Congregationis villae olim praestimonialis Mychowo in emphiteusim perpetuam per Capitulum Cath. Posn. a. 1664 in Capitulo gener. ss. Petri et Pauli et praevio consensu eiusdem Capituli super incorporatione ecclae parochialis s. Margarithae ad Congregationem s. Philippi Nerei d. d. in Capitulo gener. ss. Petri et Pauli a. 1665. Quibus omnibus praemissis hac in erectione latius descriptis stetit approbatio eiusdem erectionis per eundem Steph. Wierzbowski eppum d. d. Posnaniae die 17. Febr. a. 1666 et beneplacitum Apostol. super praemissis Clementis Papae X. d. d. Romae die 9. Julii a. 1670 cum commissione archiepp. Gnesn. dictam erectionem ac incorporationem approbandi. In cuius sequelam stetit decretum Jll. Stanislai Dzianott, eppi Fessensis et officialis gener. Gnesn. tanquam commissarii Apostol. ad praemissa deputati, d. d. Gnesnae die 22. Junii a. 1671, quo cessio et assignatio huius ecclae cum omnibus iuribus, proventibus eam ex antiquo concernentibus curaue animarum et administratione sacramentorum donationeque iurispatronatus ac aliis muniis et oneribus parochialibus Congregationi suprascriptae presbyterorum saecularium Oratorii s. Philippi Nerei ad Posnaniam fundatae auctoritate Apostol.



delegata approbatur, confirmatur, ratificatur, unitur et incorporatur cum obligatione dictae Congregationi per Capitulum Cath. Posn. imposita, ut ex villa Mychowo sibi donata in recognitionem domini canonem unius marcae annuatim ad manus fabricatoris praedicta Congregatio persolvat. Quorum omnium documenta authent. exstant circa eccliam.

4. Jus collationis huius ecclae per erectionem attributum est Congregationi Posn. Oratorii s. Philippi Nerei.

5. Est tituli s. Margarithae V. M.

6. Est consecrata, prout apparet ex signis in parietibus et ex die anniversaria dedicationis, quae celebrari solet annuatim Dom. I post fest. s. Francisci, sed nescitur, quando et per quem fuerit consecrata.

7. Parochiae ei limitrophae sunt s. Nicolai in oppido Chwalszewo et s. Joa Bapt. in commenda Posnan. equitis Melitensis.

8. Est matrix per se et nulli ecclesiae unita.

9. Curae animarum ipsius subsunt oppidum Srodka, Ostrowek cum platea Zawady.

10. Personae ad communionem paschalem reperiuntur in ea

viri = 195

mulieres = 251

impuberes et infantes masculi = 17

” ” ” feminae = 12

Omnes capaces communionis paschalis hoc anno huic praecepto satisfecerunt et quolibet anno solent satisfacere.

11. A catholicus unus solum reperitur in Ostrowek.

12. Judaeorum nullus est.

13. Parochia haec extenditur in longum et latum ad tria circiter stadia.

14. Cura animarum ipsius est penes rectorem et PP. Congregationis Oratorii.

15. Reliquiae habentur in hac eccla in capella s. Barbarae reliquiariis insertae ss. MM. Benedicti, Perfecti, Benignae et Pacificae litteris authent. munitae ac in Officio admissae. Item habentur reliquiae de praecordiis s. Philippi Nerei reliquiario portatili pacificali argenteo insertae cum aliis reliquiis eiusdem Sancti suis litteris authent. munitae et in Officio admissae. Habentur item reliquiae ex ossibus s. Barthol. suis itidem litteris authent. munitae et in Officio Posn. admissae. Praeter has haben-



tur aliae reliquiae in crucibus argenteis portatilibus insertae, sed de earum realitate nullo documento authent. constat, proinde venerationi publicae non sunt exponendae, donec Officium de eis decernat.

16. Indulgentiae altaris perpetui privilegiati pro defunctis habentur concessae toti Congregationi Oratorii per decretum Benedicti XIV. Pont. d. d. Romae die 7. Sept. a. 1754 et in Officio Posn. admissae cum designatione in hac eccla maioris altaris pro eisdem die 15. Febr. 1755.

Praeter has habentur indulgentiae pro vivis plenariae pro festo s. Philippi Nerei, item 10 annorum indulgentiae frequentibus dictam ecclam pro exhortationibus PP. Oratorii, item indulgentiae 7 annorum et totidem quadragenarum pro festis Purific., Annunt. BMV., Resurrect. Dni et OOSS. in perpetuum concessae per bullam Benedicti XIV. Pont. d. d. Romae apud S. M. Maiorem die 16. Nov. 1754 et per Lociordinarium admissae cum designatione festorum supra dictorum die 30. Aug. 1755.

Praeterea est altari magno applicatum privilegium liberationis animae ad decennium concessum die 8. Julii 1771 et ibidem appensum.

17.

### **Confraternitates**

duae sunt in hac eccla erectae:

Prima litteratorum (ut aiunt) sub titulo et invocatione Assumpt. BMV., cuius erectio in pargameno descripta habetur circa ecclam per olim Jll. Kościelecki, eppum Posn., facta d. d. Posn. fer. II. ante fest. Assumpt. BMV. 1596.

Statuta huius confraternitatis.

1. Quolibet die Dom. et omnibus festis solemnioribus tenentur fratres missam votivam in hac eccla decantare. 2. Cum candelis cereis iisdem diebus ad offertorium ire. 3. Ad elevationem Corporis Chr. cuiuslibet missae praedictae duo iuniores fratres cum cereis accensis reverenter ante altare flectere tenentur et negligentes poena constituta punientur, similiter in processionibus cum Corpore Chr. per totam octavam peragi solitis. 4. Debent fratres funus confratrum deducere et iuniores deportare, deinde missam Requiem decantare et alii illiterati confratres eidem assistere. 5. Singulis quartualibus anni missam Requiem pro defunctis confratribus decantare et ad offertorium ire tenentur, illiterati vero quinque Pater, Ave et trinum Credo pro defunctis confratribus recitare. 6. In infirmitatibus confratrum



debent seniores unum vel duos e medio sui deputare ad curam ipsius et substantiae eius habendam. 7. Si quis frater vel soror adeo pauper e vita decesserit, ut non sit, unde funeri provideatur, ex communi cista fratres solvere tenentur. 8. Tempore pestis (quod Deus avertat) si aliquem ex fraternitate decedere contigerit, fratres eundem cum processione ad eccliam s. Margarithae a longe deducere conentur praecavendo, ne aliquis infectus peste eis se immisceat sub poena officii Srodcen. 9. Singuli fratres singulis quartualibus per solidum unum ad cistam communem pro necessitatibus fraternitatis contribuere debent. 10. Convocationes et sessiones statutis temporibus celebrari debent sub poena mulctarum pro absentibus et pro incorrigibilibus sub poena exclusionis a fraternitate. 11. Omnes fratres fer. II. Pentec. in aliquem locum honestum convenire debent et ibi inter se percontari de vitiis et moribus confratrum, utrum christiane vivant, utrum eccliam suam paroch. frequentent, utrum ibidem conciones audiant, utrum praeceptis ecclae satisfaciant, utrum lusibus et potationibus non sint dediti cum detrimento rei familiaris, et culpabiles, si praevia trina monitione se non emendaverint, a fraternitate excludantur. 12. Seniores in huiusmodi convocatione de perceptis et expensis calculum reddere debent et quatuor e medio sui eligere ad coercendos scandalosos et inobedientes. 13. Statuta haec in eiusmodi sessionibus clara voce praelegi debent, pro quibus observatis utriusque sexus fidelibus vere contritis, qui in ecclesia sub tempus officiorum fraternitatis pro statu Reipubl. christianae, pro regno Poloniae, pro eppo Posn. tanquam domino haereditario et ad reliquas ecclesiae intentiones oraverint vel pro confraternitate aliquid contribuerint, 40 dierum indulgentia toties, quoties praemissa fecerint, est concessa in perpetuum et vi erectionis. Praeterea est bulla Innocentii X. Pont. d. d. Romae apud s. Petrum a. 1645 die 21. Apr. confirmatoria huius confraternitatis, per quam indulgentiae conceduntur confratribus exercentibus opera misericordiae tam spiritualia quam corporalia et alia officia divina in bulla expressa, quae admissa est in Officio Posn. a. 1646 die 14. Nov. et conservatur in originali circa eccliam.

Statuta haec non omnia exacte observantur, sed solum principaliora.

Proventus huius confraternitatis sunt solum ex collectionibus eleemosynarum, qui expenduntur pro missis quartualibus, pro cera, pro organario etc.



Rationes perceptarum et expensarum reperimus connotatas tum in antiquis registris, tum in recentioribus ab. a. 1753.

Seniores dictae confraternitatis et alii officiales solent eligi de anno in annum in sessione publica, quae celebrari solet infra oct. Assumpt. BMV. et ibi calculum reddunt de perceptis et expensis, quem rector ecclesiae subscribit.

Album huius confrat. in seorsivo libro reperimus conscriptum ab a. 1647, cui nomina confratrum et sororum inseruntur.

Promotor illius non est stabilis, sed per turnum Patres huius Congregationis solent hoc munus obire.

Fundatio pro promotore recensebitur sub altari maiori.

### Secunda confraternitas

sub titulo et invocatione s. Barbarae, eiusdem altari applicata, in suffragium animarum purgatorii erecta per bullam Alexandri VII. Pont. d. d. Romae apud s. Mariam Maiorem die 6. Junii a. 1659 et per olim Alb. Tholibowski eppum admissa d. d. Posn. die 28. Sept. 1659, cuius erectionis et approbationis exstat originale circa ecclam.

### Statuta huius confraternitatis.

1. Singulis diebus quinque Pater et Ave et unum Credo addendo quinquies Laudetur ss. Sacramentum atque Et fidelium animae etc. recitari debent. 2. Singulis hebdomadis fer. II. missae de Requiem celebrandae et una cantata, cui adesse tenentur confratres vel, si non poterunt, saltem unam salutationem angelicam addendo Et fidelium animae recitare. 3. Presbyteri eidem confraternitati adscripti, dum celebrant, in Memento specialem memoriam confratrum tam vivorum quam defunctorum facere debent. 4. Aegrotos, quamdiu decumbent, Deo commendabunt. 5. Ad specialem devotionem BMV. et s. Barbarae tenentur et eiusmodi festis confiteri. 6. Pro recenter mortuo confratre aut consore orare debent pro sua devotione et funus defuncti comitari vel pro longe dissito notitia de morte accepta orare. 7. Si presbyter huic confraternitati inscriptus moriatur, tunc singuli presbyteri pro eo missam absolvent unam. Quodsi etiam saeculares personae confratres curaverint pro defuncto presbytero tres missas fieri, tunc mortuis talibus etiam presbyteri omnes pro eorum animabus missam tanquam pro presbytero absolvere tenentur. 8. Singulis mensibus II. Dom. mensis posmeridiem fieri debet devotio ut in commemoratione fidelium defunctorum, item postridie feria II. 9. Singulis quartualibus



congregatio fiet confratrum, in qua tractabitur de rebus confraternitatis bonum concernentibus. 10. Seniores et praepositi confraternitatis singulis annis postridie s. Margaritae eliguntur vel electi confirmantur. Quae statuta omnia per olim Tholibowski eppum de data ut supra confirmata et indulgentiis amplissimis, nempe plenaria pro die ingressus ad dictam confraternitatem et pro die mortis et pro festo ss. Trinit., insuper pro festis s. Casimiri, ss. Philippi et Jacobi, s. Mariae ad Nives, s. Michaelis septem annorum et totidem quadragenarum, insuper assistentibus officiis divinis confratribus in hac eccla et congregationibus, item comitantibus ss. Sacramentum tum in processionibus, tum ad infirmos et opera misericordiae tam spiritualia quam corporalia exercentibus pro quolibet illorum 60 dierum indulgentia cumulavit in perpetuum Alexander Papa VII. d. d. Romae die 5. Junii 1659. Quae indulgentiae per eundem eppum de data ut supra admissae sunt.

Statuta haec (refrigescente cum tempore fervore) non omnia exacte observantur.

Proventus huius confrat. sunt solum ex corbona et aliis elemosynis, qui expenduntur pro missis, pro cera, pro organario etc.

Rationes perceptarum et expensarum reperimus conscriptas ab a. 1732.

Seniores fraternitatis eliguntur quotannis una cum assessoribus in Augusto in sessione publica, in qua de perceptis et expensis calculum reddunt.

Album huius confrat. reperitur circa ecclam ab a. 1659 in seorsivo libro descriptum, in quo etiam continentur acta sessionum.

Promotor illius nullus est specialis, sed Patres Congregationis per turnum ex destinatione praepositi solent illam administrare.

Fundatio pro promotore nulla est, solum pro altarista s. Barbarae, de qua inferius dicitur.

## 18. Status ecclesiae.

Quoad fabricam ab intra est satis decens et elegans, nondum tamen opere consummato. Parietes sunt bene compacti ab intra et nondum satis bene dealbati. Pavimentum est lapidibus quadris et pollitis stratum. Lacunar ex fornice murato bono, qui dealbationem meliorem exspectat. Fenestrae sunt antiquae, vitris diffractis, sed novae praeparantur. Ambona est



de muro solido, opere sculptorio eleganti elaborata et marmore fictitio decorata. Scamna et stalla sunt lignea, bona et bono ordine disposita. Confessionalia sunt quatuor lignea, depicta et sparsim deaurata. Chorus est ligneus depictus cum organo maiori bono. In prima navi e medio tholi pendet effigies lignea Crucifixi.

19. Portae et porticus ad eccliam sunt duae de muro solido, sed ab extra ruinosae, una lateralis, altera a fronte, utraque tamen cum foribus ligneis bonis, ferro obductis et bona serratura clausis.

20. Sacristia a cornu Evangelii maioris altaris sita est de muro solido constructa, satis ampla et decens cum pavimento lateritio bono, cum fornice murato, decenter depicto, sed in aliquibus partibus per antiqua stillicidia vitiato, cum fenestris bonis, vitro et cratibus ferreis munitis, cum armariis et cistis decentibus pro suppellectili ecclesiastica, cum foribus ligneis, ferro obductis et bona serratura clausis.

21. Tectum ecclesiae et sacristiae est de tegulis lateritiis, sed maiori parte ruinosum. Pro novo tamen exstruendo iam sunt materialia praeparata.

22. Turris fronti ecclesiae unita super porticum est antiquo opere, de muro solido constructa, nondum terminata, tegulis lateritiis, sed valde ruinosis cooperta, reparatio tamen inchoatur.

23. Campanile est in ipsa turri, in qua pendent campanae tres, qui dicuntur fuisse consecratae, prima maior in a. 1711, secunda minor in a. 1539, tertia pro agonizantibus minima in a. 1769. Sed de hac consecratione nullo documento authent. constat.

24. Caemeterium est muro solido satis bene circumseptum, ad quod est porta maior et aliae duae minores, cratibus ferreis in vestibulo munitae, sed non omnes foribus clausae. Animalibus tamen in illud non patet aditus. Nundinae et mercatus in illo non solent fieri.

25. Ossorium est parieti adiacens, de muro solido constructum, tegulis lateritiis coopertum, sed ruinosum, et ossibus satis repletum, quorum sepultura brevi instituenda est.

26. Cryptae in ecclesia sunt duae, fornice murato subterraneo clausae, pro sepeliendis mortuis. Item aliquot mausolea de marmore cum epitaphiis prostant in ecclesia.



**Altaria.**

**Altare maius** imaginem Assumpt. BMV. praeferens est ligneum, opere sculptorio eleganti elaboratum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam et consecratam, sed nescitur quando et per quem. Tumulus tamen sacer est hactenus inviolatus. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est.

Huic altari **annexa** est fraternitas litteratorum superius descripta cum erectione ministerii sub titulo Omnipotentis Dei, BMV. et s. Clementis nec non capellaniae dictae fraternitatis per olim Joa. Branecki, offic. Posn., d. d. Posn. die 8. Jan. 1644, quae in originali authent. circa eccliam asservatur.

**Proventus huius altaris.**

Census a summa fl. 800 testamento olim Clementis Czwierda, oppidani Srodcen., legata super bonis villae Potrzonowo dist. Gnesn. act. in iudiciis Cast. Posn. causarum officii fer. II. post. fest. Concept. BMV. 1643 inscriptus ac in erectione expressus. Ad praesens census iste a 5 annis non percipitur, sed vindicatur.

Praeterea pro capellano litteratorum est certa a fratribus eleemosyna annuatim pendi solita pro missis.

**Obligatio altariae** seu capellani est ex erectione: 1. Missas fraternitatis absolvere. 2. Sessionibus fraternitatis interesse et praesidere. 3. Ad album eiusdem aspirantes suscipere ac describere. 4. Singulis septimanis missam Requiem celebrare pro anima defuncti fundatoris et eius consanguineorum. 5. Ex censu supradicto fl. 6 pro hac ecclia pendere intuitu panis, vini et cerae ad sacrificandum. Sed missae Requiem iuxta inferius dicenda reductae sunt ad 19.

**Obligationibus** his rite satisfit.

**Jus collationis** huius ministerii per erectionem attributum est proconsuli et consulibus oppidi Srodka, sed ad praesens Congregatio Oratorii sine ulla praesentatione et institutione tenet hoc altare et Patres per turnum munia eius obeunt et ius patronatus obtinent.

**Altare secundum** a cornu Epistolae situm, imaginem s. Margaritae praeferens, est de muro solido constructum, nondum ex integro finitum. Mensam habet de muro solido cum lapide portatili consecrato integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est.

Altare hoc erectionem et foundationem nullam habet.



Altare tertium et quartum, unum in eadem regione s. Josephi et s. Annae et aliud ex opposito ss. Joa. Bapt. et Evang., nondum sunt exstructa veteribus desolatis, sed locus pro iisdem praeparatus est.

Hoc altare ss. Joa. Bapt. et Evang. erectum est in beneficium eccles. et duo ministeria per olim Joa. Branecki, offic. Posn., die 27. Aug. 1649, cuius erectionis litterae authent. reperiuntur circa ecclam.

Jus patronatus ipsius ex erectione olim spectabat ad proconsulem et consules oppidi Srodka, nunc autem ad Patres Congregationis Oratorii una cum ecclesia translatum est.

#### Proventus huius altaris.

1. Census a summa fl. 800 foundationis olim Rev. Joa. Buszkowski, parochi huius ecclae, in bonis villae Lednagora dist. Gnesn. act. Cast. Posn. fer. III. in vig. natalis s. Joa. Bapt. 1648 inscriptus et deinde in bona villae Kłony translatus, sed actus translationis deest. Census iste aegre, sed tamen percipitur.

2. Census a summa fl. 800 foundationis olim Joa. Borowy in iisdem bonis ut supra et eodem actu inscriptus nec non in eadem bona villae Kłony translatus, qui pariter ut prior percipitur.

3. Census a summa fl. 700 foundationis supradicti Joa. Buszkowski super bonis Sokolniki maius dist. Posn. act. in iudiciis Cast. Posn. causarum Officii fer. II. post Dom. Invocavit 1651 inscriptus. Census iste ad praesens percipitur.

#### Obligationes altaristae ex erectione.

1. Qualibet hebdomada tenetur votivam de Passione Dni cum collecta pro defuncto Joanne sacerdote absolvere et 4 fl. singulis annis ad manus oeconomorum ecclae ex praefato censu dare pro cera, vino etc. Tenetur circa ecclam residere, processionibus et thurificationibus superpelliceatus adesse et parochi in licitis et honestis obedire.

2. Tenetur qualibet hebdomada missam votivam de Imm. Concept. BMV. addita collecta pro eodem Joanne fundatore absolvere. Item alteram missam Requiem pro anima Nob. Barthol. Bilski intuitu fundi et horti per ipsum legati pro altarista. Quam tamen ultimam obligationem Alb. Tholibowski eppus in visitatione huius ecclae a. 1662 die 21. Jan. reduxit ad 12 missas in anno pro anima Barthol. sive Requiem, sive per applicationem.

3. Tenetur qualibet hebdomada missam Requiem pro anima Joa. Borowy absolvere cum collecta Deus veniae largi-



tor et de praefato censu 4 fl. oeconomis dare pro cera, vino etc.

Obligationibus his satisfit iuxta reductionem inferius citandam.

Domus pro altarista cum horto fuit olim inter fundos parochi Srodcen. ab una et Czultoszkow parte ab altera sita testamento olim Barthol. Bilski, incolae Srodcen., disposita act. Advoc. Srodcen. a. 1630 fer. V. post Dom. Invocavit ingrossato et auctoritate Andreae Szoldrski eppi a. 1644 die 11. Maii approbato et confirmato. Fundum hunc totum occupat ad praesens Congregatio Oratorii et Patres per turnum munus altaristae obeunt.

Obligationes hae reductae sunt in Officio auctoritate Apost. delegata a. 1765 die 13. Nov. in hunc modum, ut de Passione Dni 24 votivae in annum celebrentur totidemque missae de Requiem, iam vero de Concept. BMV. 12 votivae in annum celebrentur. Quibus obligationibus ita reductis plene satisfit.

De noviter reperto documento ad idem altare est insuper census a summa fl. 800 foundationis olim Thomae Krupa, civis in Ostrowko, in bonis villae Rokitnica dist. Posn. act. in iudiciis Cast. Posn. fer. II. post Dom. Conductus a. 1654 inscriptus cum obligatione (iuxta reductionem superius citatam) absolvendi quotannis 15 missas pro anima Thomae. Census percipitur et obligationi satisfit.

Altare quintum a cornu Epistolae, imaginem s. Nicolai praeferens, est parvum, angustum, de muro solido constructum, marmore fictitio decoratum. Mensam habet de muro solido cum portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est. Erectionem et foundationem nullam habet.

Altare sextum ex opposito, simile priori per omnia quoad structuram materiale et formalem, imaginem s. Joa. Cantii praeferens, cum mensa murata, sine portatili (quod tamen ad celebrandum adhiberi solet). Tribus mappis etc. Erectionem et foundationem nullam habet.

Altare septimum a cornu Evangelii, proximum maiori altari, imaginem s. Judae Thaddaei praeferens, est de muro solido constructum, dealbatum, sed nondum ex integro adornatum. Mensam habet muratam cum portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis etc. Erectionem et foundationem nullam habet.



28.

**Capellae.**

A cornu Epistolae circa medium templi est capella s. Philippo Nereo dicata, de muro solido in formam elegantem exstructa, fornice murato clausa, lapide quadro strata, probe dealbata, cum fenestris integris, in qua prostat altare effigiem operis exquisiti de gypso sculptam s. Philippi Nerei praeferens, de muro solido constructum, marmore fictitio laevigatum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido cum portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis tegitur etc.

Erectionem et foundationem nullam habet.

Capella secunda ex opposito prioris sita et eidem per omnia similis, continet altare nonum effigiem sculptam s. Barbarae praeferens, quoad structuram materiale et formalem est prorsus simile et correspondens priori. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili etc.

Huic altari annexa est confraternitas superius descripta sub titulo et invocatione BMV., s. Barbarae in suffragium animarum purgatorii et agonizantium. Item eidem altari applicatum est ministerium sub titulo BMV. et s. Barthol. erectum olim per Andr. Swiniarski, offic. Posn., 1. Oct. 1660. Item secundum ministerium erectum per olim Alb. Dobrzelewski, offic. Posn., die 2. Sept. 1661. Item tertium ministerium in dotem fraternitatis s. Barbarae pro suffragio animarum purgatorii erectum per olim Alb. Dobrzelewski die 10. Dec. 1671. Quorum erectionum litterae authent. reperiuntur circa eccliam et ex eis habentur proventus sequentes:

**Proventus huius altaris:**

1. Census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Stanislaw Grudowicz in bonis villae Sławoszewo dist. Caliss. act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Barthol. a. 1654 inscriptus cum obligatione (iuxta superius citatum indultum) reducta absolventi 20 missas in annum pro animabus purgatorii fer. II. in praefata capella, item Nocturnum cum Laudibus defunctorum ex vi confraternitatis fer. II. decantari solitum, tum et sacrum ex turno decantandi. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

2. Census a summa fl. 1000 foundationis olim Barthol. Lambrecht in bonis villae Górszewice dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. III. ante fest. s. Margar. 1661 inscriptus et decreto Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Barthol. a. 1748 adiudicatus cum obligatione (iuxta reductionem superius citatam) absolventi in



annum 4 missas Requiem et quavis fer. II. Nocturnum unum defunctorum cum Laudibus, tum et fer. II. mensis Dom. II. tres Nocturnos cum Laudibus decantandi pro animabus purgatorii. Census iste ad praesens percipitur et obligationibus non ex integro satisfit.

3. Census a summa fl. 2000 foundationis olim Gener. Dorotheae de Zakrzewskie Domiechowska in bonis villarum Gołębino et Jaszkowo dist. Costen. act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Luciae a. 1670 inscriptus cum obligatione (iuxta reductionem superius citatam) absolvendi singulis quartalibus anni unam missam Requiem pro anima Dorotheae et singulis fer. II. tres Nocturnos officii defunctorum et sacrum Requiem decantandi pro anima eadem. Census iste a multis annis non percipitur, obligationi tamen saltem quoad missas satisfit.

Jus collationis primi ministerii per erectionem parochiae Srodzensi pro tempore existenti attributum est, secundi vero ministerii proconsuli et consulibus oppidi Srodka pro oriundis ex eodem oppido presbyteris. Sed ad praesens Congregatio Oratorii haec iura possidet et munus altaristarum obit.

Altaria haec prout et tota ecclia imaginibus sat decenter depictis ornantur, quarum nulla pro gratiosa est recognita auctoritate publica.

29. Neque praebendae neque capellae neque cursus BMV. vel alius fundatus est in hac ecclia.

30. Tabernaculum in maiori altari situm est ligneum, depictum et sparsim deauratum cum simili ciborio sera clauso, intus et ab extra decenter ornato. In quo super corporali mundo reposita est pyxis argentea totaliter deaurata, continens ss. Eucharistiam, cuius species ex farina munda renovari solent bis vel ter in mense et pyxis debite purificari. Prostat in sacristia tabella pro signando die eiusmodi renovationis. Adest et patenula operculo simili clausa pro Eucharistia in bursa e stola pendente ad infirmos deferenda. Quod ut decentius fiat, ordinamus, ut per oppidum deferatur a presbytero superpelliceato sub baldachino cum lucernis portatilibus et cereis accensis, praesertim per fraternitatem litteratorum, quae hoc opus pium habet sibi specialiter commendatum in bulla Pontificis et indulgentiis compensatum.

SS. Eucharistia exponi solet in monstratorio septies in anno. Quod ut decentius fiat, revocamus in memoriam dispositionem Lociordinarii moderni de numero et qualitate cereorum,



et ut facultas in scripto obtineatur in Officio pro eiusmodi expositionibus.

31. *Lampas* ante ss. Sacramentum ardere solet noctu diuque. Pro qua est fundatio ex testamento olim Rev. Mich. Bułakowski Congregationis Oratorii Posn. facto Posnaniae a. 1750 die 15. Martii. Quae summa pro lampade disposita et non specificata in testamento haeret in bonis villae Łowencino una cum aliis summis inferius specificandis.

32. *Fons baptismalis* in medio ecclae parieti adaptatus est de muro solido constructus, marmore fictitio ab extra adornatus, cum operculo simili sera clauso, continens intus lebetem cupreum probe dealbatum, in quo est aqua baptismalis, sed immunda et turbida, quae per linteolum percolanda est, in ultima vigilia Pentecostes benedicta, oleo sacro permixta hoc anno consecrato. Adest et urceolus cum disco stanneus ad baptisandum, et aqua ex capite baptisatorum defluens effunditur in cisternam.

33. *Cisterna* est ad interim prope fontem baptismalem in pavimento ecclae adaptata, sed in ulteriori eiusdem reparatione nova decentior exstrui promittitur cum operculo, quod sera clausum teneri debet.

34. *Olea sacra* asservantur ad interim in armariolo sacristiae sera clauso in vasculo argenteo, tribus loculamentis distincto et litteris designantibus quodlibet oleum. Hoc anno sunt consecrata veteribus combustis. Adest ibidem et aliud vasculum stanneum cum suo operculo pro oleo ad infirmos deferendo. Adest et sal benedictus pro baptisandis.

35. *Claves* a ciborio, ab oleis sacris, a fonte baptismali et a cisterna asservandae sunt in loco secreto solis presbyteris noto.

36. *Libros metrices baptisatorum, copulatorum et mortuorum* reperimus circa ecclam ab a. 1613 conscriptos. Sed multi ex antiquioribus desunt. Et quoniam etc. (reliqua ut pagina 256).

37. *Decreta visitationum anteriorum* nulla reperimus circa ecclam.

38. *Processus et instrumenta publica* per dioecesim transmitti solita aliqua ex recentioribus reperimus simul collecta circa ecclam.

39. *Titulo iurium stolae* nullas depactiones factas fuisse audivimus. Ut tamen omnis earum suspicio amoveatur, commen-



damus Congregationi omnem moderationem hac in parte, ut praesertim pro votivis cantandis non plus exigantur a contuberniis quam tres floreni, ut in funeralibus ratio habeatur paupertatis incolarum, ut circa schaedulas paschales processus recens Lociordinarii moderni superius citatus exacte observetur.

40. Proventus pro ecclae fabrica et aliis necessitatibus nulli dicuntur esse praeter summam aliquam una cum aliis in Łowęcino haerentem inferius citandam ex testamentaria legatione olim Mich. Bułakowski.

41. Legata et debita passiva non habet haec eccla.

42. Corbonae in eccla sunt tres. Prima ecclae sub clavi PP. Congregationis, secunda fraternitatis litteratorum sub clavi seniorum, tertia fraternitatis s. Barbarae sub clavi pariter seniorum eiusdem. In quarum singulis reperti sunt aliquot floreni, qui expendi solent pro cera, vino etc.

43. Rationes perceptarum et expensarum pro eccla reperimus conscriptas ordinatim in tribus libris ab a. 1736 usque ad praesens tempus. Ex ultima calculatione innotuit, quod expensa superaret perceptam.

44. Vitrici seu oeconomi fuerunt quondam in hac eccla. Ad praesens nullos reperimus, sed sub actu visitationis nostrae constituimus famatos Franc. Koperski ex Srodka, Martinum Cugierski, advocatum Ostrovecen., et Jos. Stęszewski ex Zawady, qui praestito coram nobis iuramento super fidelitate ecclae proventus omnes pro eadem, oblationes pias sacculi, corbonae, pensiones a pulsu campanarum (relicta campanatoribus modica parte), funeralia alias pokładne, multas item pecuniarias et alias obventiones pro eccla recipient et in corbonam deponent duplici serratura clausam, una clavi penes praepositum et altera penes dictos vitricos manente. Rationes perceptarum et expensarum pro eccla in libro seorsivo de anno in annum conscribent et calculum semel in anno reddent pro festo s. Margarithae vel infra octavas in praesentia praepositi et proconsulis ac consulis oppidi Srodka, qui eundem calculum subscribent cum quietatione. Vitricorum pariter muneris erit decorem et munditiam ecclae curare, obsequia eidem praestare, praesertim tempore solemnitatum cum sacco per ecclam mendicare. Pro quibus omnibus obsequiis praeter mercedem a Deo magnam nimis (si ad mortem fideliter in hoc munere perseveraverint) post sera sua fata liberi erunt a persolutione funeralium et suffragiorum tanquam pro benefactoribus ecclesiae participes existent.



## 45. Ordo devotionis.

Diebus Dominicis et festis in hac eccla hora 7. dato signo decantatur Matutinum, deinde celebratur primum sacrum, postea decantatur litteratorum missa. Qua finita pia cantica per populum decantantur, deinde fit aspersio, processio et summum sacrum cum concione ad populum. Missa conventualis non fit pro parochianis, quia nulla missalia ab iisdem percipiuntur. A prandiis celebrantur Vesperae aequae ac in pervigiliis festorum et diebus sabbathi.

Cui ordini adiiciendum est, ut catecheses pro rudioribus quolibet die Dominico non impedito solemnitate fiant et parochiani in concionibus alliciantur ad mittendos omnino suos liberos pro doctrina christiana.

46. Ii, quibus cura animarum incumbit, sedulos se ac diligentes praebeant in ea neque nobis innotuit quemquam illorum culpa vel incuria sine sacramentis ex hac vita decessisse.

47. **Fundationes pro missis et anniversariis.**

1. Census a summa fl. 1500 in testamentaria legatione olim Rev. Michaelis Bułakowski pro missis, pro eleemosyna pauperibus, pro necessitatibus ecclae, maxime pro lampade noctu diuque fovenda dispositus et in bonis villae Łowęcino dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. post s. Margar. 1718 inscriptus et contractu resignatorio eorundem bonorum facto act. Cast. Posn. fer. II. in crastino s. Barthol. 1727 recognitus, qui a 16 annis non percipitur et obligationes numeri missarum ignorantur neque adimplentur.

2. Census a s. fl. 2500 foundationis olim Annae Cwierzyna in bonis villae Sokolniki maius et praedii Czyściec dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. III. in crastino natalis s. Joa. Bapt. 1652 inscriptus cum obligatione absolvendi missas 46 in anno pro anima Annae iuxta reductionem per Officium Posn. auctoritate Apost. delegata factam a. 1765 die 13. Nov. Cuius originale authent. exstat circa ecclam. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

5. Census a s. fl. 2000 foundationis Mgf. olim Josaphatae Rokossowska testamentaria eiusdem legatione d. d. Posn. 16. Jun. 1766 recognitus in et super bonis villae Strzałkowo act. Cast. Posn. fer. IV. post fest. ss. Viti et Modesti 1766 inscriptus cum obligatione absolvendi qualibet hebdomada missam unam pro



animabus Adami et Christinae, post sera vero fundatricis fata pro anima eiusdem. Census percipitur et obligationi satisfit.

4. Census a s. fl. 3000 foundationis olim Rev. Adalb. Karpiewicz in bonis totius synagogae Posn. fer. II. ante Hedvigis 1693 inscriptus cum obligatione absolvendi annuatim (iuxta reductionem superius citatam) missae sacrificia 60 pro anima eiusdem fundatoris. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

5. Census a s. fl. 2000 foundationis olim Rev. Simonis Kalecki in et super bonis totius synagogae Posn. act. Cast. Posn. fer. III. pridie festi s. Margar. 1729 ipsimet fundatori et illius consanguineis primitus inscriptus et deinde verbali solum ob subitanam mortem eiusdem transfusione Congregationi Oratorii s. Philippi Nerei Posn. donatus. Ad praesens census iste percipitur et Patres Oratorii 30 missas in anno pro anima Simonis fundatoris et Thomae ipsius fratris absolvunt.

6. Census a summa fl. 400 foundationis olim Rev. Adalb. Karpiewicz in et super domo lignea infidelis Samuelis Haskiel in platea iudaica ad eccliam PP. ordinis Praedicatorum s. Domini sita act. Cast. Posn. fer. II. post festum s. Luciae 1679 inscriptus et chyrographo manuali infidelis Michaelis Pess, eiusdem domus post possessoris, a. 1774 recognitus. Census iste percipitur, qui pro animabus desolatis in sacrificia missae est dispositus, cui obligationi (iuxta reductionem superius citatam) per septem missas quotannis absolvi solitas satisfit.

7. Census a summa fl. 3000 foundationis Mgf. Annae de Koźminskie, pocillatricis Posn., mutuo synagogae Wronecen. data, in et super omnibus bonis eiusdem chyrographo manuali d. d. Posnaniae, die 4. Jan. 1731 dato assecurata. Obligatio pro hoc censu (iuxta reductionem) imposita est absolvendi annuatim pro animabus Adalb. et Annae Kozminskich missas 70. Census iste percipitur et obligationi satisfit. Chyrographum tamen hoc manuale maioris securitatis causa in Cast. Posn. roborari debet.

8. Census a summa fl. 2100 ex variis summis partialibus conflata, et quidem prima fl. 1800 foundationis Rev. Nicolai Kotkiewicz, Congregationis Posn. presbyteri, altera fl. 300 foundationis Rev. Leonardi Skultecki, eiusdem Congreg. presb., act. Cast. Posn. fer. III. post festum ss. Viti et Modesti a. 1730 in et super bonis totius synag. Wronecen. inscriptus et chyrographo manuali eiusdem synag. a. 1731 die 19. Jun. dato recognitus. Obligatio pro hoc censu (iuxta reductionem) disposita est in hunc modum, ut a. 1000 fl. pro anima Nicolai sacerdotis absolvantur quotannis



missae 26, ab 800 fl. autem pro anima eiusdem sacerdotis absolvatur annuatim anniversarium cum missis, a 300 demum fl. absolvantur in annum pro anima Leonardi sacerdotis missae 8. Census iste percipitur et obligationi sic dispositae rite satisfit.

9. Census a summa fl. 2000 foundationis olim Thomae Kalecki, Congreg. presbyteri, super tota synag. Wronecen. act. Cast. Posn. fer. III. post Dom. Invocavit 1736 inscriptus cum obligatione absolvendi in annum 26 missas pro animabus suffragio carentibus et alias 26 missas pro animabus patrum et fratrum dictae Congregationis (iuxta reductionem). Census iste percipitur et obligationi sic reductae satisfit.

10. Census a summa fl. 1000 ex testamentaria legatione olim Joa. Kreps, civis Srodzen., de a. 1737 die 24. Apr. confecta et ad act. Consist. Posn. eodem anno die 4. Maii porrecta cum alia summa 3000 fl. sub eodem actu act. Cast. Posn. fer. VI. post Dom. Jubilate 1732 super tota synagoga Obornicen. inscriptus cum obligatione absolvendi 20 missas in annum pro anima Joannis (iuxta reductionem). Census iste aegre percipitur, obligationi tamen satisfit.

11. Census a summa fl. 2000 ex duabus summis partialibus conflata, prima 1000 fl. foundationis Guilelmi Robertson, archidiac. Posn., cum obligatione absolvendi 12 missas in annum pro anima Stan. Hosii, eppi Posn., et pro anima Guilelmi sacerdotis (iuxta reductionem), altera itidem 1000 fl. testamento olim Mich. Bułakowski, Congreg. huius presbyteri, disposita pro saevo ad lampadem continuo fovendam in hac eccla, et utraque in bonis villae Kłony dist. Pyzdr. act. Cast. Posn. sabb. post fest. ss. Viti et Modesti 1750 inscriptus. Census iste a tribus annis non percipitur, sed speratur et obligationi reductae satisfit.

12. Census a summa fl. 9000 in iisdem bonis villae Kłony et praedio Sokolniki act. Cast. Posn. fer. V. in crastino natalis s. Joa. Bapt. 1761 inscripta, ex variis summis partialibus conflata, nempe p r i m a fl. 1600 ad altare s. Joa. Evang. spectante et ibidem iam superius specificata, de bonis Lednagora translata, s e c u n d a fl. 2000 foundationis tum Gener. Annae Bułakowska, tum Rev. Petri Myszczyński pro lampade continuo fovenda in hac eccla, tum Rev. Matthaei Adamski cum obligatione (iuxta reductionem) absolvendi 26 missas annuatim pro anima eiusdem, de bonis Prusim deportata, tertia fl. 1000 testamento olim Rev. Stan. Rebiszewski pro missis 12 in annum pro anima ipsius absolvendis ex censu disposita, reliquo censu applicato per testa-



tozem pro ornamento capellae s. Barbarae, ex bonis communitatis oppidi Swarzędz deportata, quarta fl. 2000 foundationis olim Rev. Lucae Lubaszewski cum obligatione absolventi duo anniversaria annuatim pro anima ipsius, quinta tum ex variis accidentibus ecclae collecta, tum per Rev. Chrysostomum Sewerynowicz donata cum obligatione quolibet mense absolventi missam pro anima ipsius in capella s. Barbarae, item ibidem missam festo s. Joa. Chrysost., tum ex censibus communitatis superaddita summam totalem fl. 2200 efficiente, sexta fl. 200 ex quibus medietas pro eccla, medietas pro hospitali applicata est, de domo fam. Kostrzycki, oppidani Srodcen., deportata. Census iste a tribus annis non percipitur, obligationibus tamen satisfit. Contractu etiam resignatorio eorundem bonorum act. Cast. Posn. ipso festo s. Petri in Vinculis a. 1764 assecuratus est hic census.

13. Census a summa fl. 4500 in bonis villae Chociszewo act. Cast. Posn. fer. V. ante fest. s. Laurentii 1737 inscripta, ex variis summis partialibus conflata, prima fl. 2000 testamento olim Rev. Stan. Rudnicki, paenit. Cath., disposita pro missis 20 per annum pro anima Stanislai sacerdotis et aliis 20 pro anima Annae famulae absolventis (iuxta reductionem), secunda fl. 1000 per eundem testatorem ad ecclam Wierzenicensem PP. eiusdem Congregat. disposita cum obligatione absolventi quolibet anno 50 missas in ea eccla pro anima eiusdem testatoris, tertia fl. 1500 foundationis olim Rev. Petri Meszczyński, huius Congr. presbyteri, pro mensa eiusdem disposita. Sed Congregatio ex his summis levavit summam fl. 2460 pro extinctione debiti successorum Rev. Reuth, restant ergo in Chociszewo 2040 fl. Deportatio tamen ista sine censu Officii non debebat fieri, proinde summa aequivalens ex massa communitatis detruncanda est et in aliquibus bonis mundis terrestribus locanda, ne mens fundatorum frustretur et obligationibus satisfiat. Census ab hac summa restante in Chociszewo a pluribus annis non percipitur. Pro censu autem a summa deportata obligationibus aliunde Congregatio satisfacere curat. Aliae vero obligationes, pro quibus census ex Chociszewo non percipitur, non adimplentur.

14. Census a summa fl. 3000 foundationis Rev. Antonii Reuth, beneficiati Borcensis in Zdiesz, act. Cast. Posn. fer. IV. post festum SS. OO. 1754 pro locatione in bonis mundis per dictum fundatorem Congregationi Oratorii Posn. reposita et deinde in bonis Długie sive Trzebin act. Cast. Posn. fer. V. post



fest. Assumpt. BMV. 1755 inscripta cum obligatione absolvendi quotannis duo anniversaria cum missis pro animabus Valeriani, Annae et ipsiusmet fundatoris. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

15. Census a summa fl. 1000 foundationis Agnetis Pokorowiczowa, civissae Srodcen., primo act. civil. Srodcen. fer. III. post fest. s. Francisci 1764 in anniversarium unum cum missis pro animabus Stanislai et Agnetis quotannis absolvendum Congregationi per dictam fundatricem transfusus et deinde in bonis Cienin Zaborny dist. Coninen. act. Cast. Posn. fer. III. postridie festi s. Hedvigis a. 1764 inscriptus. Census percipitur et obligationi satisfit.

16. Census a summa fl. 3000 foundationis Rev. Simonis Kalecki, Congreg. Biechovien. presbyteri, in complanatione inter Congregationem Posn. et Biechovien. ratione summarum eiusdem fundatoris in synagoga Lesnen. locatarum in Cast. Posn. die 2. Aug. 1748 agitata expressus et huic Congregationi adiudicatus cum obligatione absolvendi quotannis (iuxta reductionem) missas 60 et duo anniversaria cum missis pro animabus Simonis et Thomae Kaleckich. Census percipitur et obligationi ita reductae satisfit.

17. Census a summa fl. 200 foundationis Rev. Stanislai Grudowicz, pro tunc Congreg. Gostinen. praepositi, ad confraternitatem s. Barbarae in hac eccla super lapidea quondum Joa. Stylski, civis Posn., in platea bedelica inter lapideas fam. Pauli Sochaczewski et Gener. Białęskich vicinaliter sita, act. Consist. Posn. die 25. Aug. 1676 inscriptus cum obligatione absolvendi quotannis (iuxta reductionem) missas 5 pro animabus suffragio carentibus in confraternitate dicta existentibus. Ad praesens huius lapideae possessor est Rochus Bukowicz, civis Posn., qui censum persolvit, et obligationi satisfit.

18. Census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Antonii Bardzki, parochi Zydovien., in bonis villae Niegolewo act. Cast. Posn. fer. V. in vig. s. Matthaei Ap. 1753 inscriptus cum obligatione absolvendi annuatim (iuxta reductionem) missas 26 pro anima sacerdotis. Census a duobus annis non percipitur, sed speratur, obligationi tamen satisfit.

19. Census a summa fl. 715 in bonis villae Oporowo act. Cast. Posn. fer. II. ante fest. s. Margaritae 1645 ex fundatione Rev. Matthaei Kolczynski inscriptus cum obligatione addendi collectam pro anima Matthaei sacerdotis in missa litteratorum



quolibet die Dominico et festo decantanda. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

20. Census a summa fl. 1000 testamento olim Gener. Mariannae Bardzka Congreg. huic disposita et in bonis villae Przecław act. Cast. Posn. fer. V. ante festum s. Michaelis a. 1725 inscriptus cum obligatione absolvendi quotannis (iuxta reductionem) missas 20 pro anima Mariannae fundatricis. Census a tribus annis non percipitur, obligationi tamen satisfit.

21. Census a summa fl. 3000 foundationis Mich. Bułkowski, Congreg. huius praepositi, in bonis villae Rokosowo una cum alia summa fl. 6000 act. Cast. Posn. fer. VI. ante fest. s. Francisci 1749 inscriptus cum obligatione absolvendi annuatim anniversaria tria cum missis, unum pro anima Michaelis sacerdotis, secundum pro animabus suffragio carentibus, tertium pro anima Joannis Strycki. Census iste a duobus annis non percipitur, sed speratur, obligationi tamen satisfit.

22. Census a summa fl. 2000 foundationis olim Rev. Thomae Depii, parochi Nietrzonovien., de bonis oppidi Miłosław a. 1647 levata et in bonis villae Sady in contractu venditorio eiusdem villae act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margar. a. 1700 confecto expressa et recognita. Census iste percipitur et obligatio inferius specificabitur.

23. Census a summa fl. 2500 foundationis Thomae Depii, par. Nietrzonov., in bonis villae Sulecino act. terrest. Posn. fer. II. post Dom. Misericordiae a. 1649 inscriptus. Census iste percipitur et obligatio illi annexa inferius specificabitur.

24. Census a summa fl. 3500 foundationis eiusdem Thomae Depii in bonis oppidi Zerkowo act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Judica a. 1646 inscriptus. Census iste ab aliquot annis non percipitur, sed speratur. Obligatio pro censu ab his tribus ultimis summis (iuxta reductionem) est absolvendi 100 missas in annum et anniversarium cum missis 12 pro anima Thomae Depii sacerdotis. Cui obligationi non ex integro satisfit ob census retentos.

25. Census a summa fl. 300 ex duabus summis partialibus conflata, nempe prima fl. 200 ex massa huius Congregationis et secunda fl. 100 foundationis olim Ludovici Sikorski cum obligatione absolvendi tres missas annuatim in capella s. Barbarae pro animabus suffragio carentibus. Quae summa totalis inscripta est in domo fam. Gotlib Adler, sutoris in Swarzędz, act. civil.



Swarzędzen. die 18. Dec. a. 1772. Census percipitur et obligationi satisfit.

26. Census a summa fl. 200 foundationis olim Thomae Kalecki, Congreg. huius presbyteri, in et super tota synagoga Wronocen. act. Cast. Posn. fer. III. post Dom. Invocavit a. 1736 simul cum alia summa superius specificata pro necessitatibus communitalis inſcriptus. Cēſus iſte percipitur.

27. Census a summa fl. 500 foundationis olim Annae Cwierzina in bonis communitalis oppidi Srodka act. Consist. Posn. a. 1664 die 10. Jan. inſcriptus ſine obligatione et chyrographo manuali eiudem communitalis die 4. Apr. a. 1712 aſſecuratus. Cēſus iſte ab immemorabili non percipitur.

28. Summa fl. 500 teſtamento olim fam. Michaelis Koſmicki, oppidani Srodcen., legata pro anniversario quotannis ex cenſu cum miſſis celebrando pro anima Michaelis, Luciae et Agnetis coram teſtibus confecto et ab iisdem ſignato ac ſigillo oppidano munito. Sed cenſus iſte aeque ac ſuperior dicitur fuiſſe exſtinctus per ordinationem Cels. Theodori Czartoryſki eppi pro hoc oppido menſae Eppaliſ factam d. d. Posn. die 25. Apr. a. 1750, in qua paragrapho 11. leguntur haec verba: Znoſząc ſzkodliwe nader miastoſm teſtamentowe legacye żadnemu mieſzczaninowi żadnych ſumm jako xięgami tak teſtamentem zapisywać na koſcioły y fundacye nie godzi ſię, chyba co z gotowego groſza y dobytku wolno dać y odkazać.

29. Census a summa fl. 2000 foundationis olim Rev. Thomae Jezewicz, Congreg. huius presbyteri, in bonis civitatis Wſchoven. Przyczyna maius et Przyczyna minus ac alijs omnibus ad hanc civitatem ſpectantibus act. Cast. Posn. fer. II. ante feſt. s. Margar. a. 1694 inſcriptus cum obligatione (iuxta reductionem) abſolvendi quotannis miſſas 52 pro anima Thomae ſacerdotis. Cēſus percipitur et obligationi ſatisfit.

30. Census a summa fl. 3000 foundationis olim Pauli Kołaczkowski, canonici Lateranen., in bonis generaliter omnibus Mgf. Joa. de Werbno Rydzyński, castellanidae Landen., praecipue in bonis villae Welna act. Cast. Posn. fer. II. poſt feſt. s. Margar. 1727 Congregationi huic inſcriptus, licet primaeva inſcriptio act. in Cast. Posn. fer. VI. poſt Dom. Jubilate a. 1703 facta per olim Gener. Albertum Rydzynski pro dicta Congreg. continet 5000 fl. Sed a 3000 fl. ſolum cenſus percipitur ad praesens pro menſa communi, quia de alia obligatione non conſtat neque



inscriptio est ad manus; proinde de reliqua summa, ubinam haereat vel quomodo deperierit, inquirendum est.

31. Census a summa fl. 10000 foundationis olim Gener. Stanislai Mielecki in bonis villae Sokołowo dist. Posn. act. Cast. Wschoven. fer. II. post Dom. Conductus a. 1748 inscriptus et decreto condensationis in fundo bonorum villae Sokołowo fer. II. post fest. Imm. Concept. BMV. a. 1765 lato et ad act. Cast. Posn. fer. II post Dom. Oculi a. 1766 porrecto assecuratus cum obligatione absolvendi quotidie missam pro anima Stanislai et quolibet anno anniversarium cum missis et missa cantata pro eodem ac pro animabus suffragio carentibus. Census percipitur et obligationi satisfit.

32. Census a summa fl. 2000 foundationis olim Rev. Petri Myszczyński pro fabrica dispositus et chyrographo manuali olim Gener. Evae de Bronikowskie Hornina, bonorum medietatis villae Cienin Zaborny za Słupcą haeredissae, assecuratus dato Posn. die 5. Oct. 1762 et act. Cast. Posn. fer. II. post fest. Nativ. BMV., die scil. 9. Sept. a. 1776 oblato. Census iste aegre percipitur, sed tamen procuranda est inscriptio huius summae in bonis villae Cienin.

33. Census a summa fl. 300 foundationis olim Barbarae Pańniczka in bonis villae Wierzenica et Kobylnica act. Consist. Posn. die 31. Jul. a. 1668 inscriptus cum obligatione absolvendi quotannis (iuxta reductionem) missas 5 ad altare s. Margar. pro anima Barbarae fundatricis. Summa haec cum aliis deinde summis translata est (prout patebit inferius) in bona villae Kołatka, ex qua census percipitur, et obligationi satisfit.

34. Census a summa fl. 12000 in omnibus bonis haereditariis Mgf. Joa. Nepomuc. Mycielski, capitanei Osnicen., Congregationi huic act. Cast. Posn. fer. III. post festum Nativ. BMV. die scil. 9. Sept. a. 1777 inscriptus, ex variis summis particularebus conflatus, nempe 1) ex summa fl. 5460 in bonis olim Kórnik haerente ex variis censibus communitatis collecta, 2) 1000 fl. foundationis olim Mathiae Biernacki, Congreg. huius presbyteri, pro anniversario annuatim in suffragium animae suae celebrando ex censu disposita, de bonis Kórnik deportata, 3) fl. 3000 foundationis olim Mathiae Balcerkowicz, praepositi Witomyslen., ex iisdem bonis Kórnik deportata cum obligatione unius missae qualibet hebdomada pro anima Mathiae sacerdotis, Adalberti et Reginae parentum, item Reginae materterae et aliorum consanguineorum absolvendae, item quolibet quartuali per annum absol-



vendi anniversarium cum missis lectis et cantata et quotidianum Memento habendi, insuper commendandi post concionem fidelibus animas supradictas, 4) fl. 540 foundationis olim Xaverii Klossowski huic Congreg. ad manus data cum obligatione absolvendi 12 missas annuatim pro animabus suffragio carentibus, item pro animabus Andreae et Reginae et pro eleemosyna quotannis pauperibus danda iuxta obligationem in libro censuum huius ecclae descriptam de a. 1776 die 1. Dec., 5) fl. 1000 foundationis olim Rev. Petri Myszczyński pro hospitali s. Margaritae disposita et ex bonis Kórnik deportata, 6) fl. 500 foundationis eiusdem Myszczyński pro anniversario annuatim celebrando in suffragium animae ipsius disposita et ex bonis Kórnik deportata 7) fl. 500 (foundationis) olim Joa. Zesławski, Congreg. huius presbyt., in bonis Kórnik antea haerente et per eundem Congregationi transfusa in extinctionem debitorum, quibus se Congregationi inoneravit, sed de hac summa adhuc controversia est inter successores Joa. Zesławski. Quae summae omnes partiales in unum collectae efficiunt summam 12000 fl. in bonis Mycielscianis iuxta superius dicta inscriptam. Census ab illa ad praesens percipitur et obligationibus non ex integro satisfit. Sed ne mens fundatorum frustretur, reductio pro illis in Officio impetranda est.

35. Summa fl. 3000 foundationis olim Rev. Mathiae Biernecki de bonis Kórnik per Congregationem levata pro reparatione turris per fundatorem disposita, in manibus praepositi actu haerens.

36. Summa fl. 5000 foundationis olim Petri Myszczyński pro tecto ecclae per ipsum disposita, de bonis Kórnik levata, in manibus praepositi actu haerens.

37. Summa fl. 67540 ex tribus summis partialibus conflata, ex prima fl. 50000 in bonis olim Wierzenica, Kobylnica et Zakrzewo dist. Posn. obligata foundationis olim Rev. Alberti Reuth pro hac Congregatione contractu ab utrimque inito d. d. in Kościan fer. III. ante fest. s. Barthol., die scil. 21. Aug. a. 1708 et ad act. Cast. Posn. oblato fer. V. post Dom. Laetare a. 1768 cum obligatione suscipiendi presbyteros pro exercitiis spiritualibus peragendis pauperes ad hanc Congregationem et fovendi musicam circa ecclam et insuper Memento perpetuum habendi in missae sacrificiis et aliis officiis divinis pro benefactoribus huius Congregationis, ex secunda summa fl. 13540 olim Mgfc Mathiae Kołaczowski, iudici terrestri Posn., medietatis



bonorum supradictorum haeredi, per hanc Congregationem exsoluta contractu obligatorio act. Cast. Posn. a. 1760 fer. VI. post fest. natalis s. Joa. Bapt. facto, ex tertia fl. 4000 olim Gener. Melchiori Bułakowski, cohaeredi dictorum bonorum, per hanc Congregationem exsoluta contractu obligatorio act. Cast. Posn. fer. IV. festo ss. Viti et Modesti a. 1760 facto, summam totalem fl. 67540 efficiente. Sed postquam Mgf. Theodorus Kozminski bona praefata Wierzenica, Kobylnica et Zakrzewo ab haeredibus et successoribus Reuthovianis emit in a. 1768, in contractu resignatorio eorundem bonorum summa haec pro praefata Congregatione recognita est et per eundem novum haereditem inscripta in iisdem bonis act. Cast. Posn. fer. V. post fest. s. Joa. Bapt. a. 1768. Quam summam totalem anno sequenti idem Mgf. Kozminski emundando praedicta bona praefatae Congregationi reddidit, prout docet quietatio officiosa Congregationis facta act. Cast. Posn. fer. II. in crastino natalis s. Joa. Bapt. a. 1769. Ex qua summa locavit Congregatio 50000 fl. in bonis Kołata et Kołatka, pro qua dicta bona Congregationi obligata et invadiata sunt contractu officioso act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margar. a. 1771 facto ad triennium et iisdem actis eodem anno et feria roborato. Reliqua vero summa fl. 17540 una cum alia summa fl. 2460 de bonis Chociszewo levata, hic superius Nr. 13 citata, per complanationem sine consensu Officii factam et consensum super decretum in commissione a statibus Regni designata condictionem nulla praecedente iudicum sententia per dictam Congregationem successoribus Reuthovianis in summum praeiudicium fundatorum persoluta est iuxta transfusionem coram act. Cast. Posn. die 29. Jan. a. 1776 factam. Contra quem actum sapientem alienationem bonorum et foundationum spiritualium stetit decretum in Officio Posn. ad instantiam fiscalis eodem anno die 22. Maii poenas iniungens superioribus dictae Congregationis et onus imponens vindicandi praefatas summas fundationales per ipsos, ut praemissum est, nulliter et improvise transfusas pro re successorum Reuthovianorum. Hactenus tamen nulla vindictio subsecuta est. Sciendum autem Jll. Alb. Reuth, fundatorem summae in bonis Kołatka haerentis, ex illa 6000 fl. disposuisse pro duobus sacerdotibus ad divina obsequia constituendis, 3000 fl. per clericis sese in officiis divinis exercentibus et ad sacra aspirantibus, 3000 autem fl. pro capella musices circa hanc eccliam fovenda iuxta inscriptionem de actu in iudiciis Cast. Posn. causarum Officii fer. II. post fest.



Visit. BMV. a. 1693. Reliquam vero summam ex sua liberalitate superaddidit Congregationi.

Proinde in bonis Kołata et Kołatka habet Congregatio summam fl. 50000, pro qua contractu obligatorio tenet eorundem bonorum possessionem et usumfructum ab a. 1771. Quae bona contractu tenentario locare solet pro censu annuo fl. 2500, ex quibus detruncatur aliquid semper pro reparatione locali. Siquidem autem ex summa primitiva detruncati sunt per supradictam complanationem 20000 fl. pro re successorum Reuthovianorum, proinde obligationibus supra memoratis non ex integro satisfit, pro quibus tamen reductio in Officio obtinenda est.

38. Ex testamentaria legatione Georgii Klimaszewski, organarii huius ecclesiae, disposita est summa pro organo ipsius proprio, quod constabat fl. 500, in censum annuum ad hanc ecclesiam cum obligatione absolventi quolibet anno missas pro anima ipsius. Testamentum hoc confectum est in a. 1694, sed nescitur, ubi summa haec locata fuerit, et obligationi non satisfit.

39. Censu a summa fl. 3000 fundationis olim Francisci Lutoslawski, praepos. Wresnen., in et super bonis totius synagogae Wresnen. act. Cast. Gnesn. fer. II. post Dom. Judica a. 1720 inscriptus cum obligatione absolventi qualibet hebdomada pro anima fundatoris duas missas in hac ecclesia, nempe primam fer. IV. de O.O.S.S., alteram sabb. de Imm. Concept. BMV. Summa haec deinde cum omnibus punctis et clausulis in inscriptione expressis approbata et roborata est act. Cast. Posn. fer. IV. ipsa die Transfigur. Chr. a. 1727 ac super eadem synagoga recognita. De summa ista Congregationi plane non constat, num levata et ubi deinde locata fuerit. De censu pariter non constat et obligationi non satisfit. Censu tamen ex primaeve inscriptione inquirendus est.

40. Censu a summa fl. 1500 in bonis olim Spblis Francisci Hertell, consulis Posn., act. Advoc. Posn. fer. VI. ante fest. Assumpt. BMV., die scil. 13. Aug. a. 1706 inscripta et per Rev. Michaellem Reyser, huius Congreg. presb., act. Consul. Posn. fer. II. ante fest. s. Lucae, die scil. 16. Oct. a. 1713 in rem huius Congregationis transfusa. Censu iste a multis annis non percipitur et dicitur esse deperditus ac obligationes eidem annexae ignorantur.

48. Proventus pro praeposito et Congregatione.

1. Per erectionem huius Congregationis sub No 3 a principio citatam fuit olim in dotem eiusdem attributa villa deserta



Mychowo praestimonialis Capituli Cath. Posn., sed post longum processum, tum in s. Nuntiatura, tum Romae agitatam tandem per sententiam Romanam 12. Apr. 1732 latam haec villa a Congregatione avulsa est et Capitulo Cath. Posn. adjudicata.

2. De villa Urzazowo debetur huic ecclae a cmethonibus decima, prout constat ex Libro beneficiorum de a. 1510, ubi leguntur haec verba: „Cmethones plebano s. Margarithae solvunt decimam“. Quae decima probatur ex actis Consist. Posn. die 5. Febr. a. 1498, item eodem anno die 26. Martii. Item monumentis huius ecclae probatur possessio eiusdem per quietationes manuales in libro antiquo adnotatas usque ad a. 1684, item decreto Consist. Posn. de a. 1663 die ultima Febr. lato pro parte parochi huius ecclae. Sed ab immemorabili haec decima non percipitur, pro qua olim per Congregationem solvebantur fl. 20 annuatim, et nescitur, quo facto possessio illius deperiit.

3. De villa Jasienie solvebatur olim decima manipularis campestris cuiuslibet grani et seminis post agros Nobilium alldiales seu praediales de duobus campis versus oppidum Kostrzyn iacentibus iuxta concordiam act. Nicolai de Sobotha, offic. Posn., factam a. 1461 die 9. Jul. inter parochos in Srodka et in Swarzędz. Ad praesens pro decima solvuntur annuatim per compositionem antiquam fl. 50, qui a duobus annis non percipiuntur, sed sperantur.

4. De villa Sierosław debetur decima manipularis ex agris cmethonalibus, prout constat ex Libro beneficiorum de a. 1510 et ex monumentis huius ecclae in antiquo libro adnotatis quietationibus, quibus probatur possessio huius decimae usque ad a. 1658 inclusive, item decreto Consist. Posn. de a. 1663 die 1. Oct. lato, quo parochus huius ecclae decima adjudicatur, sed nescitur, quo facto haec decima a pluribus annis non percipitur.

Fuerunt olim longe plures census pro hac eccla inscripti in variis domibus oppidanorum in Srodka, in Ostrowko, in Zawady, in Chwalszewo, in Garbary, in civitate Posn., sed domibus per ruinam desolatis census isti decretis tum commissionis Apostol., tum commissionis eppalis, tum Capituli Cath. Posn. extincti dicuntur esse et ad praesens sunt investigabiles.

Quare Congregatio circa hanc ecclam subsistit fere solum ex fundationibus pro missis et anniversariis superius citatis, praesertim ex Kolatka et ex accidentibus ecclesiae.



## 49.           Aedificia Congregationis.

Residentia Patrum est de muro solido constructa, duarum contignationum, continens refectorium, culinam, curitoria duo, cubicula sex, cum atrio et fornice murato, tegulis lateritiis, sed prompta reparatione indigentibus cooperta, pro qua tamen iam sunt tegulae praeparatae.

Hiuc adiacet lateraliter residentia antiqua opere Pruthenico cum tegulis lateritiis olim exstructa, sed summe ruinosa, quae brevi demolienda est.

Ab utroque latere residentiae recentioris exstat domus lignea bina ad Congregationem spectans, utraque scandulis ligneis tecta, sed utraque magna reparatione indigens. In quibus domibus foventur inquilini ad praesens tres, qui solvunt circiter per fl. 30 annuatim.

Stabulum unum ligneum, ruinosum.

Hortus a tergo residentiae pro oleribus et arbustis cum pomario simul continens in latitudine cubitos 150, in longitudine cubitos 237.

50. Aedificia haec ac ipsam ecclesiam Congregatio reparat.

51. In pacifica possessione horum omnium proventuum (ita circumscriptorum, prout retulimus) est Congregatio.

52. Super proventibus ad hanc eccliam parochialem et ad Congregationem spectantibus habentur iura inscriptionum suis locis respectivis citata nec non possessio ac praescriptio plurimorum annorum.

## 53.           Clerus huius ecclesiae.

Praepositus Adm. Rev. Pater Antonius Miliewski, annorum 45, oriundus de oppido Srodka, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Metrop. Gnesn. die 26. Sept. a. 1762. Ad excipiendas confessiones sacramentales officiose approbatus die 19. Jul. 1777 ad decursum trium annorum. Ad hanc praeposituram per Congregationem electus pro triennio iuxta eiusdem statuta.

Praefectus ecclesiae A. R. Pater Nicolaus Bagnowski, annorum 46, oriundus de oppido Srodka, qui litteras suae promotionis... nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla M. Magdal. Posn. die 19. Martii a. 1757. Ad excipiendas confessiones simul cum praeposito sub eodem actu et ad eundem terminum approbatus.



Praeterea ad hanc Congregationem spectant Pater J a c o b u s Wierski et Antonius Kozański presbyteri, manentes in Studzianna a pluribus annis, item Pater Antonius Reuth, parochus in Wierzenica, omnes sub actu visitationis absentes.

In locum horum assumptus est ex Congregatione Gostinensi ad hanc P. Raphael Czerniejewski, annorum 27, oriundus de oppido Gostyn, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Cath. Posn. die 20. Dec. a. 1777. Ad excipiendas confessiones officiose approbatus die 27. Aug. 1778 ad decursum duorum annorum. Qui semper redire potest ad Congregationem Gostinensem.

Praeterea assumptus est ex Congregatione Biechoviensi Ven. Adalbertus Olszewski, oriundus ex dioecesi Płocensi, annorum 39, diaconus, qui praestito iuramento coram act. Consist. Posn. de a. 1778 die 20. Martii de non dese- renda dioecesi Posn. ad quatuor minores ordines, ad subdiaconatum et diaconatum promotus est, prout authent. litteris nobis exhibitis rite probavit. Diaconus ordinatus in eccla Cath. Posn. die 19. Dec. 1778 cum regressu ad Congregationem Biechoviensem.

Omnes isti Patres manent circa hanc residentiam. Pro familia conservant cocum et puerum. Plura alia beneficia non possident praeter P. Bagnowski, qui commendarium agit in eccla paroch. s. Joannis Posn., et P. Reuth, qui parochum agit in eccla Wierzenicensi.

54. Organarius fovetur circa hanc ecclam, vir maturus, pro quo nulla est fundatio, sed salariatur per Congregationem iuxta contractum.

55. Aedituus circa sacristiam pariter nullam habet fundationem, sed per Congregationem salariatur.

56. Rector scholae non est circa ecclesiam neque ulla est pro eo fundatio. Fuit olim domus pro rectore scholae ex opposito faciei ecclae ante portam illius in fundo ecclesiastico sita, per olim Augustinum Rajewicz Mrugas exaedificata, testamento ipsius officiose confecto die 15. Oct. 1705 Congregationi legata, et coram act. Consul. Srodcen. fer. VI. ante Dom. Laetare die scil. 20. Febr. 1704 fundus hic ab eodem resignatus fuit Congregationi, ex quo census percipiebat ab inquilinis, prout quietationes testantur de a. 1720, 21, 22 circa ecclam exstantes. Sed domus haec per militem Moschoviticum desolata



et in reliquo per ipsam Congregationem diruta est. Consulendo tamen commodo oppidanorum commendamus vehementer Congregationi, ut pro rectore scholae domicilium provideat, oppidani autem ex Srodka, Ostrowek et Zawady pensionem congruam pro educatione suorum liberorum, quos rector scholae instruere debet in rudimentis fidei et litterarum, in legendo et scribendo, in ministrando missae sacrificio et in principiis arithmeticae, cum hac tamen praecautione, ut pueri a puellis separatim instruantur.

57. *Obstetrix* in hac parochia est una probe instructa in iis, quae sunt requisita ad baptismum pro casu necessitatis administrandum.

58. De publicis peccatoribus superstitiones exercentibus et scandalose viventibus nihil nobis innotuit in hac parochia.

59.

#### Conventus.

Cum ecclesia (conventus) Religiosorum s. P. Francisci ordinis strictioris observantiae exstat in hac parochia. Reperiuntur Religiosi in eo tam presbyteri quam clerici et laici No. 27. Ecclesiam habent nitide et compte ornatam, confraternitatem nullam habent praeter tertiae regulae s. Francisci ex instituto a summis Pontificibus huic ordini concessam. Indulgentias, quas habent pro sua eccla, invenimus per sedem ordinariam admissas. Reliquias nonnullas nobis exhibitas invenimus pariter authenticas et per sedem ordinariam admissas. Reliquias vero, quae non sunt adhuc in Officio admissae, praesertim eas, quae sunt circa maius altare reliquiariis insertae, antiquitate quidem commendabiles, sed sine ullis litteris authenticis, et eas, quae solum in dioecesi Cracovien. sunt admissae, ad Officium pro recognitione remittimus, ut de earum realitate decernat. Approbationes ad excipiendas confessiones nobis exhibitas vidimus pro tempore moderni superioris regularis officiose concessas. Clausuram religiosam in suo vigore permanentem adinvenimus nullaque praeiudicia fieri ecclae parochiali ex hoc conventu religioso.

Praeter hos nec non Rev. Antonium Wilkanowski, can. Cath. Posn., habitantem in hac Congregatione PP. Oratorii, et Rev. Lux, psalteristam ecclae Cath., habitantem in Srodka, nulli alii reperiuntur presbyteri vel clerici nec moniales in hac parochia.



60. *Supellex huius ecclesiae.*

Ex auro nihil. Ex argento: Monstratorium deauratum, calices deaurati cum patenis 7, vota variae fomae 7, coralliorum funiculi 7 etc. Ex stanno: Crux 1, candelabra maiora 6, minora 12 etc. Ex aurichalco: Candelabra 10, parva 4 etc. Casulae cum requisitis: Albi coloris 22, rubri coloris 15, viridis coloris 6, violacei coloris 5, nigri coloris 8. (Reliqua, quia minoris valoris, omittitur.)

61. *Elenchus librorum bibliothecae Congregationis.*

Conciones: Mathiae Faber, Joa. Maldonati, Florentii, de BMV., Starowolskiego, Berkowskiego, Gutowskiego, Benedicti Piar, Młodzianowskiego, Rychlewicza, Rychłowskiego, Ponіńskiego, Bielickiego, Grabowskiego, Krosnowskiego, Białobrzieskiego, Miskie, Mamczynskiego, Gelarewskiego, Łosiowicza, Bielickiego, Gruszewskiego, Łosickiego. Grylewicza, Liberii, Nepomuceni, Robertsona, Filipowicza, Usorii, Lidonien., Balsam, Granatensis, Cornelii Musci, Granatensis, Hartlunc, Rychłowskiego, Oliwa, Knitel, Murczynskiego. — Auctuarium concionum — Liber Joa. Evanurii — Discursus praedicabiles — Horologium principum — Historia ecclesiastica — Biblia cum concordantiis — Scrutinium in rem theologiae — Epistolae variae — Liber panegyricorum — Controversia Bellarmini — Opera Augustini — Opus Nowarini — Mundus symbolicus — Historia evangelica — Excitator animarum de Barzia — Flos sanctorum — Vita s. Marinae V. — Disputationes metaphysicae — Commentaria Panormitani — Bucerus in 4 evangelia — Bonacinae tomus 2. — De bello Belgico — Tabula Martincana — Historicus germanicus — Calepinus — Codex iustiniani — Opera s. Iustini — Observatio Mysingeri — Liber Tiruquelli — Monotessaron evangelicum — Theologia — Liber panegyricorum — Opus sermonum — Iuris civilis Antonii Contis — Constitutiones civiles — Medicina — Stobei sententiae — Libri constituentes in 4-to — Pius concionator — Concionator Labata — Lux evangelica — Cuda N. P. M. Gostyńskiey — Cnapius — Meditatio Młodzianowskiego — Opera Drexelli — Scena spei — Sententiae Jaruszewski — Discursus Gutowskiego — Liber de politica — Augustinus de civitate Dei — Zywoť św. Jadwigi — Meditacye — Liber de paenitentia — Skarbnica tajemnic boskich — Nauki Karnkowskiego — Theologia Szpalek — Różne materye Polskie — Parenese christianae — Synodus dioecessana —



Commentarium Julii Caesaris — Opera omnia Ciceronis —  
 Controversiae Szczanieckiego — Jureconsultus Zalasowski —  
 Historia i cuda Krzyża św. — Anatomia duchowna — Won-  
 ność Kramskiego — Żywot św. Filipa Neryusza — Theologia  
 Morawskiego — Zwierciadło przykładów — Różne pieśni o N.  
 Pannie — Speculum Gosiewskiego — Mówca polski — Clades  
 Dantiscana — Servus peccati a Brictio — Gubernatio ecclesiae —  
 Commentarium Basilii — Emblemmata moralia — Agenda —  
 Liber gallicus — Liber iuridicus — Liber Granati — Elenchus  
 coelestium motuum — Opus aureum s. Thomae — Portae Nea-  
 politani — Dialectica Aristotelis — Modus catechisandi — De  
 sectione haereticorum — Rationale d. officiorum — Orationes  
 ecclesiae — Liber ordinis Kozmiski — Vita Proszoviani —  
 S. Thomae de BMV. — Libri sententiarum — Justi Lipsii fama —  
 Considerationes a Baul — Cogitationes Kraszewski — Principia  
 Phiae — Corpus iuris civilis — Liber epist. Turcicarum — Instru-  
 ctio Segneri — Liber moralis — Commentaria in Aristotelem —  
 Disputatio de vera ecclesia — Orationes selectae — Conciones  
 in festis — Liber panegyricus — Ars vitae Rychalski — Roz-  
 wiązanie kwestyi — De potestate ecclesiae — Liber gallicus —  
 Civitas Noskowicz — Sententia Lombardi — O słowie bożym —  
 Synopsis novi evangelii — Methodus catechisandi — Confessio  
 fidei — Epistola pastoralis — Confessionale Antonii — Juris-  
 prudentia — Liber digestorum — Aureum decretum Gratiani —  
 Vita s. Pauli Ap. — Mysterium iniquitatis — Constitutiones sy-  
 nodi Węzyk — Caii epistolae — Toleti in logicam — Praecepta  
 a Biernacki — Exequiae Caroli V. — Processus iuridicus a Bo-  
 zantino — Vita Kadłubek — Elogia patriarcharum — Processus  
 iuridicus Zawacki — Synodus Szembek — Progressus religionis  
 Franciscanae — Decreta s. sedis Apost. — Orator sacro civi-  
 lis — Epitheta Joa. Gavissi — Magnalia Deiparae in Zdiesz —  
 Nuda veritas per Szczaniecki — Decretalium Gregorii — Com-  
 pendium theologiae — Justi Lipsii — Disputatio de Imm. Conc. —  
 Libri constituentes in 8-vo — Conciones pro Dominicis — Con-  
 ciones pro toto anno — Theses asceticae s. Ignatii — Speculum  
 zakonności — Speculum exemplorum — Homiliae pro festis —  
 Liber epistolarum — Ordinationes praepositorum generalium —  
 Concilium Tridentinum — Plutarchus de vita Graecorum et Ro-  
 manorum — Julii Caesaris commentarii — Dictionarium concio-  
 natorum — Methodica iuris traditio — Christiani militis tessera —  
 Aphorismi ad medios — De utilitate historiae — Pia opera



s. Agobardi — Theologia... — Resolutiones pastorales — Compendium Bonacinae — Arithmetica — Catechismus historicus — Viator christianus — Prosodia — Modus confessionis — Officium curati — Nucleus catechisticus — Theologia s. Thomae — Alimonia spirit. — Doctrina politica — Chleb duchowny — Conciones quadrages. — Conciones pro Dominicis — Antonii Broick — Silva ad concionatores — Saracenorum historia — Gaspari Everri — Homiliae Radulphi — Instructio confessariorum — De auctoritate SS. — Sermones Dominicales — Homiliae de 7 sacr. — Rok niebieski — Conciones per theologiam — Historia de 3 energumenis — Grazzi de civili conversatione — Paedagogus christianus — Cornelii a Lapide tomi 9 — De ritibus ecclesiae — Toletus — Divi Ambrosii — Liber s. Augustini — Joa. Feri conciones — Jacobi Segers — Elenchus SS. PP. Bernardini... — Jacobi de vitrico — Roselli de sacramentis — Novarini tomi tres — Beccani S. J. theologia — D. Thomae tomi 2 — Liber aeternae vitae — Barradii — Joa. Lorini — Ludovici de Lacerda S. J. — Martini Bonacinae — Grocii iure belli — Monumenta Patrum — Institutiones Joa. Azorii — Spanner tomi 2 — Thobiae Lochner — Trinum perfectum Michaelis — Roberti aurifodina — Silva Hieronymi Loreti — Francisci de Mendoza — Gregorii Nazianzeni — S. Cypriani opera — D. Hilarii — Rychardi in David — Opera B. Clementis P. — Admiranda orbis Navarini — Bibliotheca Tobiae Lohner — Ars catalistica Pistorii — Opera D. Epiphani — Philippi Bosqueri tomi 2 — D. Aurelii Augustini — Flores theologiae — Eusebii Hieronymi — Mansi tomi 3 — Theologia Młodziejowski — Philippi Hartunc — Belarmini Josephi — Josephi Mansi — Aloysii Albrizi — Thesaurus s. rituum — Skarga — Didaci Nizini — Mathiae Fabri tomi 3 — Stellae concionat. Colomati — Hortus Neuser — Antonius Vieira — Pauli Segneri — Pius concionator — Claus libri 3 — Laselve libri 2 — Apparatus concionatorum — Historiae Pexenfelder — August. de civit. Dei — Sermones discipuli — Hieronymi de Lanura — Belarmini in psalmos — Sermones Raulini — Gesta Urbani — Notatio s. Scram Emande — Martini Beccani — Historia Ulenbergi — Tractatus moralis Duns-Scoti — Elucidarium Deiparae Poza — Thyrei Novesii — Commentaria Peltani — Thesaurus divit. coelest. — Corona virginalis — Emblematum Guilelmi — Geometria Vasero — Tractatus divini amoris — Thesaurus Cnapii — Ambona ducha św. — Conciones Vierre — Olympos. sanctitatis Poninski —



Coenae Lutheranorum Artuso — Żydowskie okrucieństwa X. Mojeckiego — Purpura zbawienna Lipiewicza — Ray duszy przez X. Kowalskiego — Męka Pańska X. Wolskiego — Prawdy wieczne Rezygnolla — Biblia in 8-vo — Pauli Manutis — Toleti — Physicorum Aristotelis — Busenbaum — Via ad salutem aeternam — Exemplar vitae spirit. — Rex dolorum — Sokolnicki de conscientia — Ruberi de idololatria — Tractatus de horis canonicis — Fax ascetica — Miracula in SS. Euch. — Rerum a Romanis gestarum — Compendium — Resolutiones pastorales — Concilium Trident. — Theatrum politicum — Flores summarum de Allosa — Catulus Tibiclus — Compendium D. Thomae — Opera Prosperi — Hermbach catechesis — Rotanus theol. moralis — Concilium Nicaenum — Pretiosa mors SS. Morawski — Considerationes christianae — Didaci stellae — Theatrum naturae Bodino — Fraus mundi periculosa — Irenaeus contra haereses — Concordantia.

62.

### **Hospitale s. Margarithae.**

Fundatum olim per famatos Andream Guszynski et Gregorium Kwapidura, cives oppidi Srodka, qui coram officio consul. Srodcen. fer. V. post festum s. Stanislai E. a. 1596 domum ligneam circa hanc ecclesiam in acie penes viam ad Główna prope scholam eiusdem ecclae vicinaliter sitam et agrum certum in fundo Srodcen. iacentem in foundationem huius hospitalis officiose donaverunt, quam donationem et foundationem olim Lucas a Kościelec, eppus Posn., approbavit et confirmavit fer. IV. ante fest. Convers. s. Pauli a. 1597 per privilegium suum authent. in pergameno descriptum, quod exstat in archivo huius oppidi. Deinde Joa. Tharnowski, eppus Posn., erectionem huius hospitalis confecit d. d. Posn. die 26. Jun. a. 1600 et alteristam altaris Transfigur. Chr. in hac eccla constituit committendo ipsi administrationem in spiritualibus tantum huius hospitalis, in temporalibus vero proconsuli et consulibus oppidi Srodka, per quos oeconomi huius hospitalis de anno in annum eligendi sunt, et hanc altariam in beneficium ecclesiasticum erexit. Quae omnia documenta approbationis, erectionis et fundationum ingrossata sunt act. Consist. Posn. die 8. Oct. a. 1601.

Jus collationis altaristae seu praepositi hospitalis per erectionem attributum est Officiali gener. Posn., sed ab immemorabili tempore neque altare hoc exstat in hac eccla



neque altarista neque fundatio pro eo, quae iniuria temporum dicitur fuisse deperdita, quae tamen ex erectione fuit sequens:

Proventus altaristae seu praepositi hospitalis.

1. Census a summa fl. 100 in domo propria olim Uszynskich in foro Srodcen. inter domos Georgii Kwapidura ex una et Elisab. Panoszyna ex altera parte sita act. Advoc. Srodcen. Sabb. post festum ss. Petri et Pauli a. 1600 inscriptus pro altarista ac in erectione expressus. Census iste ab immemorabili non percipitur et est investigabilis.

2. In hospitali ipso aedificatum erat hipocaustum cum atrio scorsivum pro altarista per eundem Andream Uszynski fundatorem pro residentia altaristae.

3. Item altarista per erectionem particeps esse debet omnium eleemosynarum, quae pauperibus contribuuntur, et usum apparatus ecclesiae liberum, panis, vini, cereorum habere debet iuxta erectionem neque a praeposito ecclae in administratione hospitalis impediri.

Obligationes altaristae.

1. Duae missae in hebdomada ad altare Transfigur. absolvere tenetur per erectionem, unam fer. III. de s. Anna cum commemoratione pro benefactoribus, alteram fer. VI. de Passione cum similibus commemorationibus et ultima pro vivis et defunctis.

2. Curam animarum pauperum hospitalis cum administratione iisdem sacramentorum gerere debet, ab omni iurisdictione parochi exemptus, processionibus tamen et thurificationibus in ecclesia adesse tenetur.

Obligationibus his non satisfit ob defectum altaristae.

Proventus hospitalis.

1. Ex recentioribus census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Petri Myszczyński in bonis omnibus haereditariis Mgfc. Joa. Nepom. Mycielski, capit. Osnicen., inscriptus pro hospitali act. Cast. Posn. fer. III. post fest. Nativ. BMV. die scil. 9. Sept. a. 1777. Census iste percipitur.

2. Census a summa fl. 100 pro hospitali disposita, de domo Kostrzycki, oppidani Srodcen., una cum alia simili summa pro ecclesia deportata et in bona villae Klony cum aliis summis translata ac inscripta act. Cast. Posn. fer. V. in crastino natalis s. Joa. Bapt. a. 1761. Census iste a tribus annis non percipitur, sed speratur.



3. Eleemosyna pauperibus quotannis tribuenda ex censu a summa fl. 1500 in bonis villae Łowęcino dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margar. a. 1718 inscripta pro missis, pro pauperibus et pro necessitatibus ecclae, prout dictum est inter fundationes pro missis No. 1. Census iste a 16 annis non percipitur.

4. Census a summa fl. 100 in domo olim Sebast. Kostrzycki, deinde Agnetis Kośmicka viduae inscriptus pro hospitali act. Advoc. Srodcen. die 31. Oct. a. 1772. Census iste non percipitur.

5. Census ad praesens fl. 150 a summa capitali fl. 3000 in bonis Radzewo haerens testamentaria legatione olim Andreae Szoldrski eppi pro hoc hospitali dispositus iuxta ordinationem in Capitulo gener. Cath. s. Martini Posn. celebrato factam de a. 1650 in hunc modum, ut una pars census annui cedat pro victualibus pauperum, altera pro operimentis eorundem et pro reparatione hospitalis fl. 10. Census iste percipitur.

6. Census a summa fl. 300 foundationis olim Valentini praepositi huius hospitalis, pro reparatione eiusdem ac domunculae praepi per se exaedificatae dispositus, in domo lapidea Laur. Sterski, civis Posn., in platea Vratislav. sita inscriptus act. Consist. Posn. die 19. Dec. a. 1612. Census iste cum desolatione lapideae deperditus est.

7. Census a summa fl. 100 pro horto huius hospitalis per oeconomos dividendo Laurentio Kmiola, qui in eodem horto censum hospitali inscripsit act. Consist. Posn. a. 1658 die sabb. 5. Maii, inter domos et hortos Laur. Cypryski ex una et Joa. Szczesnowicz, oppidanorum Srodcen., in platea s. Joannis ex altera parte sito. Census iste non percipitur.

8. Census a summa fl. 100 foundationis olim Joa. Słodzinski in domo lapidea Christophori Arnold, civis Posn., in platea bedelica in acie sita coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. ante Dom. ss. Trinit. a. 1615 inscriptus pro necessitatibus huius hospitalis. Census iste ad praesens est investigabilis.

9. Census a summa fl. 100 in lapidea domo olim Andr. Warszawczyk, civis Posn., inter lapideas Stan. Cichy et Simonis Kurdaszewicz, civium Posn., in platea sutorum sita a. 1623 inscriptus. Census iste non percipitur.

10. Census a summa fl. 50 testamento olim Joa. Kędziora, pileatoris civis Srodcen., pro hoc hospitali dispositus et act.



Advoc. Srodcen. fer. IV. ante fest. s. Hedvigis a. 1610 inscriptus. Census iste est investigabilis.

11. Census a summa fl. 10 testamento olim Barthol. Przywarty pro praeposito huius hospitalis dispositus et super domo Pauli Zarychta, oppidani Srodcen., act. civil. Srodcen. fer. III. ante Dom. Rogationum a. 1602 inscriptus. Census iste ad praesens est investigabilis.

12. Census a summa fl. 100 in domo olim Lucae Broda in Nowa Grobla sita act. Administr. in spirit. eppatus Posn. die 15. Dec. a. 1610 pro hoc hospitali inscriptus. Census iste est investigabilis.

13. Census a summa fl. 40 in domo olim Thomae Myczkarz post montem Summi Posn. die 4. Junii a. 1614, sed nescitur quibus actis, inscriptus, qui ad praesens est investigabilis.

**Agri hospitalis,**  
quorum dimensio sub actu visitationis nostrae facta est in hunc modum: Nay przod roli Bdziurzyniec nazwaney, jak okop stary okazuje, od drogi bitey Swarzędzkiej jest wzdłuż prętów 83. Od Swarzędza czyli w końcu tej roli rachując z błotami y krzewiną jest prętów 27. Od granicy Głównickiej wzdłuż jest prętów 105. Od miasta Poznania poprzeg jest prętów 30. Tej roli część jedna jest użyteczna, reszta zaś krzaki tylko y błota w sobie zawiera. Są także y łączki, z których zebrać można siana na parę bydła wozów ośm.

Powtore druga rola czyli płoska szpitalna leży przy Łącznym Młynie, graniczy z łąką nazwaną łączną y rolami Srodeckimi, zawiera w sobie wzdłuż prętów 18, wszerek prętów 58. Znajdują się w niej krzaki y błota ciągnące się niziną, z których zbiera się corocznie siana woz jeden dobry.

Pręt ten każdy zawiera w sobie łokci 8.

Agros hos solebant tenutarii contractu arendatario possidere ab antiquo et censum ex iis annuum hospitali solvere fl. 45. Sed ab actu visitationis nostrae elevatus est iste census ad fl. 76.

Praeterea est hortus hospitali adiacens in latum cubitorum 136, in longum cubitorum 112, quem ipsi pauperes pro se colunt et olera inter se dividunt.

Domus hospitalis est lignea, summe ruinosa et prompta reparatione indigens, praesertim in tecto de scandulis ligneis et in trabibus, unius hipocausti et duarum camerarum, in qua reperiuntur ad praesens pauperes 5, nempe feminae 4 et unus vir.



**O e c o n o m o s** hospitalis nullos reperimus, licet ab antiquo fuerint et per erectionem semper debeant esse ad electionem magistratus Srodcen. Proinde sub actu visitat. nostrae ab eodem electos constituimus proconsulem et advocatum oppidi Srodka pro tempore existentes iuxta praescriptum erectionis, quae in originali exstat circa eccliam. Quorum muneris erit: proventus omnes hospitales hic superius descriptos in cistam communem recipere duplici diversa serratura clausam, una clavi penes praepositum et altera penes dictos oeconomos manente, pauperibus necessaria statis temporibus ex cista providere, reparationem hospitalis urgere et eidem invigilare, pecuniam pro incorporatione ad hospitale in eandem cistam deponere pro communi pauperum utilitate convertendam, supellectilem post demortuos pauperes derelictam non consanguineis nec sibi nec cuiquam alteri tradere, sed inter superstites pauperes dividere cum obligatione orationum pro defunctis, cistam etiam, quae ante hospitale prostat, sub simili duplici clausura tenere et administrare, non vero ad libitum pauperum aperiendam relinquere, denique rationes perceptarum et expensarum huius hospitalis in seorsivo libro describere et calculum ex iis quotannis reddere in praesentia praepositi nec non proconsulis et advocati huius oppidi, qui eundem calculum verificatum subscribent et oeconomos quietabunt.

**R a t i o n e s** perceptarum et expensarum huius hospitalis non reperimus ullas, sed ut in posterum teneantur iuxta ordinationem superiorem, vehementer commendamus.

**I n v e n t a r i u m** locale huius hospitalis nullum est neque ullum fuit ab antiquo.

### **Decretum reformationis**

pro ecclesia s. Margaritae in oppido Srodka.

Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo (dicit Dominus), ibi sum in medio eorum (Matth. 18). Promissionem hanc Servatoris nostri sibi potiori iure vindicare debet haec Congregatio s. Philippi Nerei, cuius praecordia zelo animarum succensa amor divinus inhabitans et in filios diffusus adeo dilataverat, ut de iis ad hanc eccliam parochial. congregatis memorabile sit testimonium Joa. Joachimi Tarlo, eppi Posn., in scripto prolatum d. d. Posn. die 11. Oct. a. 1726, ubi inter alia dicit: »Congregationem Oratorii s. Philippi Nerei Posn. ad hanc eccliam sitam continere personas novem, ex quibus sunt presby-



teri sex, clericus unus, laici duo. In iisdem viros probos, in s. Theologia speculativa ac morali ac philosophia et in aliis artibus doctos esse et religiose vivere. Quotidie divinum officium per turnum absolvere, inter quos sunt nonnulli eximii concionatores, imo praeter ecclesiam suam in aliis ecclesiis paroch. variarum dioecesum vocati ad missiones concionibus, catechismis, audiendis confessionibus operam dantes. Capitula ac sessiones iuxta tempora praescripta per eos celebrantur, in quibus de bono communi, ordine, statu, regimine Congregationis ac servanda disciplina spirituali tractatur. Recollectiones singulis annis, meditationes quotidie, mane et vespere, ac alia spiritualia exercitia iuxta institutum sanctum peraguntur nec non et alii clerici saeculares ad sacros ordines aspirantes recollectionibus, instructionibus et ceremoniis ecclesiasticis apud eosdem Patres saepe numero instruuntur, in quibus varia dubia et alias doctrinas iidem Patres inter se habere solent“.

Hactenus memoratum testimonium. Ut autem hodierna Congregatio maiorum suorum gloriam et exemplum aemuletur, praeter illam sollicitudinem, quam in reparatione et ornamento suae ecclae ponit egregiam ad praesens, etiam pro augendo confratrum numero maxime adlaborare debet, cum iuxta Apostolum Nos templum Dei simus. Quapropter omnes alumnos huius Congregationis alibi commorantes revocare curet annuendo sociis, ut veniant et adiuvent (Luc. 5) in cura animarum huius parochiae. Praecipue autem revocandus est P. Reuth ex parochia Wierzenicensi, cum non sit suae vocationis parochum agere, sed in Congregatione Deo famulari et saluti animarum prodesse. Ex simili ratione P. Bagnowski officio commendarii in aliena eccla s. Joannis renuntiet, sed potius curet sua templa sacerdos.

Summas omnes sive pro obligationibus sive pro Congregatione vel eccla vel alias quomodolibet inscriptas, quae nondum sunt approbatae in Officio, omnino approbandas ibidem commendamus, prout et testamenta omnia Patrum, ne sint clandestina (prout hactenus fiebat), sed officiosa, ut per hoc multis molestiis et vexationibus ex parte successorum liberetur Congregatio.

Quoniam vero sua propria auctoritate levaverat nonnullas summas, id ne in posterum audeat facere Congregatio sine consensu Officii, serio inhibendum duximus, praesertim cum maiores sui eiusmodi consensum semper expetierint.



Siquidem autem praegravata est Congregatio obligationibus missarum et anniversariorum, ut exiguus adeo numerus sacerdotum vix par sit eis adimplendis, proinde pro earum reductione (ad proportionem modernorum censuum) recursus habendus est ad Officium neque propria auctoritate eiusmodi reductiones sunt faciendae.

Catecheses et doctrinae spirituales pro iuventute ac rudioribus, ut quolibet die Dominico fiant festo solemnibus non impedito, ordinamus iuxta institutum Congregationis.

Quia vero circa hanc eccliam nullam reperimus ex antiquioribus visitationibus, unde lumen aliquod de dote eiusdem capi possit, et ex ea ratione labor noster in perquirendis documentis non modice auctus est, proinde ad facilitandum successoribus nostris simile negotium et pro commodo ac pleniori notitia ipsius Congregationis ordinamus, ut haec nostra visitatio a capite ad calcem quolibet anno capitulariter relegatur et extractum illius inter monumenta eccliae asservetur.

In vindicandis iuribus suae eccliae strenuam se ac diligentem probet Congregatio, praesertim in vindicanda decima ex Uzarzowo, ex Sierosław et censu debito ex oppido Srodka, prout hic superius suis locis respectivis adnotavimus. Et siquidem Gener. Alb. Rydzynski inscripsit Congregationi huic summam 5000 fl. in bonis suis generaliter omnibus act. Cast. Posn. fer. VI. post Dom. Jubilate 1703, iam autem apud successores Rydzynscianos in Welna haerent ad praesens solum 3000 fl. pro hac Congregatione, proinde omnino investigandum est, quomodonam duo millia ex capitali primitiva summa depierint.

Meminerit etiam Congregatio quartam partem funeralium a Religiosis in hac parochia degentibus pro sua ecclia exigere, quotiescunque funus aliquod sive sepultura saecularium fit in illorum ecclia, iuxta decretum Conc. Trid. sess. 25. cap. 13. de reformatione.

Fraternitas litteratorum ut maiori oppidanorum concursu suas devotiones peragat, vehementer commendamus, ex quibus benedictio divina in oppida redundat. Utraque autem fraternitas tam litteratorum quam s. Barbarae ferventior sit oportet in suis statutis observandis, in sessionibus quotannis celebrandis et calculo ibidem per seniores indispensabiliter praestando, ne per longam eiusdem dilationem residuitates summarum apud seniores depereant. •



Reparationem hospitalis promptam commendamus tam Congregationi quam magistratui. Et siquidem cura animarum pauperum hospitalis incumbit praeposito, proinde dabit operam, ut pauperes in hospitali habeant praescriptum ordinem diurnum cum precibus certis matutinis, meridianis et vespertinis pro fundatoribus ac benefactoribus, ut cantica pia et rosarium quotidie decantent, ut obsequia ecclae praestent emundando illam ac everrendo statutis temporibus, ut sacramenta frequentent, ut iurgiis peierationibus, contentionibus, iuramentis et computationibus non sint dediti, ut vitam otiosam non agant, sed mortem sanctam meditentur et praeparent. Hortulus hospitali adiacens totus in usus pauperum converti debet, non autem in emolumentum Congregationis. Ea denique omnia exacte observanda sunt, quae circa munus oeconomorum hospitalis superius praescripsimus.

Speramus autem cum reparatione ecclae, quae inchoatur actu, ea omnia seriae executioni danda, quae sparsim suis locis respectivis hac nostra visitatione adnotavimus, praesertim titulo: Ossorium, reliquiae, tabernaculum, circa Eucharistiam ad infirmos deferendam, titulo: Cisterna, libri metrices, vitrici, ordo devotionis, rector scholae etc.

Supra modum autem commendamus omnibus huius Congregationis Patribus, ut vitam sua vocatione dignam agant, ferventem, sobriam et laboriosam pro animarum salute procuranda iuxta zelum sui sancti fundatoris, ut libros statui suo convenientes legant, praesertim s. Scripturam, theol. dogm. et moral., ius canonicum, historiam eccl. et criticam nec non praedicatores unctione divina commendatos. Quam unctionem omnibus huius Congregationis alumni ex animo vovemus cum vita longa, sancta meritisque plena ac finali perseverantia coniuncta, et ad praemissa omnia exequenda copiosam benedictionem divinam precamur, nostram plenissimo corde impertimur cum expostulatione orationum opportunarum fragilitati nostrae.

Finita 19. Junii.



## Visitatio

### **ecclesiae parochialis s. Joannis Hierosymitani**

extra muros Posnanienses sitae a. 1779 die  
20. Junii expedita.

1. Visitationes anteriores huius ecclae habentur quatuor:  
1) Excerptum ex visit. Gasp. Hap de a. 1611, 2) Visit. Nicolai  
Zalaszowski de a. 1695, 3) Francisci Libowicz de a. 1727 et  
4) Jll. Kierski, suffrag. et offic. Posn., de a. 1737.

2. Ecclesia haec est de muro solido tota constructa, formae  
antiquae, in figuram ovalem, amplitudinis exiguae.

3. De primaeva erectione huius ecclae nihil certi  
habetur, solum constat ex Dlugossio et Cromero, historiographis  
regni Poloniae, quod eccla haec circa a. 1202 cum quodam hospi-  
tali pro pauperibus infirmis per Vladislaum, Ottonis Maioris  
Poloniae filium, militibus Theutonici ordinis in curam data sit.  
Deinde ante a. 1218 ab Andrea Radovano et Benedicto IV.,  
eppis Posn., cum duce Mescone et Reinholdo II., pariter eppo  
Posn., dotata est haec eccla et equitibus ordinis Melitensis cum  
hospitali attributa cum erectione commendae per Paulum eppum  
Posn. et confirmatione ipsius per Innocentium III. Pontif. sub  
ratihabitione Eminentiss. fratris Philiberti Naillaco, sacrae domus  
hospitalis s. Joa. Hierosolymitani magistri, per litteras suas  
authent. ad priorem Bohemiae ordinis Melitensis datas Con-  
stantiae die 3. Sept. a. 1417 et ex bullario magistrorum dicti  
ordinis extractas et extraditas per Eminent. Joa. Paulum Laskaris,  
castell. supremum ordinis equitum Melitensium magistrum, d. d.  
Melitae die 16. Dec. a. 1649. Quae omnia documenta et privi-  
legia sunt ingrossata act. Cast. Posn. fer. III. post Dom. Jubilate  
a. 1668. Ex quibus liquet, quod commendator pro tempore  
existens praebendarius canonicus Cath. Posn. simul et plebanus  
huius ecclae paroch. per praedictum Andream eppum sit consti-  
tutus cum ea obligatione, ut vicarium unum eppo Posn., qui in  
eccla Cath. deserviat, praesentare tenetur et sustentare. Funda-



tiones istae et donationes longe ante factae et confirmatae sunt eidem hospitali pro sustentatione infirmorum et peregrinorum per clarae memoriae duces Poloniae, videlicet per Mesconem a. 1187, per Vladislaum annis 1225, 1232, 1237, per Boleslaum cum Praemislao fratre a. 1256 et 1268, prout constat ex decreto Nuntiaturae Apost. de a. 1680 die 12. Jun. lato Varsaviae.

4. Jus collationis huius ecclae et penes Revmum equitem ordinis Melitensis commendatorem Posn., qui pro tempore existens (siquidem per erectionem ipse plebanus huius ecclae est constitutus) vicarium seu presbyterum pro administratione huius ecclae praesentare consuevit sub tituli praepositi.

5. Consecratam fuisse hanc ecclam probant signa visibilia in parietibus et dies anniversaria dedicationis, quae celebrari solet Dom. I. post fest. s. Michaelis.

6. Fundata est primitus sub titulo s. Michaelis Arch., sed postquam sub administrationem equitum ordinis Melitensis devoluta est, ab illo tempore gaudet titulo s. Joannis Hierosolym. et s. Joa. Bapt.

7. Parochiae ei limitrophae sunt prima oppidi Srodka, Ostrowek et Zawady, secunda Kicinensis, tertia Splaviensis.

8. Est matrix et nulli ecclae unita.

9. Curae animarum ipsius subsunt villae Zegrze et Rataie magistr. Posn., Chartowo villa praestimonialis, Głowna villa Eppalis, villa s. Joannis, praedium noviter exstructum ad villam Głowna spectans versus oppidum Swarzędz, praedium Obrzycko nuncupatum, in quo sunt duo colonistae, spectans ad conventum PP. Carmelitarum Corporis Chr. Praeterea molendina aquatica quinque: 1) s. Joannis vulgo Kommenderski, 2) Głowiński, 3) Nadolnik, 4) Łączny, 5) Olszak.

10. Personae ad communionem paschalem in hac parochia reperiuntur:

viri adulti = 265

mulieres adultae = 233

Quae omnes personae huic obligationi hoc anno satisfecerunt et quolibet anno solent satisfacere.

Impuberes masculi sunt = 49

puellae = 30

11. Dissidentes a religione reperiuntur solum duo in hac parochia, servitiis ad annum addicti.

12. Judaeorum nullus est.



13. Parochia haec extenditur in longum et latum ad dimidium circiter milliare.
14. Cura animarum ipsius est penes parochum loci et eius commendarium.
15. Confraternitates non sunt ullae.
16. Reliquiae habentur de ligno s. Crucis in theca argentea inclusae, sigillo munitae et suis authent. litteris d. d. Romae 26. Apr. 1721 ac in Officio Posn. admissae a. 1724 die 6. Maii. Praeter has habentur aliae reliquiae ad altare Decollat. s. Joannis in capite eiusdem portatili antiquitate commendabiles, sed nullis sigillis et nullis litteris authent. munitae. Item reliquiae ad altare s. Crucis in arcula quadrata lignea depicta, sed pariter sine sigillis et sine litteris auth., proinde venerationi publicae non debent exponi, donec Officium de earum realitate decernat.
17. Indulgentiae altaris privilegiati pro defunctis habentur applicatae altari s. Crucis perpetuis temporibus concessae et auctoritate ordinaria admissae.

Praeter has habentur indulgentiae plenariae pro vivis ad idem altare pro festis Invent. et Exalt. s. Crucis a s. Sede concessae et auctoritate ordinaria admissae.

18. Status ecclae quoad fabricam est satis bonus. Parietes sunt bene compacti et probe dealbati, sed pulvere obsiti. Pavimentum in maiori choro est de lapide secto, in minori autem latere cocto stratum satis bonum. Lacunar est testudine murata clausum bonum. Ambona est lignea vetus. Scamna sunt lignea bona et bene ordinata. Confessionalia duo lignea satis bona. Fenestrae bonae vitro et cratibus ferreis munitae. Januae ad ecclam sunt duae cum foribus ligneis bonis et bona serratura clausis. Chorus est ligneus bonus organo maiori satis bono instructus.

19. Sacristia est a cornu Evang. maioris altaris sita, de muro solido constructa cum pavimento lateritio, fornice murato clausa, cum fenestra vitro et crate ferrea munita, cum foribus ferreis bonis et bona serratura clausis, cum armariis, cistis et mensa lignea pro suppellectili eccles.

Reconditorium in capella s. Crucis a latere sinistro est de muro solido constructum, tegulis lateritiis coopertum, fornice murato ab intra clausum, cum pavimento lateritio, cum fenestra una vitro et crate ferrea munita, cum foribus ferreis bona serratura clausis.



20. Portae et porticus sunt duae, una lateralis, altera a fronte noviter exstructa de muro solido, utraque cum foribus ligneis bonis et bona serratura clausis.
21. Tectum ecclesiae est ex tegulis lateritiis in aliquibus locis reparatione indigentibus.
22. Turris parva ad orientem ecclesiae iuncta, est de muro solido constructa, tegulis lateritiis cooperta, in statu mediocri, in qua pendent campanae tres magnitudinis mediocris, de quarum consecratione nullo documento authent. constat. Praeter hanc eminet alia turricula murata a fronte ecclesiae cum campana minori, de cuius pariter consecratione non constat.
23. Caemeterium est asseribus non pridem circumductum, cum tribus portis, sed duae non clauduntur, ita ut animalibus in illud possit patere aditus. Nundinae et mercatus in illo non solent fieri.
24. Ossorium in porticu ecclesiae in specu murata subterranea est noviter adaptatum. Sepultura tamen ossium brevi instituenda est.
25. Cryptae subterraneae muratae sunt duae et tertia parva.
26. Reparatio ecclesiae pertinet ad Rev. collatorem equitem ordinis Melitensis.

27.

**Altaria.**

Primum altare maius imaginem s. Joa. Bapt. praefrens est ligneum vetus, sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam et consecratam per olim Alb. Tholibowski eppum a. 1658 die 8. Maii, cuius tumulus sacer adhuc est inviolatus. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est ad sacrificium missae decenter celebrandum.

Ad hoc altare est fundatio census a summa fl. 1000 per olim Rev. Nicolaum Korytowski in et super bonis villae Garby dist. Posn. locata et per Gener. Albertum Modręski, eorundem bonorum haeredem, in iudiciis Cast. Posn. fer. II. ante fest. s. Margar. a. 1640 inscripta, cuius erectio facta est per Joa. Branecki, offic. Posn., d. d. Posn. die 8. Jan. a. 1644 cum obligatione absolvendi qualibet hebdomada missam Requiem pro anima fundatoris ad dictum altare, cui missae pauperes hospitalis interesse tenentur et ex censu supra dicto per unum et dimidium grossum singuli participare debent. Census iste percipitur et obligationi satisfit.



Secundum altare a cornu Evang. maioris altaris situm, imaginem Decollat. s. Joa. Bapt. praeferens, est ligneum, veteris structurae et picturae. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis etc. Foundationem et erectionem nullam habet.

Tertium altare in capella eiusdem regionis situm, effigiem sculptam BMV. infantulum Jesum portantis praeferens, est antiquae figurae et structurae, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam, quae fuit olim consecrata, sed nunc propter lapidem in medio disruptum adhibetur ad celebrandum portatile consecratum. Tribus mappis etc. Foundationem et erectionem nullam habet.

Quartum altare in eadem regione ad columnam situm, imaginem s. Michaelis praeferens, est ligneum, vetustum, exiguum, picturae antiquae. Mensam habet muratam non consecratam et sine lapide portatili, quia ibi non solet celebrari missa. Tribus mappis sat mundis tegitur. Foundationem et erectionem nullam habet.

Quintum altare a cornu Epistolae maioris altaris situm, imaginem BMV. Dolorosae praeferens, est ligneum vetus, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis sat mundis tegitur... Foundationem et erectionem nullam habet.

28.

### Capella.

A cornu Epistolae maioris altaris meridiem versus exstructa est capella de muro solido in honorem s. Crucis per olim Perill. Religiosissimum Michaellem Dąbrowski, equitem Meliten. commendatorem Posn., in figuram rotundam cum tholo et copula lamina aerea ab extra cooperta, ab intra vero fornice murato clausa, cum pavimento de lapide secto, cum parietibus probe dealbatis, cum fenestris bonis, vitris et cratibus ferreis munitis, cum scamnis decenter depictis, cum confessionali ligneo bono, cum cratibus ferreis, quibus tota capella clauditur.

Est consecrata, prout constat ex signis visibilibus in parietibus, sed nescitur per quem et quando. In ea est

Sextum altare, effigiem Christi crucifixi praeferens, ligneum, arte sculptoria delaboratum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam et consecra-



am simul cum capella, cuius tumulus sacer hactenus inviolatus est. Tribus mappis satis mundis tegitur...

In hoc altari prostans effigies Christi crucifixi voce et devotione populi habetur pro gratiosa, imo et miraculosa, nam iuxta annotationes inter monumenta ecclae huius relictas dicitur sanguinis guttis sudasse a. 1729 die 14. Oct. et alia miracula consecutivis temporibus sanationum ad eandem patrata fuisse, quorum descriptio exstat circa ecclam. Super quibus omnibus commissio Officii expedita fuit in loco die 7. Julii a. 1730, cuius actus copia exstat circa ecclam, sed nondum eiusmodi miraculi principalis de sudore sanguineo aequae ac aliorum decisa est resolutio nec subsequuta approbatio. Effigies haec cooperiri solet imagine depicta Christi crucifixi.

De erectione huius altaris non constat. Solent tamen ad illud altaristae officiose institui ad praesentationem commendatoris equitis Melitensis.

Proventus huius altaris: Census a summa fl. 8000 testamentaria legatione Relig. Dąbrowski, equitis Melit. commend. Posn., in et super bonis omnibus oppidi Lwówek act. Cast. Posn. fer. II. in vig. festi Assumpt. BMV, a. 1741 inscriptus cum obligatione absolvendi ad hoc altare qualibet hebdomada missas tres ad intensionem fundatoris. Census percipitur et obligationi satisfit. Quae summa siquidem hactenus non est approbata in Officio, proinde ipsius erectio et ordinatio obligationum ratione modernorum censuum quantocius procuranda est.

Altarista ad praesens est Adm. Rev. Laurentius Florkowski, annorum 33, oriundus de Jankowo, qui litteras suae evectionis ad maiores et minores ordines auth. nobis produxit. Sacerdotio initiatus a. 1771 die 1. Jan., ad hoc altare legitime praesentatus, officiose institutus a. 1775 die 16. Febr. ac rite eodem anno die 13. Julii introductus. Ad excipiendas confessiones officiose approbatus a. 1779 die 30. Mart. ad decursum unius anni. Quae omnia litteris authent. nobis exhibitis rite probavit. Penes hanc ecclam non residet, sed in vicariatu ecclae Cath., cuius officium et munus gerit praeter hoc beneficium.

Residentiam non habet neque ullum fundum circa hanc ecclam.

29. Altaria haec prout et tota ecclesia imaginibus sat decenter depictis ornatur, quarum nulla (praeter superius specificatam effigiem) auctoritate publica pro gratiosa est recognita.



30. Fons baptismalis est de lapide elaboratus, sera clausus, continens in lebete cupreo intus dealbato aquam baptismalem, sed immundam et turbidam, (quae per linteolum percolanda est), in ultima vigilia Pentecostes benedictam, oleo sacro permixtam hoc anno consecrato. Adest et urceolus cum disco stanneus ad baptisandum, et aqua ex capite baptisatorum defluens effunditur in cisternam. Linteolum ab operculo lebetis amoveatur, quia solet aquam inficere.

31. Cisterna est ad cornu Evang. maioris altaris sita, operculo ligneo clausa, satis decenter exstructa, ad operculum tamen sera omnino aptari debet, ut cisterna semper clausa teneatur.

32. Olea sacra asservantur in sacristia in armariolo ligneo sera clauso, in vasculo stanneo tribus loculamentis distincto et litteris designantibus quodlibet oleum. Hoc anno sunt consecrata et procurata veteribus combustis. Est et aliud vasculum stanneum pro oleo ad infirmos deferendo. Adest et sal benedictus in vasculo stanneo ad baptisandum.

33. Tabernaculum in maiori altari situm est ligneum, depictum et sparsim deauratum cum ciborio simili sera clauso, in quo super corporali mundo reposita est pyxis argentea intus deaurata, continens ss. Eucharistiam, cuius species ex farina munda bis in mense renovari solent et pyxis debite purificari. Adest patenula cum operculo argentea pro deferenda Eucharistia ad infirmos, quae per alias parochiae villas a presbytero superpelliceato in bursa e stola pendente cum campanula deferri debet, per villam autem commendatus sub baldachino cum luminaribus.

SS. Eucharistia reponi solet in monstratorio quinquies in anno. Quod ut decentius fiat, revocamus in memoriam dispositionem Lociordinarii moderni de numero et qualitate cereorum et ut facultas in scripto ab Officio pro eiusmodi expositionibus habeatur.

34. Claves a ciborio, a fonte baptismali, ab oleis sacris et a cisterna asservari debent in loco secreto solis presbyteris noto.

35. Pro fabrica ac in alios usus ecclesia nullos habet destinatos redditus.

36. Lampas ante ss. Sacramentum noctu dieque ardere solet ex liberalibus impensis Religios. commendatoris moderni, pro qua (iuxta visit. Jll. Kierski) est census a summa fl. 139 in et super domo Wieczorkowiczow, civium Chwalsz., inter fundum



Złotników et domum fundumque desertum sita act. Advoc. Chwalsz. die 6. Nov. a. 1736 inscriptus, qui ad praesens non percipitur. Item census a summa fl. 700 foundationis Rev. Joa. Węgrowski in et super lapideis infidelium Fabis Jachim et Fabis Zielek alias Serek Posn. Judaeorum act. Consist. Posn. die 3. Maii a. 1721 inscriptus, qui ad praesens post combustionem lapidearum non percipitur.

37. Legata et debita passiva nulla habet haec ecclesia.

38. Libros metrices baptisatorum, copulatorum et mortuorum reperimus circa eccliam ab a. 1660, sed negligenter et non debita forma conscriptos. A quibus diligenter conscribendis siquidem vita, honor et fortuna hominum saepe dependent, proinde (sequentia ut fol. 256 sub Nr. 32).

39. Decreta visitationum anteriorum reperimus circa eccliam quatuor.

40. Processus et instrumenta publica per dioecesim transmitti solita aliqua ex recentioribus simul collecta reperimus circa eccliam.

41. Corbona seu ladula ecclae est ad fores eiusdem sita, sera clausa, ex qua collecta pecunia pro cera et vino impenditur.

42. Rationes perceptarum et expensarum pro ecclesia ob exiguitatem proventuum non reperimus conscriptas, quae tamen ut in posterum una cum vitricis conscribantur, ordinamus.

43. Vitricos ecclesiae nullos reperimus, sed sub actu visitationis nostrae constituimus laboriosos Jacobum et Gabrielem, inquilinos ex villa s. Joannis, qui praestito coram nobis iuramento super fidelitate ecclesiae oblationes pias sacculi et alias eleemosynas, census pro lampade, pensiones a pulsu campanarum, tertiam partem funeralium alias pokładne, multas item pecuniarias pro ecclia et alias obventiones recipient et in corbonam deponent duplici serratura diversa clausam, una clavi penes commendarium, altera penes dictos vitricos manente. Rationes perceptarum et expensarum pro ecclia in praesentia illorum conscribet commendarius vel eius alius substitutus, ex quibus calculum semel in anno circa festum s. Joa. Bapt. reddent coram commendario et delegato ex aula Relig. commendatoris, qui eundem calculum subscribent et vitricos quietabunt. Illorum pariter muneris erit munditiam et decorem ecclae procurare, cum sacculo mendicare ac obsequia illi praestare, praesertim tempore festivitatum. Pro quibus obsequiis praedicti oeconomus (si ad mortem in hoc munere fideliter perseverabunt) praeter merce



dem a Deo magnam nimis liberi erunt a persolutione funeralium et orationum consuetarum tanquam benefactores ecclae fieri debent participes.

44. *Ii, quibus cura animarum incumbit, in sacramentis administrandis, praesertim circa aegrotos sedulos se ac diligentes praebent nec quemquam nobis sub tempus huius visitationis innotuit sine sacramentis ex hac vita decessisse.*

45. *Ordo devotionis in hac eccla est plane inordinatus. Diebus festis celebratur solum una missa cum doctrina ad populum. A prandiis solum festis principalioribus vesperae decantantur ob defectum concursus populi. Sed verendum est, ne iste defectus eveniat ob inordinatam devotionem in hac parochia, quae est satis numerosa. Proinde ordinamus, ut ecclesia haec parochialis non sileat in cultu divino, sed ut quolibet Dom. et festo decantetur Matutinum, quo finito per pauperes xenodochii et alium populum Rosarium decantetur, deinde aspersio, processio, concio et missa conventualis pro parochianis. A prandiis dato pulsu fiant catecheses pro rudioribus, postea Vesperae, quae etiam in pervigiliis festorum et singulis diebus sabb. decantari debent.*

46. *Titulo iurium stolae nullas depactiones factas fuisse nobis innotuit. Ut tamen omnis earum suspicio amoveatur, revocamus processum recentem in memoriam Lociordinarii moderni circa schaedulas paschales superius citatum.*

#### 47.                      F u n d a t i o n e s   p r o   m i s s i s .

1. *Census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Stan. Rudnicki, can. BMV., in et super bonis totius synag. Posn. fer. VI. post fest. s. Barthol. a. 1735 inscriptus act. Cast. Posn., cuius summae erectio et approbatio una cum dispositione obligationum facta est per Josephum Kierski, protunc off. Posn. Census iste ad praesens percipitur, sed obligationes eidem annexae ignorantur, quia erectio haec non habetur ad manus. Proinde incumbit onus praeposito inquirendi eam in Consist. Posn., ut accepta notitia obligationum in illa expressarum his rite satisfacere curet.*

2. *Census a summa tynf. 400 foundationis Rev. Pauli Łupinski in eadem synag. Posn. act. Cast. Posn. a. 1761 inscriptus cum obligatione absolvendi quolibet mense missam unam pro anima fundatoris. Census iste percipitur et obligationi satisfit.*



3. Censu a summa fl. 700 in et super bonis totius synag. Sieracovien. act. Consist. Posn. a. 1720 die 3. Maii inscriptus. Censu iste non percipitur et est investigabilis, imo praesumitur esse idem ipse, quem pro lampade secundo loco recensuimus. 48. Cursus BMV. iuxta anteriores visitationes decantari solebat in hac eccla, ad praesens autem non decantatur, pro cuius continua celebratione una cum sacro maturo Relig. commendator immediate antecedaneus 300 fl. quotannis solvere solebat, 100 scil. pro curato loci, 100 pro organario et reliquos 100 pro duobus missis qualibet hebdomada absolvendis per curatum loci ad intentionem fundatorum. Idque satisfaciendo foundationi suae et ex vi illius officium divinum in hac eccla celebrabatur. Sed haec fundatio iam cessavit cum morte fundatoris et officium divinum a 40 ultra annis non decantatur.

#### 49. Proventus pro praeposito.

Eos videre licet in anterioribus visitationibus, a quibus hic recensendis ultro abstinemus, ne iura ac privilegia Relig. commendatoris aliquo modo laedere videamur. Qui circa visitationem nostram huius ecclae exhibuit nobis bullam Benedicti Papae XIV. d. d. Romae apud s. Mariam Maiorem a. 1751 quarto Idus Mart. latam, per quam suo ordini et presbyteris ab eodem dependentibus conceditur exemptio ab omni visitatione et correctione Lociordinarii, ubi nominatim § 2 et 3 leguntur haec verba: „Ipsaque hospitale ac illius prioratus castellaneam Emposte Baiuvillas praeceptorias, domus, capellas, ecclesias, oratoria ac loca et membra quaecunque, etiam saeculares clericos et presbyteros iuxta praescriptum Concil. Trident. eorum ecclesiis, capellis et oratoriis quoquomodo deservientes, quamdiu in eorum obsequiis erunt et in ipsorum domibus residentes sub eorundem obedientia vivunt, ac illorum res, animalia, praedia, domus et bona quaecunque, quae possident ac in futurum possidebunt, sub b. Petri et dictae sedis ac nostra immediata protectione, correctione, superioritate et potestate quorumcunque patriarcharum, archieporum et praelatorum (praeterquam in casibus in Apostol. constitutionibus ac Concil. Trident. decretis litteraliter expressis) tam citra quam ultra montes et mare constitutorum cuiuscunque dignitatis, status, gradus ordinis et conditionis existant, illorumque vicariorum et officialium locum tenentium et iudicum nunc et pro tempore existentium quorumlibet eximimus et liberamus, ita ut patriarchae, archieppi, eppi, praelati ordinarii, vicarii, officiales



locum tenentes et iudices praefati nullam in eos vel ea iurisdictionem, correctionem, visitationem, superioritatem, (praeterquam in his, quae ad animarum curam et sacramentorum administrationem pertinent, aliisque in casibus per dictum Concilium seu per Apostol. constitutiones expressis et declaratis) exercere possint aut valeant sub excommunicationis latae sententiae poena per contra facientes eo ipso incurrenda etc..."

50. Rector huius ecclae.

ad praesens est Rev. Paulus Chylkowski, annorum 50, oriundus ex dist. Pyzdr., qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines auth. nobis produxit. Sacerdotio initiatus die 27. Maii a. 1752, ad hanc ecclam paroch. legitime praesentatus, canonice institutus a. 1761 die 1. Junii ac rite introductus. Ad excipiendas confessiones officiose approbatus die 2. Jun. a. 1779 ad decursum duorum annorum. Quae omnia litteris auth. nobis exhibitis rite probavit.

Praeter hoc beneficium curatum possidet alia duo in hac dioecesi, nempe praeposituram in Murowana Goślina et parochiam in Pogorzelica, super quibus simul retinendis obtinuit dispensationem Sedis Apost. d. d. Romae die 12. Martii a. 1768, a Locordinario admissam et executioni datam eodem anno, quas litteras Apost. nobis exhibuit.

Penes hanc ecclam non residet ob pluralitatem beneficiorum

Commendarii munus in hac eccla agebat hactenus unus ex Congregatione Oratorii vicini s. Margarithae, sed praepositus promittit abhinc pro commodo parochianorum fovere seorsivum vicarium, prout aequitas et necessitas postulat.

51. Intra fines huius parochiae nulli alii reperiuntur clerici vel sacerdotes sive saeculares seu regulares seu moniales.

52. Organarius fovetur a Relig. commendatore, pro quo nulla est stabilis fundatio. Qui cum ad praesens idem sit ac in eccla paroch. s. Margarithae, ita ut duabus obligationibus in diversis ecclis aegre satisfacere possit, proinde consultius esset ad maiorem cultum divinum, ut separatus pro hac eccla foveatur.

53. Rector scholae non exstat circa hanc ecclam, licet (iuxta visitationem Libovianam) schola aliquando fuerit, prout constat ex dispositione testamenti olim Nicolai Bzdziuga, oppidani Srodcen., quod scilicet eppus Posn., praedecessor olim Andreae Opalinski, certum agrum penes muros conventus PP. Reformatorum donaverit et applicaverit rectori scholae ex opposito hospitalis s. Joannis. Quae dispositio facta est coram act.



Advoc. Srodcen. die Jovis ante fest. s. Barthol. a. 1615. Agrum colit ad praesens pro suo fructu organarius.

54. Obstetrices sunt in qualibet villa in hac parochia probe instructae in iis, quae sunt ad baptismum requisita in casu necessitatis administrandum.

55. Xenodochium vicinum huic ecclae exstructum non ita pridem per commendatorem, cuius redditus, regimen et personarum numerus ac tota administratio, siquidem a primaeva fundatione incorporata est ordini Melitensi alleganti exemptionem a visitatione Lociordinarii per bullam supra citatam Benedicti XIV. sibi concessam, proinde ab illius ampliori descriptione superseendum esse duximus.

56. Neque capellae neque oratoria privata reperiuntur in hac parochia.

57. De publicis peccatoribus superstitiones exercentibus et scandalose viventibus nihil nobis innotuit in hac parochia.

58. **Supellex huius ecclae.**

Ex argento: monstratorium 1, calices deaurati cum patenis 5, pyxis 1, vota variae formae 51, coralliorum funiculi 5, ogniwka szczerozłote 2 etc...

Ex stanno et cupro: Candelabra stannea 14, cuprea 7, campanulae 8 etc...

Apparatus: casulae 22, dalmaticae 4, pluvialia 3, antepedia 22 etc...

In capella s. Crucis: calices argentei 2, crux argentea 1, vota variae formae argentea 66 etc...

### **Decretum reformationis**

pro ecclesia paroch. s. Joannis Hierosolymitani.

Regimen huius vere militantis ecclesiae sub potestate Strenuissimorum equitum ordinis Melitensis constitutae exigit rectorem in cura et administratione ipsius summe pervigilem et stationi suae maxime addictum, neque administratio aliarum parochiarum diminuere debet diligentiam circa hanc parochiam primariae Civitati contiguam. Proinde commendamus praeposito, ut seorsivum vicarium ad hanc eccliam continuo residentem pro commodo parochianorum fovere non negligat neque altaristae s. Crucis aut cuiuspiam alteri aliis curis distento vices suas committat cum dispendio cultus divini. Ordinatio devotionis diebus



festivis ad normam aliarum eccliarum fieri debet, etiamsi exiguus sit numerus populi confluentis, non enim hominibus, sed Deo decantantur laudes. Quapropter in pervigiliis festorum ac diebus sabbathi Vesperae decantentur. In crastino autem a Matutino decantando inchoetur devotio, in cuius fine celebretur prima missa, si commode fieri potest. Deinde per pauperes xenodochii et alios assistentes pia cantica ac rosarium BMV. decantentur. Quo finito fiat doctrina moralis et catechistica pro populo et rudioribus clara, brevis ac unctio s. Spiritus plena, deinde aspersio, processio ac missa parochialis conventualis pro parochianis decantetur. A prandiis autem circa horam 2. explicantur rudimenta fidei et terminentur actibus fidei, spei, charitatis, contritionis etc. Tandem pro populo celebrentur Vesperae cum cantu et pulsu organi. Desideratur etiam maior mundities circa altaria. Sepimentum caemeterii promptam reparationem exigit ne animalibus in illud pateat aditus et exuviis defunctorum fidelium debitus honor praestetur. Rector scholae, qui simul organarium agat, necessarius omnino est huic ecclae eo magis, quod agrum habeat destinatum ex antiqua fundatione pro suo usu, prout sub No. 53. adnotavimus, cuius muneris erit, liberos parochianorum instruere in rudimentis fidei ac litterarum, in ministrando missae sacrificio, in principiis arithmeticae, cum hac tamen praecautio, ut pueri separatim a puellis erudiantur. Siquidem autem magnam negligentiam comperimus in describendis libris metrices, proinde serio in posterum observanda iniungimus, quae in tractu huius visitationis sub No. 38 praescriptissimus, et conscientia Rev. praepositi oneratur, ut in hoc non levis momenti negotio suo commendario invigilet. Quoniam vero cura animarum pauperum hospitalis incumbit praeposito, proinde dabit operam, ut ordinem diurnum praescriptum habeant et preces matutinas, meridianas et vespertinas pro benefactoribus ordinatas una cum canticis devotis, ut sacramenta frequentent, ut mutuam inter se pacem et caritatem colant nec non a iurgiis, contentionibus, dissidiis ac compotationibus abstineant, ut obsequia ecclae praestent emundando illam statutis temporibus, ut denique vitam otiosam non agant, sed mortem sanctam meditentur ac praeparent. Organarius duplici ecclae addictus neutri ex aequo satisfacere potest, proinde seorsivus omnino fovendus est pro maiori commodo huius ecclae ac totius parochiae. In thesauro ecclae deposita et supellex saecularium personarum non asservetur neque misceantur sacra profanis



Denique ea omnia seriae executioni danda commendamus, quae sparsim suis locis respectivis hac nostra visitatione adnotavimus, praesertim titulo: Vitrici, fons baptismalis, corbona, tabernaculum etc. Et extractum huius nostrae visitationis sedulo legendum ac inter monumenta huius ecclae conservandum volumus. Ad quae omnia exequenda copiosam divinam benedictionem precamur, nostram plenissimo corde impertimur.

---



# Visitatio

## **ecclesiae parochialis s. Rochi**

in suburbio Posnan.

Stara Łacina nuncupato sitae  
anno 1779 die 7. Octobris expedita.

1. Ex anterioribus visitationibus nulla producta est neque ullum exstat vestigium in monumentis ecclesiae alicuius visitationis.

2. Ecclesia haec a fundamentis exstructa est in anno 1746 cura et sumptibus Religiosorum ordinis Minorum Conventualium s. Francisci Posn. in formam quadrati oblongi, opere Pruthenico partim de ligno partim de latere cocto, quae conservatur in statu satis bono, ab intra habens tabulatum de asseribus ligneis bonis, parietes bene compactos et in prima navi peristromate vetustiori coopertos, pavimentum de latere cocto bonum, fenestras integras, sed in aliquibus locis non probe parietibus cohaerentes, scamna lignea suo ordine bene disposita, ambonam opere sculptorio elaboratam et decenter depictam ac sparsim deauratam, confessionale unum ligneum bonum, chorum pariter ligneum cum organo parvo in statu satis bono, ianuam unam ex opposito maioris altaris cum foribus ligneis bonis et bona serratura clausis.

3.

### Altaria.

Primum altare maius effigiem sculptum s. Rochi praeferens, est ligneum, opere sculptorio elaboratum, in effigie depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam et consecratam, sed nescitur quando et a quo. Tumulus tamen sacer est hactenus inviolatus. In hoc altari exstat tabernaculum ligneum cum ciborio depictum, intus et ab extra decenter ornatum, bona serratura clausum, in quo super corporali mundo reposita est pyxis argentea intus deaurata, continens ss. Eucharistiam, cuius species ex farina munda renovari solent bis in mense et pyxis debite purificari cum



annotatione diei renovationis in tabella sacristiae. Non adest aliud vasculum pro Eucharistia ad infirmos deferenda, sed solum super patena corporali obvoluta in bursa e stola pendente deferri solet.

SS. Eucharistia exponi solet publice in monstratorio ter in anno. Quod ut decentius fiat, commendamus observationem praescripti Lociordinarii moderni de numero et qualitate cereorum et de facultate ab Officio in scripto obtinenda pro eiusmodi expositionibus.

Altare secundum a cornu Evangelii effigiem sculptam Crucifixi praeferens, est ligneum cum mensa pariter lignea, portatili lapide consecrato instructa, qui cum sit per medium disruptus, amplius ad celebrandum adhiberi non debet.

Altare tertium in eadem regione situm, imaginem D. Antonii de Padua praeferens, est ligneum, sparsim depictum, cum mensa lignea lapide portatili consecrato instructa, qui cum nimis angustus sit nec calicem cum hostia capere queat, proinde ad celebrandum alius adhiberi debet.

Altare quartum a cornu Epistolae situm, imaginem s. Francisci Seraphici praeferens, est ligneum, opere sculptorio elaboratum, cum mensa pariter lignea instructa portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis.

Altare quintum in eadem regione situm, imaginem s. Floriani praeferens, est ligneum, opere sculptorio elaboratum cum mensa pariter lignea, instructa portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis.

Altaria haec omnia foundationem et erectionem nullam habent, tribus mappis sat mundis teguntur et omnibus aliis requisitis instructa sunt. Imaginibus sat decenter depictis ornantur (prout et tota eccla), quarum tamen nulla recognita est pro gratiosa sive miraculosa auctoritate publica.

4. Baptisterium ex opposito ambonae situm est ligneum, vetus, sera clausum, continens intus in lebetē cupreo dealbato aquam baptismalem in ultima vigilia Pentecostes benedictam, oleo sacro permixtam, sed turbidam, quae proinde per linteolum percolanda est. Adest et urceolus stanneus ad baptisandum et aqua e capite baptisatorum defluens effunditur in cisternam. Habetur et sal benedictus in sacristia in vasculo stanneo.

5. Olea sacra asservantur in armariolo ligneo ibidem parieti adaptato, sera clauso, continente vasculum stanneum tribus loculamentis distinctum et litteris designantibus quodlibet



oleum hoc anno consecratum veteri combusto. Non habetur aliud vasculum separatum pro oleo ad infirmos deferendo.

6. Cisterna est a tergo maioris altaris, non satis decens neque sera clausa, prout par est.

7. Crypta in eccla est una fornice murato subterraneo clausa, cum foribus ligneis pro sepeliendis mortuis.

8. Sacristia a cornu Evangelii ecclae unita est de muro solido constructa, ab extra tegulis lateritiis bonis cooperta, ab intra vero fornice murato clausa, probe dealbata cum pavimento lateritio bono, cum fenestris vitreis bonis et crate ferrea munitis, cum armariis et cistulis ligneis pro suppellectili ecclae conservanda, cum foribus ferreis, bona serratura clausis.

9. Tectum ecclae est de scandulis ligneis in statu satis bono. Fronti ecclae unita est turris opere Pruthenico exstructa cum summitate lignea, scandulis quercinis cooperta in statu satis bono, in qua est campanile continens campanas maiores duas et tertiam signantem, de quarum consecratione nullo documento auth. constat.

10. Caemeterium est asseribus undequaque bene circumseptum nec animalibus in illud patet aditus. Nundinae et mercatus in illo non solent fieri.

11. Ossorium parieti ecclae ab extra adaptatum est ligneum, scandulis similibus coopertum, non satis bene clausum et ossibus repletum.

12. Erectio primaeva huius ecclae ex capella antiquitus exstante in parochialem facta fuit a. 1628 die 12. Iulii per olim Joa. de Zalesie Baykowski, suffrag. et off. Posn., ad instantiam Valentini Rurka figuli et Joannis Placzek ferrifabri, seniorum ex oppido ante Posnan. dicto Łacina, qui pro dote parochi summas capitales ex piorum hominum largitionibus collectas in censum coemendum annuum 70 fl. in bonis diversorum civium Posn. in eadem erectione specificatis inscriptum comparaverunt. Cuius erectionis originale authent. exstat circa ecclam. Verum circa a. 1659 cum per hostilem incursionem eccla et conventus Fratrum ordinis Minorum s. Francisci Conventualium devastatus fuisset, ad hanc ecclam s. Rochi translatus est obtenta a collatoribus eiusdem cessione libera atque in religionem suam ac provinciam officiosa transfusione praefatae parochialis, prout latius continetur in privilegio authent., quod exstat circa ecclam, Petri SRE. presbyteri Cardinalis Vidoni, in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae nuntii Apost., ad hunc actum specialiter depu-



tati a Sede Apost. Quod privilegium est d. d. Varsaviae die 12. Junii a. 1660, in quo per longum recensetur: 1) Breve Alexandri VII. Pont. deputationis ad dictam incorporationem perficiendam pro parte FF. ordinis Minorum Conventualium Posn. d. d. Romae apud s. Mariam Maiorem die 22. Nov. a. 1659, 2) recensetur consensus Inclytae civitatis Posn. super praedicta cessione et iurispatronatus transfusione una cum descriptione dimensionis fundi s. Rochi in longum et latum d. d. in praetorio Posn. fer. III. post Dom. Misericordiae a. 1658, 3) recensetur transfusio iurispatronatus praesentandi ad eccliam paroch. s. Rochi per seniores suburbii dicti Miasteczko post pontem Łacina siti in Religiosos Patres ord. Min. Convent. s. Francisci coram actis Episcop. facta die 10. Maii a. 1658 Posnaniae, 4) recensetur consensus Lociordinarii super dicta incorporatione huius eccliae paroch. praefatis Patribus, Alberti Tholibowski eppi Posn., una cum clausulis opportunis et auctoritate ordinaria in parochum Religiosum sibi reservata d. d. Posn. die 13. Jan. a. 1659, 5) recensetur institutio primi parochi ex dictis Religiosis per eundem Alb. Tholibowski epp. facta d. d. Posn. die 21. Martii a. 1659. 6) recensetur consensus Rev. Generalis ordinis Min. Convent. ad praemissa datus conventui Posn. Romae 22. Jun. 1659. Quae omnia supra citatus Petrus Cardinalis Vidonus auctoritate sibi a Sede Apost. delegata ratificavit, approbavit confirmavit et eccliam hanc paroch. s. Rochi cum animarum cura et omnibus emolumentis conventui Posn. dictorum Religiosorum in perpetuum incorporavit, etiamsi illos conventum in alio loco erigere contingerit, prout de facto contigit.

13. Jus collationis huius eccliae (iuxta superius immediate dictam incorporationem) spectat ad superiores conventus Posn. ord. Min. Convent. s. Francisci, qui unum e Religiosis suis Lociordinario vel eius Officio pro munere parochi praesentare tenentur ab eodem examinandum, approbandum et instituendum, prout litterae incorporationis supra citatae fusiùs obloquuntur.

14. Consecrata fuit haec ecclia post sui exstructionem a. 1747 die 13. Aug. per Josephum Kierski, suffrag. pro tunc Posn., assignata ei die anniversaria dedicationis Dom. I. post festum s. Rochi, cuius consecrationis exstat monumentum descriptum in ecclia super portam sacristiae.

15. Patronus titularis huius eccliae est s. Rochus Conf. Colitur tamen etiam ibi specialiter s. Florianus Mart.



16. Parochiae ei limitrophae sunt s. Joa. Hierosolymitani, s. Margaritae, s. Nicolai et s. Magdalenae.

17. Est matrix et nulli ecclae unita.

18. Parochia haec extenditur in longum et latum ad duo circiter stadia.

19. Curae animarum ipsius subest suburbium post pontem Łacina nuncupatum, quam curam exercere solet unus e Religiosis Patribus conventus Posn. Convent. s. Francisci.

20. Personae ad communionem paschalem in ea reperiuntur:

mares	55
feminae	57
impuberes et infantes utriusque sexus	42

21. Dissidentes a religione lutherani reperiuntur in hac parochia 27, qui neque caemeterium neque oratorium neque ministrum suae religionis habent in hac parochia.

Judaeorum nullus est.

Catholici omnes praecepto communionis paschalis hoc anno satisfecerunt et quolibet anno solent satisfacere.

22. Indulgentiarum sive pro vivis sive pro defunctis nullum exhibitum est nobis privilegium, quod fuerit pro hac eccla concessum.

23. Reliquiae s. Rochi in maiori altari expositae, insertae reliquiario ligneo sigillo inviolato habentur, quarum introductio sollemnis ad hanc ecclam facta fuit a. 1750 per Josephum Kierski, suffrag. pro tunc Posn. Sed privilegium earum authent. perditum est. Quare a veneratione publica tantisper amoveri debent et in Officio praesentari, ut de earum realitate decernat. Habentur praeterea aliae reliquiae antiquiores in duobus reliquiariis in formam manus ex ligno elaboratis inclusae, sed vitris effractis et sine sigillis et sine litteris authent. Proinde in lamina aliqua comburi debent et cinis in cisternam deponi.

24. Lampas ante ss. Sacramentum ardere solet solum tempore devotionis, quia nulla est pro ea fundatio.

25. Corbona est ad ianuam ecclae sub clavi Relig. parochi, in qua reperimus grossos circiter 15, et per annum colligi solent ex ea tres vel quatuor floreni ad summum, qui expendi solent pro necessitatibus altaris.

26. Neque vitricos ullos ecclae reperimus neque rationes perceptarum et expensarum pro eccla conscriptas, cum nulli eiusdem proventus sint, nulla legata et nulla debita tam



activa quam passiva. Proinde vitricorum nulla videtur esse necessitas.

27. *Libros metrices* baptisatorum, copulatorum et mortuorum reperimus circa eccliam ab a. 1657 satis diligenter conscriptos. Sed quia ab illis diligenter adnotandis vita, honor et fortuna hominum saepe dependent, circa illos in posterum ordinamus sequentia: (sicuti pag. 256 sub No. 32).

28. *Ordo devotionis* nullus est in hac ecclia parochiali, solum diebus Dominicis et festivis legitur missa pro populo, idque non in omnibus festis, solum in iis, in quibus nulla est solemnitas in ecclia PP. Franciscanorum, qua superveniente cogitur tota parochia s. Rochi missam alibi quaerere ob defectum sacerdotis in hac ecclia cum magno suo incommodo. *Concionēs* et doctrinae morales pro populo solum bis vel ter in anno solent haberi in hac ecclia, nempe festis tituli et dedicationis ecclesiae. In reliquo neque catecheses pro rudioribus neque cantica pia populi audiuntur in hac ecclia paroch., multo minus Matutinum et vesperae decantari solent.

29. Neque decreta visitationis ulla neque processus et instrumenta publica per dioecesim transmitti solita reperiuntur circa hanc eccliam.

30. *Titulo iurium stolae* nullas depactiones factas fuisse in hac parochia reperimus. Ut tamen omnis earum suspicio amoveatur, revocamus in memoriam processum recentem Lociordinarii circa schedulas paschales hic superius sub No. 27 citatum, cuius exacta observatio summopere commendatur.

31. Cui cura animarum incumbit, in sacramentis administrandis satis se diligentem exhibet neque nobis innotuit illius culpa vel incuria quemquam ex parochianis sine sacramentis ex hac vita decessisse.

### 32. Proventus pro Relig. paracho.

Ex primitiva erectione hic superius sub No. 12 citata fuit pro sustentatione parochi census annuus fl. 70, item ex augmento erectionis post a. 1628 accessit census fl. 6 gr. 18, qui omnes census in variis aedificiis ligneis suburbii Łacina, tum in lapideis civit. Posn. inscripti erant, et actus inscriptionis aequae ac aedificiorum censibus praefatis oneratorum descriptiones et vicinitates specificantur in praedicta erectione. Verum ab immemorabili tempore census isti non percipiuntur et plane ad praesens sunt investigabiles, tum propter conflagrationem aedificiorum ligneo-



rum in praedicto suburbio, tum propter ruinam et devastationem lapidearum per varias temporum vicissitudines, tum propter mutationes denominationum per duo prope saecula, tum propter incolarum exiguitatem in hoc suburbio ad praesens longe deficientem a numero habitatorum tempore erectionis.

Neque agros neque decimas sive manipulares sive compositas neque missalia ulla habet haec eccla.

Strenam tamen et mensalia a suis parochianis solito tempore licite exigere potest Rel. parochus iuxta praescriptum primaevae erectionis.

Fundum habet haec eccla (iuxta commensurationem trium ordinum civit. Posn. per suos deputatos d. d. Posn. fer. III. post Dom. Septuages. a. 1658 factam et in litteris erectionis secundariae seu incorporationis hic superius sub No. 12 citatae insertam) in longum incipiendo a meridie ad aquilonem ulnarum 140, in latum ab ortu ad occasum solis ulnarum 136. In quo fundo est eccla et caemeterium.

Praeterea in eodem fundo est hortus maior pro oleribus, quem colit pro se Relig. parochus.

Insuper in eodem fundo exstant sex domus lignae per praedictos Religiosos ante 10 annos exaedificatae cum hortulis tribus contiguis, ex quibus tres domos inquilini inhabitant et solvunt pro parochio annuatim circiter fl. 206.

Ex primitiva erectione habebantur tres domus, una pro parochio contigua ecclae cum horto seu pomariolo eidem adiacenti, secunda penes caemeterium ecclae pariter cum horto adiacenti, tertia pro rectore scholae penes idem caemeterium.

33. Decimae ad mensam eppalem spectantes non habentur in hac parochia.

34. Ad reparationem ecclae iuxta praescriptum primaevae erectionis tenetur parochus invitare tempestive seniores suburbii et alios parochianos. Sed ad praesens ob exiguitatem et paupertatem eorundem, tum ob incorporationem parochiae Religiosis ordinis Conventualium et cessionem eisdem iurispatronatus tenentur iidem Religiosi tanquam collatores aequae ac ad reparationem omnium aedificiorum plebanalium.

### 35. Obligationes parochi.

Conventus Posn. ordinis Minorum Convent. s. Francisci suscipiendo in curam et administrationem perpetuam hanc parochiam cum omnibus obventionibus, qui successit in bona,



successit etiam in onera parochi, quae in primitiva erectione exprimuntur sequentia:

1. Post canonicam institutionem tenetur parochus perpetuis temporibus personaliter circa hanc residere eccliam neque per mensem unum potest se absentare sub comminatione privationis.

2. Tenetur singulis diebus Dominicis et festis Matutinum, missam et vespertinas preces decantare et alias ceremonias consuetas ecclae statutis temporibus peragere.

3. Tenetur concionari ad populum singulis diebus Dom. festisque solemnioribus, quibus Christifideles laboribus abstinere et devotioni vacare debent.

4. Obligatur praeterea parochus unum sacrum lectum Requiem qualibet hebdomada pro fundatoribus et benefactoribus huius ecclae absolvere.

5. Ex fundatione providi Joannis Malyna iuxta submissionem officiosam ad unum sacrum singulis quartualibus absolvendum pro anima ipsius alligatur.

6. Denique more et antiqua consuetudine aliarum paroch. eccliarum singulis quatuor temporibus anni processionem funebrem peragere et missam Requiem pro defunctis ecclae fundatoribus ac benefactoribus decantare tenetur.

Obligationibus his solum quoad ultimum punctum semel in anno postridie dedicationis ecclae satisfit, quoad reliqua vero puncta non satisfit ob fundationem primaevam deperditam, ob census ad praesens investigabiles, atque adeo ob defectum congruae sustentationis pro parocho.

36. In pacifica possessione fundi et aedificiorum superius specificatorum existit ad praesens conventus Posn. s. Francisci.

37. Parochus ad praesens nullus est institutus in Officio neque per commendam eiusdem Officii ad regimen huius ecclae destinatus, licet litterae erectionis seu incorporationis expresse dicant parochum Religiosum eiusdem ordinis presbyterum a superioribus suis praesentatum a Lociordinario examinari, approbari et institui debere vel ab eius Officio pro munere parochi. Curam tamen gerit huius ecclae ad praesens e conventu Posn. Franciscanorum a superioribus suis destinatus Relig. P. Paulinus Ulman sine ulla institutione vel commenda ab Officio, solum ad excipiendas confessiones etiam pro casibus reservatis officiose approbatus die 27. Febr. a. 1778 ad decursum regiminis sui moderni superioris.



Penes hanc eccliam non residet, sed solum in conventu, licet alii Religiosi parochi constanter residebant, prout non multos ante annos fuit.

38. Organarius non fovetur circa hanc eccliam ob defectum foundationis pro eo.

39. Rector scholae pariter deest ob eandem rationem et ob exiguum numerum incolarum, quia suburbium totum 15 solum domos catholicorum continet et tres acatholicorum. Ex primitiva tamen erectione fuit domuncula penes caemeterium pro rectore scholae, cui oeconomi de proventibus ecclae salarium providebant.

40. Obstetrix in hac parochia nulla est.

41. De publicis peccatoribus superstitiones exercentibus et scandalose viventibus nihil nobis innotuit in hac parochia.

42. Supellex huius ecclae.

In libro metrices huius ecclae reperiuntur adnotata vota seu tabellae argenteae variae figurae et magnitudinis (nonnullae cum catenulis argenteis) No. 36, quae circa a. 1709 oblatae sunt a fidelibus populis ad altare s. Rochi. In eodem libro a principio inter elenchum rerum huius ecclae, quae in a. 1759 ad sacristiam ecclae PP. Franciscanorum pro conservatione redditae sunt, adnotantur duo vota argentea. Ad praesens autem nullum exstat in hac eccla. Proinde dictum argentum vel ex sacristia praefatorum Patrum repetendum est vel inquirendum serio, quoniam fuerit et in quos usus conversum, et utrum fuerit hac super re consensus Officii, nam sub actu visitationis nostrae nullam circa hoc notitiam acquirere potuimus. Residua autem supellex ecclae est sequens: Monstratorium argenteum 1, crux argentea 1, calices argentei cum patenis 2, pyxis argentea 1, candelabra stannea 6, aenea 4, lignea 16 etc. casulae 7, campanulae 4 etc..

#### Decretum reformationis pro eccla paroch. s. Rochi.

Quae olim collabentem Lateranensem basilicam, eadem Francisci manus pauperrimam hanc eccliam sustentare par est, iuncta potissimum huic dexterae Domini, quae non est unquam abbreviata et in aedificatione ac conservatione status materialis huius ecclae vel maxime elucescit. Non deest spirituali aedificationi Seraphici patriarchae caritas et zelus in filios diffusus, ab iisdem promanans in proximos cum ingenti lucro animarum huius parochiae. Quod ne unquam in posterum deficiat, sed in



maiores semper excrescat cumulos, praeprimis omnino insistentum esse putamus litteris erectionis seu incorporationis huius ecclae, quae iubent, ut Religiosus pro officio parochi a superioribus suis designatus praesentetur ab iisdem tanquam legitimis collatoribus Officio et ab eodem instituatur. Residere etiam personaliter circa hanc ecclam tenetur iuxta praescriptum eiusdem erectionis et praxim continuam anteriorem. Aequum autem est, ut quod praedecessoribus non erat difficile, habitare ad hanc ecclam, id successoribus haud impossibile eveniat. Exigit enim commodum parochianorum, ne sacerdotem a longe quaerere cogantur pro administratione sacramentorum, praesertim in aquarum inundatione et in casibus urgentibus ac repentinis. Dolenter pariter ferimus cultum divinum in hac eccla non modice diminutum esse, cum nullae devotiones decantentur, conciones et doctrinae morales ad populum aequae ac catecheses pro rudioribus vix aliquando fieri soleant. Proinde ordinamus, ut missae sacrificium diebus Dom. et festivis nunquam in hac eccla deficiat pro parochianis neque ullo praetextu solemnitatis in eccla conventus PP. Franciscanorum intermittatur. Introducenda quoque est pia consuetudo decantandi per populum Rosarii sub tempus matutinae devotionis et a prandiis diebus festivis ad pia cantica peragenda populus suaviter alliciatur. Ex quo pio opere vicini acatholici aedificari poterunt et defectus organarii suppleri. Doctrinae morales pro populo et catecheses pro rudioribus nullo die Dom. et festivo intermittere debent, cum praesertim adsit copia iuniorum Religiosorum in conventu, qui in hac eccla primordia zeli sui Jnclyto ordini Seraphico adeo proprii exercere possent.

Quod vero attinet ad regimen externum huius ecclae, pro ratione muneris nostri ordinamus: 1) ut ss. Eucharistia cum luminaribus ad infirmos deferatur, 2) ut portatilia duo nova procurentur ad altaria Christi crucifixi et s. Antonii, 3) ut aqua in fonte baptismali per linteolum mundum percoletur, quod deinde comburendum est et cinis in cisternam deponendus, 4) ut discus procuretur stanneus ad excipiendam aquam ex capite baptisatorum defluentem, 5) ut cisterna ecclae decentior construatur et sera clausa teneatur, 6) ut claves a ciborio, a fonte baptismali, ab oleis sacris et a cisterna in loco secreto asserventur sibi Relig. Patri noto, 7) ut sepultura ossium brevi instituatur, siquidem reperimus ossorium satis repletum, cuius etiam structura decentior esse deberet et melius parietibus obducta, 8) ut indulgentiae tam pro vivis quam pro defunctis, praesertim



altaris privilegiati procurentur pro hac eccla, 9) ut reliquiae antiquiores sine sigillis et sine litteris authenticis comburantur et cineres in cisternam deponantur. Reliquiae vero s. Rochi, quarum introductio sollemnis memorabilis est et sigillum inviolatum, in Officio approbari debent post deperditas earum litteras authent. 10) Inauratio interior in duobus calicibus innovanda est. 11) Ordinationem nostram circa libros metrices hic superius sub No. marginali 27 positam diligenter observandam commendamus et ad extractus eorundem authent. sigillum comparandum more aliarum ecclarum. 12) De censibus ad hanc ecclam spectantibus in primitiva erectione specificatis serio inquirendum est, ne forte aliqui, etsi nunc repetibiles, per incuriam plane deperiant. 13) Curabit praeterea Relig. parochus habere omnes processus per dioecesim transmitti solitos tam Lociordinarii pro tempore existentis quam eius Officii aequae ac extractum authent. visitationis nostrae, quae omnia inter monumenta suae ecclae conservanda sunt. 14) De tabellis votivis argenteis (quarum mentionem fecimus hic superius sub No. 42) seriam investigationem faciat necesse est, in quos usus conversae sint et cum cuius licentia, utpote ad hanc ecclam spectantes. In reliquo zelum gloriae divinae et salutis animarum ex animo precamur parochi cum diuturna incolumitate sub protectione s. Rochi, morborum et mortis domitoris, per cuius intercessionem ad supra dicta omnia diligenter exequenda amplissimam benedictionem divinam vovemus, nostram ex anima impetimus.

Finita 9. Octobris.



# Visitatio

## **ecclesiae parochialis s. Martini**

extra moenia civitatis Posnaniensis

a. 1779 die 10. Octobris expedita.

1. Antiores visitationes huius ecclae productae sunt tres: 1) Alberti Tholibowski de a. 1662, 2) Nicolai Zalasowski de a. 1695, 3) Francisci Libowicz de a. 1728.
2. Ecclesia haec est de muro solido constructa in figuram ovalem, opere antiquo Gothico.
3. De primo ipsius fundatore et de erectione nulla habetur memoria nec ullum monumentum litterarum erectionis exstat circa eccliam.
4. Jus collationis ipsius per continuum usum et possessionem spectat ad canonicum Cathed. Posn. fundi s. Martini pro tempore existentem alternatim cum s. Sede.
5. Consecrata erat (prout antiores visitationes testantur) per olim Jacobum Brzeznicki, suffrag. Posn., sed nescitur quando, imo visitatio Tholibov. adnotat eam indigere nova consecratione ob notabiliter devastatos ab igne parietes. Nulla tamen exstat memoria iteratae consecrationis praeter signa visibilia in parietibus, quae utrum ex prima vel ex secundaria consecratione relicta sint, non constat. Dies tamen anniversaria dedicationis celebrari solet Dom. I. post festum s. Martini Pont.
6. Est tituli s. Martini Conf. et Pont. et Transfigurationis D. N. J. Christi.
7. Est matrix et nulli ecclae unita. Habuit antea affiliatam eccliam in villa Komorniki, sed haec processu temporis avulsa est et in parochialem erecta.
8. Status ecclae quoad fabricam magna indiget reparatione. Parietes sunt in aliquibus locis notabilibus fissuris hiantes et praesertim in sacristia et in capella superiori ruinam minitantes, a fundamentis reparandi, pictura antiqua in tota eccla nimis obfuscata. Pavimentum est latere cocto stratum, satis bonum, cum nonnullis tamen inaequalitatibus. Prima navis



ecclae cum capellis lateralibus est fornice murato depicto, sed per stillicidia in aliquibus locis vitiato clausa. Altera navis habet tabulatum ligneum, antiqua pictura obfuscata. Fenestrae sunt vitris effractis et parietibus male cohaerentes. Ambona est vetus lignea, peristromate antiquiori cooperta. Confessionalia sunt tria lignea antiqua. Scamna sunt lignea bona et satis bene ordinata. In medio ecclae super trabe lignea parieti immissa exstat effigies maior sculpta lignea Christi crucifixi cum personis BMV., s. Joannis et D. M. Magdal. Chorus est ligneus depictus, ad latera protensus, in quo est organum maius, cura praepositi non ita pridem reparatum. Januae ad eccliam sunt duae, una lateralis, altera a fronte cum foribus ligneis bonis et bona serratura clausis.

9. Sacristia a cornu Epistolae maioris altaris sita una cum reconditorio vicino est de muro solido constructa, pavimento lateritio, sed inaequali strata, fornice murato reparatione indigente clausa, cum parietibus per humiditatem exesis, cum fenestris tam in sacristia quam in reconditorio quinque, sed vitris diffractis, cratibus tamen ferreis munitis, cum armariis ligneis pro conservanda suppellectili eccles., cum lavacro vetustiori ligneo stanno obvoluto, sed antiquitate temporis fere consumpto. Fores ad reconditorium ex sacristia sunt lignee, ferro obductae et bona serratura clausae, fores vero ad ecclesiam ex sacristia sunt ex lamina ferrea firma, bona pariter serratura clausae.

10. Porticus ad eccliam est una de muro solido constructa, fornice murato clausa, cum pavimento lateritio, cum foribus ligneis bonis et bona serratura clausis. In aliquibus tamen locis porticus haec reparatione indiget.

11. Tectum ecclae est de tegulis lateritiis aequae ac capellae, sacristiae et reconditorii, quod in a. 1771 turbulento patriae tempore a militaribus iaculis magnam ruinam passum est, nunc cura praepositi ex maiori parte reparatum, ulteriori tamen indiget reparatione.

12. Campanile est separatum ab ecclia, noviter de ligno exstructum, sed nondum asseribus obductum et non satis altum, in quo pendent campanae quatuor, de quarum consecratione nullo documento auth. constat. Hoc campanile est exaedificatum super substructionibus muratis et scandulis ligneis nondum ex integro coopertum. Huic vicinum est campanile vetus ligneum, putridum, prope diem diruendum.



13. Caemeterium fuit ante a. 1771 muro solido undequaque circumseptum, sed per Ruthenum militem plane dirutum, hactenus undequaque apertum prostat, ita ut animalibus in illud pateat aditus. Nundinae tamen et mercatus in illo non solent fieri.

14. Ossorium prope caemeterium situm est ligneum, sed vetustate putridum, plane ruinosum et nulli reparationi aptum, ossibus nimis repletum, quorum sepultura quam primum instituenda est.

15. Cryptae in eccla sunt quatuor subterraneae cum foribus in pavimento ecclae ligneis, sed propter multitudinem cadaverum foetorem in eccla exhalantes, proinde quantocius purgandae sunt.

16. Parochiae limitrophae huic ecclae sunt M. Magdal. intra muros Posn. et s. Adalberti.

17. Personae ad communionem paschalem in hac eccla reperiuntur:

viri adulti = 568

feminae adultae = 667,

quae omnes huic obligationi hoc anno satisfecerunt et quolibet anno solent satisfacere. Praeterea reperiuntur impuberes et infantes:

pueri = 175

puellae = 191

18. Dissidentes a religione utriusque sexus = 295, qui suum oratorium et caemeterium et scholam et ministrum suae religionis habent in hac parochia.

19. Judaeus nullus reperitur in hac parochia. Habent tamen in illa locum sepulturae Judaei ex civitate Posn., in quo exstant domunculae quatuor, quas inquilini catholici inhabitant et censum ex eisdem solvunt Judaeis.

20. Parochia haec extenditur in longum et latum ad dimidium circiter milliare.

21. Subsunt curae animarum ipsius: 1) suburbium s. Martini, 2) Nowe Ogrody, 3) Garbary, 4) Grobla, 5) Poł-Wsie, 6) Rybaki, Gaski, Piaski, 7) Wilda, 8) Górczyn, 9) Castrum Posn. cum vicinia, 10) Struga pod Strzelnicą.

22. Cura animarum ipsius est penes praepositum.

23. Indulgentiae altaris privilegiati pro defunctis non habentur in hac eccla neque ullae aliae indulgentiae pro vivis post expirationem temporis olim concessarum.



24. Reliquiae ex ligno s. Crucis habentur insertae reliquario argenteo cum sigillo intacto, cum litteris authent. d. d. Jlcii 28. Apr. a. 1751 et in Officio admissae die 13. Sept. a. 1752. Quae litterae authent. conservantur circa ecclam.

Praeterea est dens (ut pie creditur) s. Apolloniae reliquario argenteo deaurato inclusus, sed sine sigillis et sine ullis litteris authent., solum duae anteriores visitationes de illo mentionem faciunt.

Praeterea reperiuntur in duabus tumbis ligneis depictis, vitro munitis costae notabiles ss. 11 000 Virginum. Item reperiuntur variae reliquiae variorum ss. MM. tribus vel quatuor reliquiariis inclusae, sed sine ullis sigillis et sine litteris authent. Proinde hae omnes a veneratione publica tantisper amoveantur et in Officio praesententur, ut de illarum realitate decernat.

25.

### Altaria.

#### Altare maius

imaginem s. Martini praeferens est ligneum, opere sculptorio elaboratum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam cum lapide portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis sat mundis tegitur et omnibus requisitis instructum est ad sacrificium missae decenter celebrandum.

Altare hoc erectum est in beneficium eccles. et habet annexa quatuor

26.

### Ministeria.

#### Primum ministerium

erectum est per olim Urielem eppum d. d. Posn. die 27. Mart. 1586 ex fundatione Ven. Thomae de Wielawieś, parochi s. Martini, pro vicariis eiusdem ecclae, cuius erectionis documentum auth. in pargameno descriptum exstat circa ecclam super fundatione sequenti:

#### Proventus huius ministerii.

1. Ex erectione census marc. 16 a summa marc. 200 in bonis villae Dopiewo maius, pro tunc haereditariis Urielis eppi, in ipsa erectione superius citata inscriptus mediorum latorum grossorum, deinde in bona Staykowo translatus, tandem de iisdem levatus et in bona villae Zutkowo dist. Costen. act. Cast. Posn. fer. VI. in crastino natalis s. Joa. Bapt. a. 1559 translatus, ubi hactenus haeret et percipitur.



2. Ultra erectionem est census a summa fl. 100 in domo lapidea magnae plateae Posn. per olim fam. Thomam Kiat Miechownik act. Advoc. Posn. fer. VI. post fest. Purific. BMV. a. 1626 inscriptus et deinde in lapideam dictam Derecka translatus. Ad praesens non percipitur, quia investigari nequit, sed inquirendus tamen est.

3. Census a summa fl. 28 in domo canonicali s. Martini et horto coram actis fundi s. Martini pridie festi s. Hedv. 1638 inscriptus. A multis annis non percipitur, sed ad praesens in lite pendet et speratur.

4. Census a summa fl. 300 ex lapidea aciali in circulo fori Posn. olim fam. Kocialkowicz translatus in bona totius synagogae Posn. et super iisdem act. Consist. Posn. die 13. Dec. 1713 inscriptus. Census iste percipitur.

5. Census a summa fl. 400 ex diversis summis particulis conflata, videlicet 1) ex summa fl. 100 foundationis olim Rev. Mathiae Pszczeven. pro anniversario in suffragium animae ipsius pro vicariis et altaristis, 2) ex summa fl. 200 foundationis olim honesti Pauli Staszkowicz, civis Posn., pro concionatore huius ecclesiae, 3) ex summa fl. 100 pro organario eiusdem ecclesiae inscripta in bonis villae Swadzim dist. Posn. act. in iudiciis terrest. Posn. fer. II. ante festum Nativ. BMV. 1640 obligatus. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

6. Census a summa fl. 230 ex diversis summis particulis conflata, vid. 1) ex summa fl. 200 foundationis olim Catharinae Niciarka pro praebendariis seu mansionaristis et vicariis huius ecclesiae cum obligatione decantandae per eosdem votivae quotannis de Assumpt. BMV. quolibet crastino Nativ. BMV. iuxta intentionem fundatricis, 2) ex summa fl. 30 foundationis olim honestae Szewczykowa pro vicariis circa praefatam ecclesiam ratione viatici ss. Eucharistiae ad infirmos deferendi in bonis villae Swadzim dist. Posn. act. in terminis terrest. Posn. fer. II. ante festum Nativ. BMV. 1645 inscriptus. Census iste percipitur et obligationi satisfit.

7. Census a summa fl. 200 foundationis olim Ven. Thomae Posnanien., mansionarii Bucovien., pro concionatore et praebendariis huius ecclesiae per medium dividendus in iisdem bonis villae Swadzim act. in iudiciis Cast. Posn. fer. II. post Dom. Judica 1642 inscriptus. Census iste percipitur.

8. Census a summa fl. 100 in lapidea domo olim Reginae Basankowna in platea Iudaeorum sita pro praebendariis ecclesiae



huius inscripta act. Advoc. et Scabin. civit. Posn. fer. III. post Dom. Oculi 1655. A multis annis non percipitur, sed omni meliori modo repetendus.

#### Obligationes huius ministerii.

1. Ex erectione superius citata tenetur plebanus s. Martini quolibet die Dom. votivam de ss. Trinit. decantare, aliis autem diebus missam de BV. cum suis clericis seu scholaribus cum additione antiphonae *Gaude Deigenitrix* etc.

2. Tenetur plebanus per erectionem fovere tres vicarios et rectorem scholae, quibus singulis de censu 16 marc. tenetur dare quotannis per duas sexagenas numeri et monetae in Regno currentis salvis obventionibus eorum consuetis. Clericis vero seu scholaribus tenetur dare duas marcas quotannis pro omnibus.

3. Quolibet die feriali et festivo decantari debet missa summa ac Vesperae de officio diei cum *Salve regina* et antiphona respectiva et versu *Haec est dies* etc. cum sua collecta ante quamlibet summam missam.

4. Vicarius, qui in septimana vacabit ab officio, tenetur pro fundatoribus et benefactoribus unam missam *Requiem* in hebdomada cum collecta *Propitiare* etc., *Deus*, cuius *miseratione* etc., *Fidelium Deus* etc. qualibet hebdomada legere.

5. Statim post processionem Dominicis diebus plebanus cum suis vicariis et clero *Absolve* cum collectis supra designatis cantare debet.

6. Totum offertorium altaris plebano obvenire debet sine participatione vicariorum et rectoris scholae, de vigiliis vero defunctorum seu salario eorundem quarta pars ad plebanum spectat, tres vero partes ad vicarios et rectorem scholae.

7. Attendentia super executione praemissorum commendatur vitricis ecclesiae praedictae nec non senioribus de fraternitate piscatorum et pauperum. Hactenus citata erectio Urielis eppi.

Obligationibus his utpote nimis onerosis non satisfacit, quarum reductio omnino procuranda est in Officio.

Ministerium hoc administratur per ipsum praepositum loci, sed sine ulla institutione, quia non est vestigium circa ecclesiam alicuius institutionis ad hocce ministerium. Ad quod fuerunt adhuc plures census inscripti in variis domibus, post quarum conflagrationem vel ruinam census deperierunt.

Secundum ministerium fundatum erat per olim Sebast. Sukienkiewicz super censu.



a summa fl. 1000 testamento officiose confecto coram act. testamentariis civit. Posn. fer. VI. in crastino festi s. Matthaei 1656 inscripta. Sed summa haec post combustionem ecclae pro fabrica eiusdem conversa est (prout testantur visitationes anteriores) et ministerium extinctum. Aequum tamen est, ut aliqua fundatoris habeatur memoria in hac eccla.

**Tertium ministerium** pro mansionariis cursum BMV. decantantibus, quorum collegii facta est erectio per olim Andr. Szoldrski eppum d. d. et actu Posn. die 9. Dec. 1644. Cuius extractum authent. exstat circa ecclam et ex eo habentur foundationes sequentes:

**Proventus huius ministerii pro mansionariis.**  
1. Ex erectione census a summa fl. 100 super domo retro ecclam s. Martini in fundo hospitalis in Lazareth honesti Nicolai Sziffander, civis Posn., in libro Resig. civit. Posn. fer. VI. ante Dom. Palmarum 1605 inscriptus. Domus haec erat conflagrata, sed deinde per fam. Szelski exaedificata, qui censum praedictum solvebat, sed iam a 5 annis non solvit.

2. Census a summa fl. 10 in horto honesti Josephi Fabri in fundo dicto Czarńkowskich sito act. Mgf. Czarńkowski a. 1616 inscriptus. Census iste ad praesens aegre investigari potest.

3. Census a summa fl. 40 super domo et horto honesti Mathiae Bogusz, lanionis super fundo canonicali s. Martini, actis eiusdem fundi canonic. die 27. Jul. 1616 inscriptus. Census iste ad praesens aegre investigari potest.

4. Census a summa fl. 100 super domo murata in platea sutorum Alb. Srodka, pellionis Posn., in libro Resig. civit. Posn. fer. VI. ante fest. s. Michaelis 1610 inscriptus. Ad praesens aegre investigari potest.

5. Census a summa fl. 50 olim in domo honorati Andr. Dziwak in platea sutorum sita act. Advoc. Posn. fer. VI. in crastino Epiphan. 1622 inscriptus. Ad praesens aegre investigari potest.

6. Census a summa fl. 100 super domo lapidea in platea ferrifabrorum fam. olim Stan. Woyciechowski, civis Posn., nunc Potarzynskich in act. Resig. civ. Posn. fer. VI. postridie Oct. Corp. Chr. 1627 inscriptus. Census iste non percipitur, sed speratur.

7. Census a summa fl. 300 testamento olim Rev. Stanislai Wyborny, huius ecclae parochi, super bonis integris Muszynskie



seu Czaplinski dictis in contiguitate villae civilis Posn. Kundorff act. Advoc. Posn. fer. IV. pridie Exalt. s. Crucis 1628 inscriptus et decreto Consist. Posn. a. 1760 die 10. Sept. lato assecuratus. Qui ad praesens percipitur.

8. Census a summa fl. 100 foundationis fam. Christophori Szamborczyk super lapidea in platea Judaica in acie act. Advoc. Posn. fer. IV. post festum s. Cathar. a. 1629 inscriptus. Census iste ad praesens aegre investigari potest.

9. Census a summa fl. 1000 primo in bonis villae Sierośław dist. Posn. de actu in terminis terrest. Posn. fer. II. post Dom. Misericordiae a. 1637 inscriptus, demum inde levatus et in bona villae Sady dist. Posn. act. in iudiciis Cast. Posn. fer. II. post festum s. Margar. 1667 translatus et super iisdem bonis assecuratus. Census iste percipitur.

10. Census a summa fl. 900 super lapidea aciali in platea aquatica olim fam. Alb. Łopinski, civis Posn., deinde Miodunskich, nunc Czochronow act. Advoc. Posn. fer. V. in crastino. s. Michaelis 1638 inscriptus, sed per commissionem Apostol a. 1746 ad quartam partem decortatus. Ad praesens percipitur uxta reductionem.

11. Census a summa fl. 1000 super bonis villae Gultowo originaliter inscripta act. Cast. Posn. fer. II. post festum Visit. BMV. 1643, deinde in bona civit. Posn. translata et in iisdem assecurata act. Consist. Posn. die 10 Oct. 1753. Census iste percipitur.

12. Census a summa fl. 3000 in bonis villae Nojewo dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margar. 1644 inscriptus. Qui ab a. 1767 non solvitur, sed iure vindicatur.

*H i o m n e s* census sunt in erectione specificati. Praeter erectionem accesserunt census sequentes:

13. Census a summa fl. 100 in domo lapidea plateae Judaeae olim Thomae Bazanek, deinde Barszczewski, ad praesens Kunowski act. Advoc. Posn. fer. III. post Dom. Oculi 1655 inscriptus et per commissionem Apost. superius specificatam in quarta parte decortatus. Census iste a multis annis non percipitur.

14. Census a summa marc. 12 in domo Jacobi Włazik fabriferrarii post aedes s. Martini iacente coram actis fundi olim Czarnkowski a. 1641 ante fest ss. Simonis et Judae inscriptus, ad praesens investigabilis.

15. Census a summa fl. 100 super domo Christophori Szamborczyk sartoris in platea Vronecen. in acie, a tergo vero



molendinum Bogdanka penes lapideam Gębicki, civis Posn., act. Advoc. Posn. fer. IV. post festum s. Cathar. 1629 inscriptus. Haec lapidea fuit deinde Czałczynskiego, nunc Przeddzieckiego. Et summa haec commissione Apost. superius citata in tertia parte est decortata. Census ita diminutus percipitur.

16. Census a summa fl. 100 in domo fam. Petri Wieprzek in platea sutorum Posn. act. Adv. Posn. a. 1590 sabb. ante festum Pentec. inscripta. Possessor ipsius fuit Wolniewicz, deinde Rajewicz, deinde Tabrzykowski, ad praesens Dybuc(?). Quae summa per commissionem Apost. in quarta parte est decortata et census non percipitur, sed speratur.

17. Census a summa marc. 12 in domo fam. olim Michaelis Orłan, suburbani Posn., post aedes s. Martini sita act. Resig. civit. Posn. fer. VI. ante fest. s. Agnetis 1627 inscriptus. Cuius domus ad praesens possessor est Valent. Chanowicz. Census iste percipitur.

18. Census a summa marc. 30 in domo murata aciali in magna platea sita, olim Lemanowskich, deinde Regulskich, ad praesens Kamfi in act. Consist. Posn. die 20. Mart. 1620 inscriptus. Item census a summa marc. 12 in eadem domo lapidea act. coram iudicio bannito civit. Posn. in libris Resig. fer. VI. ante fest. s. Thomae 1620 inscriptus. Census ab hac summa in quarta parte decortata non percipitur.

19. Census a summa fl. 400 in domo lapidea olim Dereckiego, deinde Sznaydra in platea magna sita inscripta, exposit inde levata et in bonis totius synag. Posn. act. Consist. Posn. die 2. Jan. 1725 inscripta. Census iste percipitur.

20. Census a summa fl. 2000 primitus in bonis villae Borowo inscripta, deinde in bona civit. Posn. translata et act. Consist. Posn. 1679 inscripta. Census iste percipitur.

21. Census a summa fl. 100 testamento olim Ven. Thomae Leopoliensis super domo lapidea magna in fundo parochiali s. Martini act. Consist. Posn. die 3. Apr. 1620 inscriptus. Census iste est investigabilis.

22. Census a summa fl. 300 in bonis villae Wiery dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. ante festum s. Hedvigis 1654 inscriptus, qui ad praesens non percipitur, sed iure vindicatur.

23. Census a summa fl. 300 in bonis villae Napachanie dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. post Visit. BMV. 1653 inscriptus ex testamentaria legatione olim Ven. Stanislai Czerleyski. Census iste non percipitur, sed iure vindicatur.



24. Census a summa fl. 200 in bonis villae Jaromierz et Uście dist. Costen. ex testamentaria legatione olim Agn. Karczmarzowna act. Cast. Posn. fer. II. post s. Agnetis 1651 pro mansionariis seu vicariis huius ecclae inscriptus. Census iste percipitur.

Sunt et alii census pro collegio mansionariorum in visit. Tholibov. et Zalasov. fuse recensiti, super variis aedificiis in aggere vulgo Grobla inscripti et in variis domibus lapideis civit. Posn. ac suburbiorum, verum cum aedificiis dirutis census deperierunt et amplius sunt irrepetibiles.

#### Obligationes mansionariorum.

Ex erectione super dote superius citata tenentur in hac eccla perpetuo adesse octo mansionarii presbyteri ad nutum praepositi amovibiles, qui singulis diebus officium totum BMV. cum Vesperis et Completorio inclusive cum missa votiva de Beata cum collecta Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes ad altare maius dictae ecclae (exceptis certis festis, quibus confraternitas litteratorum speciali devotione uti consuevit, nec hebdomada sancta tota) superpelliceati per se, non per substitutos quotidie decantare teneantur sub poena mulctae pecuniariae arbitrariae ad manus oeconomorum dictae ecclae consignanda pro tarde venientibus. Praepositus autem per se vel ad id substitutum negligentias notare tenetur. Quodsi vero mansionarii non existant, census illos concernentes non cedent privato commodo parochi, sed in emolumentum dictae ecclae arbitrio Lociordinarii, et parochus de illis calculum in Officio praestare tenebitur, quando fuerit requisitus. Insuper in qualibet votiva BMV. per mansionarios decantanda addenda est collecta pro fundatoribus votivarum in hac eccla de s. Anna, de s. Laurentio, de Corpore Chr., quae olim fundatae et per praesentem erectionem in officium BMV. commutatae sunt.

Obligationibus his non satisfit. Ex mansionariis nullus est ad praesens et officium BMV. a multis annis non decantatur.

#### Quartum ministerium.

Ad idem altare maius absolvitur ministerium fraternitatis litteratorum, sed hoc suo loco recensebitur, ubi capella litteratorum describetur.

#### Altare secundum

a cornu Evangelii maioris altaris situm, olim tituli Assumpt. BMV., nunc Imm. Concept. BMV. et s. Joa. Bapt., praeferens imaginem Immacul. BMV., est ligneum opere sculptorio elaboratum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro



solido constructam, cum portatili consecrato, lapide integro et salvis reliquiarum operculis. Tribus mappis etc.

Altare hoc erectum est in beneficium eccl. et in duo

### Ministeria.

#### Primum ministerium

erectum est per olim Joa. Tarnowski, eppum Posn., dd. Posn. die 10. Jul. 1598, cuius erectionis copia authent. exstat circa ecclam et act. Consist. Posn. die 13. Jan. 1621 ingrossata. Ex qua erectione habetur:

1. Census a summa aureorum hung. 100 foundationis olim Ven. Stan. Chwalszevien, altaristae Colleg. M. Magd., et alius census a summa marc. 12 eiusdem fundatoris in domo lapidea olim Adami Kornos penes lapideam fraternit. Misericordiae in platea s. Stanislai Posn. seu Adami Gierosz act. Advoc. Posn. fer. IV. ante festum M. Magdal. 1622 inscriptus. Census iste a pluribus annis non percipitur, sed iure vindicatur.

2. Census a summa fl. 50 in domo Lucae Chrysztofowicz inter pontes, alias między mosty, act. Advoc. Posn. fer. VI. ante ss. Trinit. 1625 inscriptus. Ad praesens est investigabilis. Item census a summa fl. 100 per eundem Lucam in eadem domo iisdem actis eodem anno inscriptus. Item census a summa fl. 100 testamento olim Annae Jodłowska, civis Posn., legata et in domo Jac. Wisniecki in platea currificum in acie dextra eundo ad xenodochium s. Crucis act. Advoc. Posn. fer. V. ante fest. s. Michaelis 1625 inscriptus. Super quibus censibus stetit erectio in supplementum prioris per olim Stan. Zukowski, offic. Posn., die 2. Martii 1626, cuius originale exstat circa ecclam, sed census isti omnes ad praesens sunt irrepitibiles et investigabiles.

3. Census a summa marc. 6 in duobus hortis laboriosi Alb. Kapusnik, hortulani in vico Kundorff, act. Consist. Posn. die 24. Mart. 1605 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

4. Census a summa fl. 500 testamentaria legatione olim Sim. Thaddaei Kostrzeniewicz, beneficiati huius ecclae, ad hoc altare disposita pro una missa qualibet hebdomada absolvenda in suffragium animae suae ad hoc altare. Quod testamentum est dd. 2. Jan. a. 1754 et subsequentibus annis ratificatum usque ad a. 1756 inclusive. Summa haec data est per executores dicti testamenti Splibus Annae et Ignatio Kunowskim, civibus Posn., ad manuale eorundem chyrographum dd. Posn. die 22. Maii 1756 ad triennium et act. Consist. Posn. oblata die 14. Dec. 1768, ubi



hactenus haeret haec summa, et census ab 18 annis non percipitur. Proinde iure vindicandus et approbatio huius summae in Officio procuranda est. Obligationi annexae non ex integro satisfit.

**N o t a n d u m** de summa sub No. 2 citata foundationis Annae Jodłowska, quod ex domo Wisnieckiego translata sit in domum Christophori Dalaminowicz in platea sutorum Posn. versus aedes PP. Praedicatorum inter Hyacinthi Dziwakowicz lapideolam ex una et domum Joa. Kreczek parte ab altera vicinaliter consistentem act. Advoc. Posn. fer. II. ante festum s. Matthaei a. 1645. Possessor huius domus fuit deinde Lewandowski, deinde Wernaydt aurifaber, ad praesens Nowiszewski, qui census non solvit.

**O b l i g a t i o n e s** huius ministerii in erectione primaeva expressae, sed sub actu visit. Tholibov. reductae ad unam missam quavis hebdomada absolvendam alternatim, videlicet una septimana fer. VI. de Passione Humiliavit et altera septimana de Assumpt. BMV. sabb. legendam per altaristam ad idem altare cum collecta semper pro defuncto sacerdote fundatore.

Ex supplemento erectionis tenebatur altarista quavis hebdomada missam Requiem pro defunctis fundatoribus et benefactoribus legere et insuper quolibet mense pro dotatore pariter missam Requiem. Sed sub actu superius citatae visitationis obligatio haec taliter reducta est, ut pro quolibet imperiali quatuor missae legantur pro fundatoribus auctionis dotis huius ministerii. Obligationibus his non ex integro satisfit.

**J u s** collationis huius ministerii per erectionem attributum est senioribus fraternitatis pauperum sacerdotum ecclae colleg. M. Magdal. Posn. Sed in a. 1761 die 14. Apr. per eandem fraternitatem idem ius transfusum est in personam moderni praepositi s. Martini et illius successorum in publica sessione, prout videre est in actis eiusdem fraternitatis anno et die ut supra, cum ea tamen conditione, ut presbyter, quotiescumque ad idem altare institutus fuerit, toties se dictae fraternitati praesentare teneatur ac pro lotione pedum die Coenae Dni ad eccl. colleg. M. Magdal. comparere. Quae cessio act. Consist. Posn. ingrossata est a. 1761 die 10. Julii.

**R e s i d e n t i a** erat pro altarista cum horto contiguo, sed in ultima Regni revolutione per militem Moschoviticum desolata et penitus eversa.



Altarista huius ministerii ad praesens vacat, solum per commendam gerit curam ipsius praepositus huius ecclae sibi commissam ab Officio d. d. Posn. die 8. Julii a. 1778.

Secundum ministerium eiusdem altaris erectum per olim Andr. Swiniarski, offic. Posn., de actu Posn. die 5. Maii 1651 ex fundatione olim Ven. Joa. Lawęda, parochi Jezoviensis, et Pauli Rozmarynowicz, altaristae huius ecclae, in qua erectione habentur sequentes

#### Proventus huius ministerii.

Ex erectione summa fl. 1100 ex duabus summis particulis conflata, videlicet ex prima fl. 500 fundationis olim Lawęda et ex secunda fl. 600 fundationis olim Rozmarynowicz in bonis villae Czarnotki dist. Pyzdr. act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Invocavit a. 1651 inscripta. Census iste a tribus annis non percipitur, sed speratur.

Reliqui autem census ad idem ministerium spectantes in anterioribus visitationibus descripti, siquidem super domibus in novo aggere, quae ad praesens non exstant, locati erant, desolatis iniuria temporum aedificiis deperierunt nec amplius sunt repetibiles.

#### Obligationes altaristae huius ministerii.

1. Ex quo dos huius ministerii incorporata est ad primum ministerium vigore erectionis immediate supra citatae, etiam altarista idem est pro utroque ministerio.

2. Tenetur penes eccliam hanc personaliter residere.

3. Tenetur singulis hebdomadis per annum duo sacra absolvere, unum quidem votivam de s. Angelis Custodibus cum collecta pro anima Pauli sacerdotis, alterum vero Requiem pro anima Joannis sacerdotis.

4. Tenetur ex censu praedicto septem fl. dare pro cereis et aliis necessitatibus altaris.

5. Non debet agere concionatorem, qui ob idem munus officio altaristae satisfacere non possit.

Obligationibus his non ex integro satisfit, quia census dimidiatus percipitur. Reductio tamen obligationum procuranda est in Officio.

Jus patronatus est idem ac in primo ministerio ac idem altarista, cuius nunc vices obit praepositus.

#### Altare tertium

sub titulo ss. Petri et Pauli in eadem regione situm, imaginem BMV. Częstochov. praeferens, est ligneum, vetus, nigro colore



depictum. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili consecrato, lapide integro, sed non satis munito reliquiarum operculo. Tribus mappis etc.

Altare hoc erectum est in beneficium eccles. per olim Joa. Powodowski, praepos. et administr. sede vacante eppatus Posn., d. d. Posn. die 10. Julii 1575 pro sacristiano huius ecclesiae ex fundatione Pauli Gorgon, de novo aggere suburbani Posn., cuius erectionis copia exstat circa eccliam, originale vero in act. Consist. Posn.

#### Proventus huius altaris.

1. Census a summa fl. 100 per olim fam. Paulum Gorgon in domo sua et horto in novo aggere inscriptus in ipsis litteris inscriptionis sub eodem actu, sed ad praesens post desolatam domum investigabilis.

2. Ultra erectionem census a summa fl. 50 in domo fam. Andr. Rzymiski, suburbani Posn., et super fundo suo versus eccliam s. Martini sito inter fundum quondam Orzechowskie dictum ab una et lapideolam Lucae Gorecki ex altera parte vicinaliter sita act. Advoc. Posn. die 28. Aug. 1625 inscriptus. Possessor ad praesens huius fundi fam. Gofek. Census tamen ab immemorabili non percipitur.

3. Census a summa fl. 20 in domo et horto Joa. Zoraw, nunc Hanowiczowa viduae act. Advoc. Posn. fer. VI. ante fest. s. Barthol. 1622 inscriptus. Census iste non percipitur, sed speratur.

4. Census a summa fl. 100 in domo lapidea in platea sutorum olim Martini fimbriarii inter domos Dni Grzybowski ab una et Nic. Szamarzewski, sutoris Posn., parte ab altera vicinaliter sita act. Advoc. Posn. fer. IV. in vig. s. Barthol. 23. Aug. 1628 inscriptus. Census iste aegre investigari potest.

5. Census a summa fl. 100 in domo Barth. sartoris Jargoniewicz in eodem fundo monialium s. Benedicti inter domum Jac. Wlaziak ex una et Valent. pistoris parte ab altera vicinaliter sita act. fundi regulae s. Benedicti fer. VI. die 24. Apr. 1637 inscriptus. Census iste non percipitur.

6. Census a summa fl. 1000 foundationis olim Rev. Adami Szrzenenii in bonis villae Rogaczewo dist. Costen. act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Conductus 1654 inscriptus. Census a 30 fere annis non percipitur, sed iure vindicandus est.

7. Census a summa fl. 30 foundationis olim Sophiae Drostka in domo sua lapidea in platea Judaica inscriptus act. Advoc.



Posn. sabb. pridie Dom. Cantate 1612. Ad praesens non percipitur, sed requirendus est.

8. Census a summa fl. 50 in domo Gregorii Włodarczyk sub arce Posn., dicta na Podgorzu, act. Advoc. Posn. fer. VI. post Exalt. s. Crucis 1622 inscriptus, ad praesens ininvestigabilis.

9. Census a summa fl. 18 per olim Stan. Opatka super lapidea sua in platea aquatica act. Resig. civit. Posn. fer. VI. post s. Agn. 1609 inscriptus. Ad praesens aegre investigari potest.

10. Census a summa marc. 12 in domo et horto providi Joa. Zoraw in suburbio Posn. versus eccliam s. Martini sito act. Advoc. Posn. fer. VI. post Dom. Invocavit 1623 inscriptus. Ad praesens aegre investigari potest.

11. Census a summa fl. 50 in domo olim honesti Joa. Słowikowski in suburbio Posn. fundi canonicalis act. eiusdem fundi fer. III. post Dom. Judica 1641 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

12. Census a summa fl. 50 in area olim Stan. Zaczek fundi canonicalis inter aream Joa. doleatoris ab una et aream desertam Adalb. Kędziora sutoris parte ab altera vicinaliter sita act. fundi canonicalis s. Martini pridie Dom. Palmarum 1633 inscriptus. Census iste non percipitur.

13. Census a summa fl. 50 in domo et fundo olim Laur' Brocki, suburbanus s. Martini, inter domos Ven. olim Andreae Wilczkiewicz, pleb. s. Mart., et Alb. Mankiewicz, civis Posn., in fundo canonicali sita in contractu resignatorio huius domus 1682 die 13. Apr. act. fundi canonicalis suburbii s. Martini ingrossato recognita. Cuius domus possessor fuit deinde Alb. Huyczky. Census iste non percipitur, sed iure vindicatur.

14. Census a summa fl. 50 in domo et fundo Joa. Rogoski inter domos Franc. Kostarski et Mathiae Wronka, civium Posn., in fundo Lazareth, Wenetowo nuncupato, sita in contractu resignatorio huius domus a. 1700 die 30. Jan. actis eiusdem fundi hospitalis Lazareth ingrossato recognita. Census iste non percipitur.

15. Census a summa fl. 50 in domo lapidea seu fundo Jos. Jagielowicz, deinde Simonis Padwicki, ad praesens viduae Opolska inscriptus, sed actus inscriptionis deest et census non percipitur.

Reliqui census in aedificiis novi aggeris inscripti cum iisdem desolatis deperierunt.



### Obligationes altaristae.

1. Ex erectione superius citata tenetur altarista duas missas qualibet hebdomada ad idem altare legere, unam de Passione Humiliavit cum Evangelio Egressus Jesus singulis feriis VI. cum collectis, alteram vero, quam voluerit, pro fundatoribus defunctis huius altaris. Item tenetur ad hanc eccliam residere, praepositis in omnibus licitis et honestis obedire, parochianis praesertim ex fraternitate s. Mariae in administratione sacramentorum diebus solemnioribus ex voluntate parochi inservire, processionibus et thurificationibus superpelliceatus cum aliis sacerdotibus adesse, thesaurum ecclae et apparatus conservare, cui campanator in rebus ad officium suum pertinentibus obedientiam praestare debet.

2. Ex ratione census 2. loco positi tenetur singulis mensibus votivam de Concept. BMV. pro defunctis fundatoribus et in die festi s. Andreae celebrare quotannis.

3. Ex ratione census 4. loco positi tenetur altarista in qualibet missa collectam pro fundatoribus adiungere.

4. Ex ratione census 7. loco positi tenetur tres missas quolibet quartuali absolvere pro fundatrice huius census.

5. Ex ratione census 8. loco positi tenetur vigiliis et missam cantatam cum baccalaureo, cantore et campanatore quotannis celebrare et insuper duas missas legere quolibet anno pro anima fundatoris ac unum florenum ex censu praedicto pro cereis ad eccliam dare.

Obligationibus his plane non satisfit, quia census non percipiuntur.

Jus collationis huius altaris per erectionem pertinet ad seniores fraternitatis s. Mariae in hac ecclia erectae, cum consilio tamen et voluntate plebani.

Per erectionem datur facultas plebano pro tempore existenti praesentatum legitime presbyterum gratis ad altare hoc instituendi et investiendi servatis omnibus de iure servandis.

Residentia fuit pro altarista, sed in ultima Regni revolutione per militem Moschoviticum diruta et solo aequata est.

Altarista a multis annis nullus est ob defectum congruae sustentationis.

### Altare quartum

in eadem regione situm, effigiem sculptam Christi crucifixi praefrens, est ligneum, sculptum, depictum et sparsim deauratum.



Mensam habet de muro solido constructam cum portatili consecrato etc.

Altare hoc erectum est in beneficium eccl. per olim Andream eppum Posn. die 16. Nov. a. 1454 ex fundatione fraternitatis pauperum in hac eccla erectae. Erectionis originale conservatur circa ecclam.

Proventus huius altaris.

1. Census marc. 4 in erectione expressus, sed actus inscriptionis non specificatur pro dote altaristae. Ad praesens est investigabilis.

2. Census a summa marc. 12 per olim Joa. Zoraw in domo sua versus ecclam s. Martini in fundo civili sita act. Advoc. Posn. Dom. Invocavit 1623 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

3. Census a summa fl. 30 in domo olim Alexandri ferri-fabri act. fundi hospitalis Lazareth fer. II. 14. Oct. 1641 inscriptus. Census ad praesens non percipitur, sed iure vindicatur.

4. Census a summa fl. 50 in domo Joa. Nizio, ad praesens Pelczynskiego act. fundi hospitalis Lazareth fer. II. post Dom. Reminiscere 1633 inscriptus et decreto Consist. Posn. die 20. Mart. 1743 lato recognitus ac adiudicatus. Ad praesens non percipitur.

5. Census a summa fl. 100 in domo lapidea circuli fori olim Samuelis Wąsowski, ad praesens Joa. Paschalski lanionis act. Advoc. Posn. fer. V. post s. Lucae 1638 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

6. Census a summa fl. 100 foundationis olim fam. Stan. Woyciechowski in lapidea sua in platea serrifabrorum, ad praesens Potarzynskich act. Advoc. Posn. fer. VI. ante ss. Trinit. 1626 inscriptus et per commissionem Apost. superius citatam de a. 1740 in quarta parte decortatus. A pluribus annis non percipitur, sed omni meliori modo vindicandus.

7. Census a summa fl. 50 per olim Simonem Baran in domo sua villae civilis Kundorff, ad praesens Christophori Schultz hortulani act. Advoc. Posn. fer. II. post Dom. Judica 1642 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

8. Census a summa fl. 60 per olim fam. Reginam Morawska super domo sua lapidea in platea Judaica act. Advoc. Posn. a. 1655 inscriptus. Census iste ad praesens aegre investigari potest.



9. Census a summa fl. 15 in domo Alberti Pielucha fundi monialium s. Benedicti act. oppidi Wenetowo 1614 inscriptus, 406  
ad praesens aegre investigari potest.

10. Census a summa fl. 50 in horto olim Joa. Groszek, Morešzkowski nuncupato, penes viam ab eccla s. Martini in vicum Musza Gora tendentem consistente act fundi can. s. Martini fer. V. post fest. s. Francisci 1620 inscriptus, quem fundum occupat ad praesens Petrus Rydwald hortulanus et censum non solvit.

11. Census a summa fl. 50 in domo et fundo Ambrosii Janik act. fundi canonic. s. Martini fer. V. post fest. s. Francisci 1626 inscriptus, ad praesens aegre investigari potest, translatus in domum Mathiae Florkowski in platea piscatorum.

12. Census a summa fl. 80 in domo Joa. Merk lapidea penes pontem eundo in plateam pileatorum act. Advoc. Posn. 1627 inscriptus. Item census a summa 10 marc. in eodem fundo, iisdem actis a. 1638 inscriptus. Sed modo in hoc fundo est propugnaculum et census non percipitur.

13. Census a summa fl. 200 foundationis olim Andr. Obara in lapidea Evae Bazankowa in platea Judaica act. Advoc. Posn. 1637 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

14. Census a summa 12 marc. in domo et horto in suburbio versus ecclam s. Martini inter domum Konieczkowy ex una et Annae Pasternaczka parte ab altera sito, sed actus inscriptionis deest. Ad praesens census iste est investigabilis.

15. Census a summa fl. 50 foundationis olim Rev. Joa. Opalenica in domo et horto olim Mathiae Karaś act. Consist. Posn. 1662 die 13. Maii inscriptus. Ad praesens aegre investigari potest.

16. Census a summa fl. 100 testamentaria legatione olim Annae Kwiatkowska ad hoc altare disposita, prout videre est in act. testamentorum Advoc. et Scabin. Posn. de a. 1704 die 9. Dec. Census iste ad praesens aegre investigari potest.

17. Census a summa tynf. 100 ex domo Marszałkiewiczow levata et in domum Robaszkiewiczow na Piekarach in fundo Lazareth inter vicinitates Valentini Chanowicz ab una et honesti Reys parte ab altera sitam translata cum hac securitate, ut pro casu desolationis domus tota summa debeat reddi ad manus altariae, et evictionem eiusdem cavit fam. Petrus Witkiewicz, proconsul iurisdictionis Lazareth, quondam Wenetowo dictae, act. eiusdem iurisdictionis die 16. Mart. 1759. Census non percipitur, sed speratur.



18. Census a summa fl. 80 super domo et horto Petri Iglarz in platea vici piscatorum Castri Posn. act. Consist. Posn. die 25. Maii 1644 inscriptus. Ad praesens aegre investigari potest.

19. Census a summa fl. 100 in domo et fundo fam. Gregorii Janowicz in suburbio in platea s. Adalberti eundo de civitate ad eccliam Carmelitarum Discalceatorum a sinistris inter sepimentum horti eiusdem conventus ab una et domum Joa. Kmi-dowicz parte ab altera vicinaliter sita act. Advoc. Posn. fer. III. ante fest. s. Hedvigis die 11. Oct. 1701 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

20. Census a summa fl. 100 manuali chyrographo olim Joa. Josephi Fletowicz, civis Posn., act. fundi monialium s. Benedicti 1683 die 2. Oct. roborato recognitus et assecuratus super domo et horto suo, nunc Sulkowskiego linitextoris. Ad praesens non percipitur.

21. Census a summa fl. 100 per Gasparum Januszewski, suburbanum iurisdictionis s. Martini Posn., in domo sua in suburbio Posn. inter vicinitates Thomae Golek ex una et altera parte olim Dunajewskich, nunc Laur. et Magdal. Pytlewskich sita act. Consist. Posn. 1770 die 10. Oct. inscripta foundationis Rochi Bukowicz. Census iste non percipitur.

22. Census a summa fl. 500 ex legato olim Gener. Ma-riannae Załęska super lapidea Apolloniae Cichowiczowa in platea Vratislav. eundo ex eadem platea in plateam transversalem, columbina dictam, a manu dextra acialiter ex opposito similis lapideae acialis Nob. Rorerowa act. Consul. Posn. fer. II. festo s. Hedvigis 15. Oct. 1770 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

23. Census a summa fl. 326 et gr. 20 super lapideola Adalb. Gierłowski lanionis in plateola quondam institarum salcearum eundo ex foro coronario in eandem plateolam a manu dextra acialiter in vicinitate armamentarii civilis vulgo Cekauss sita act. Consul. Posn. fer. II. festo s. Hedv. die 15. Oct. 1770 inscriptus. Census iste a tribus annis non percipitur, sed speratur.

24. Census a summa fl. 90 foundationis olim Gener. Mariannae Załęska super lapidea Georgii Helbing, antiquitus Ha-sławska, deinde Zaywertowska dicta, in platea cerdonum penes pontem eundo ad Summum Posn. a dextris sita act. Consist. Posn. die 29. Martii 1751 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

25. Census a summa fl. 100 testamento olim Barbarae Czołanska legata super domo Joa. Georgii Frey pictoris in platea parva cerdonica eundo ad eccliam PP. Bernardinorum act.



Advoc. Posn. fer. VI. ante Dom. Jubilate die 7. Maii 1756 inscriptus. Ad praesens percipitur.

26. Census a summa tynf. 100 foundationis eiusdem Barb. Czolanska in domo Mart. Hantuś pannicidae eundo ex platea magna ad pontem Chwalszew. versus lapideam Celstai dictam in vicinitate fossae civilis ad molendinum magnum tendentis act Advoc. Posn. fer. V. post Dom. Jubilate 13. Maii 1756 inscriptus. Ad praesens percipitur.

Reliqui census ad idem altare in anterioribus visitationibus specificati, in domibus, quae dirutae sunt, inscripti cum ruina earundem deperierunt.

### Obligationes altaristae.

1. In erectione expressas obligationes reduxit primo Mathias Łubienski eppus sub actu visitat. huius ecclae de a. 1618, deinde reduxit Alb. Tholibowski eppus sub actu visitat. a. 1662, iste ad unam missam qualibet fer. VI. absolvendam de Passione pro fundatoribus, ille ad unam missam singulis quartualibus absolvendam.

2. Ex ratione census sub 15. positi tenetur altarista quatuor missas Requiem annuatim absolvere pro anima Joa. Opa-lenica sacerdotis.

3. Ex ratione census sub 21. positi tenetur quinque missas annuatim pro anima Magdalenae Bukowiczowa absolvere.

Pro reliquis censibus obligationes non sunt ordinatae, quia summae non sunt approbatae in Officio.

4. Tenebatur item altarista missas 20 annuatim legere pro anima Andr. Obara ex ratione census sub 13. positi, sed ad praesens investigabilis.

5. Ex vi erectionis tenetur plebanum temporibus Adventus et Quadragesimae in excipiendis confessionibus adiuvare, divinis officiis singulis Dom. et festis interesse ac in summis festivitatibus plebano ad altare ministrare, sacramenta parochianis administrare nonnisi de voluntate plebani, psalteria quoque aut vigiliis parochianorum nonnisi de licentia eiusdem legere et honorem eidem exhibere.

Obligationibus his plane non satisfiit ob defectum altaristae et census multos deperditos.

Jus patronatus huius altaris per erectionem pertinet ad communitatem fratern. pauperum.



*Residentia* pro altarista est de ligno in statu miserrimo, asseribus ligneis cooperta, ex qua nunc inquilinatum percipit fraternitas fl. 24.

*Altarista* ad praesens nullus est, sed ipse praepositus loci administrat hoc altare.

## 27. **Confraternitas pauperum**

adnexa est huic altari, adhuc ante illius erectionem in hac ecclesia erecta, sed litterae erectionis non sunt neque de statutis illius aliquam notitiam acquirere potuimus adeo, ut pene nomen inane prae se ferat neglecta praedecessorum observantia, solum in albo confratern. tres obligationes descriptas reperimus: 1) Susceptus in fraternitatem eleemosynam pro necessitatibus altaris fraternitatis in cistam reponat et, quoad vixerit, quotannis id fieri curet, 2) funeri confratris aut sororis accepta notitia adsit ac, sive praesens sive absens sit, Deum oret pro eo in particulari, 3) in communi pro defunctis confratribus aut sororibus quovis tempore, sive intra sive extra missae sacrificium, praesertim vero cuiuslibet anni Quatuor temporibus, tum in crastino Exalt. s. Crucis orandum erit, eo quod tunc specialem pro iisdem fraternitas consuevit peragere devotionem.

*Statuta* haec (licet nesciatur, a quonam fuerint approbata) utcumque observata fuerunt ad a. 1777, ad praesens plane non observantur.

### *Proventus huius confraternitatis.*

1. Est domus lignea prope caemeterium s. Martini in statu ruinoso ad confraternitatem hanc pertinens, ex qua eadem ab inquilinis percipit census annuum fl. 15, contractibus manualibus de a. 1718 die 11. Martii et a. 1744 die 14. Oct. pro hac confraternitate recognita, et ultimus contractus approbatus est per Officium 1745 die 18. Jan.

2. Census a summa marc. 4 testamento olim Reginae Kawczyzna confraternitati legata in fundo Lucae Gorecki seu Thomae Weinrich prope ecclesiam s. Martini consistente inscriptus et contractu venditorio huius fundi 1649 die 16. Apr. actis in platea Wenetowo iurisdictionis hospitalis Lazareth inito recognitus, ad praesens Przybylski. Census investigabilis.

3. Habet haec confraternitas proventum insuper ex corbona ad altare s. Crucis, ex collectis confratrum et eleemosynis. Qui expenduntur pro necessariis ad altare, pro missis quartualibus in suffragium animarum confratrum.



Rationes perceptarum et expensarum huius fraternitatis reperimus conscriptas ab a. 1734 usque ad a. 1777 inclusive et inter has reperitur census ex inquilinatu. Ab eo autem anno nullus calculus est redditus, quem tamen sub actu visitationis nostrae urgemus.

Sessiones confraternitatis huius solebant celebrari de anno in annum, in quibus seniores eligebantur et calculum reddebant de perceptis et expensis, una cum quietatione. Sed a duobus annis neglectae sunt.

Album huius confraternitatis habetur circa eccliam, sed inordinatissime descriptum.

Promotor illius ad praesens nullus est.

De noviter reperto documento ad altare s. Crucis legata est summa fl. 50 testamento olim Simonis Xięski in a. 1760 die 5. Dec. confecto ad altare s. Crucis in fundationem ex domo et fundo dicti testatoris. Cuius fundi ad praesens est possestrix Agnes Sobanska, quae censum non solvit.

### **Altare quintum**

in eadem regione versus aquilonem situm, imaginem s. Annae matris BMV. praeferens, translatum a gradibus capellae litteratorum, ad ianuam ecclae noviter exstructum, est ligneum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili etc.

Altare hoc erectum erat in beneficium eccles. per olim Joa. Lubranski eppum a. 1513, quae erectio conservatur in archivo Capituli Cath. Posn., ex fundatione olim Ven. Thomae de Wielawieś, par. s. Martini, qui pro presbytero concionatore ac confessore Germanico 100 aureos hung. in fundationem reliquit. Sed ad praesens huius summae nullum exstat vestigium, solum iuxta anteriores visitationes fertur hanc fundationem recepisse Patres S. J., ut eadem officia obirent. Tamen ultra erectionem (quae non exstat circa eccliam) habet hoc altare fundationes sequentes:

Proventus huius altaris.

1. Census a summa fl. 100 in fornice pannicidarum inscriptus act. Consist. Posn., sed de anno et feria non constat ob amissam obligationem. Possessor deinde fuit Hakiewicz. Qui census ab immemorabili non percipitur.

2. Census a summa fl. 200 per dispensatores civit. Posn. cum consensu eiusdem act. Advoc. Posn. pridie Exalt. s. Crucis 1628 inscriptus. Ad praesens non percipitur, sed haud negligendus.



3. Census a summa fl. 100 in bonis villae Napachanie dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. VI. in crastino s. Martini 1649 inscriptus. Census iste a pluribus annis non percipitur.

4. Census 1 marc. in domo olim honesti Ulrych Hossae in platea cerdonum inscriptus, sed de actu non constat et census ad praesens est investigabilis.

5. Census a summa fl. 100 testamento olim honestae Annae Kwiatkowska act. testamentorum Advoc. Posn. 1704 die 9. Dec. ad hoc altare dispositus et in domo sua relictus. Ad praesens est investigabilis.

6. Census a summa fl. 40 foundationis olim Annae Proszkowa in domo olim Mathiae Bogusz ac horto act. fundi canonic. s. Martini die 27. Jul. 1616 inscriptus pro votiva ad altare s. Annae qualibet fer. III. decantari solita et pro sacerdotibus cursum BMV. decantantibus. Census iste non percipitur, sed requirendus est.

7. Census a summa fl. 200 testamento olim Ven. Stan. Wyborny, parochi huius ecclae, a. 1624 in vig. s. Nicolai confecto coram notario Apost. et aliis testibus ad hoc altare disposita, sed nescitur, ubinam deinde locata, cum obligatione absolvendi quavis hebdomada alternatim, semel votivam de ss. Trinit. et deinde missam Requiem iuxta intentionem fundatoris. Census iste ad praesens est investigabilis et obligationi non satisfit.

De obligationibus altaristae non constat ob carentiam erectionis.

Altare hoc fuit antea contubernij pileatorum vulgo kapeluszników, sed a multis annis hoc contubérnium est dispersum.

Altarista a multis annis deficit ob defectum congruae sustentationis.

### **Altare sextum**

in capella laterali eiusdem regionis situm, imaginem Annunt. BMV. praeferens, est ligneum, depictum et sparsim deauratum, opere sculptorio elaboratum. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili consecrato etc.

Altare hoc erectum est in beneficium eccles. a. 1570 die 22. Martii, sed erectio non exstat circa ecclam. Ex visitationibus tamen anterioribus constat illud per fraternitatem fabrorum fundatum fuisse, collationis seniorum dictae fraternitatis una cum parcho, ac per erectionem incorporatum est concionatori huius ecclae.



Proventus huius altaris pro concionatore.

1. Census a summa fl. 100 in lapidea olim Alb. Kostrzewski et Herman, deinde Christoforski in platea Judaica act. Advoc. Posn. 1571 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

2. Census a summa fl. 300 foundationis olim Ven. Stan. Wyborny pro concionatore huius ecclae disposita ex domo Jos. Zembowski, deinde Kociałkiewicz in bona totius synag. Posn. translatus act. Consist. Posn. 1713 die 13. Dec. Et in eadem inscriptione sub eodem actu est census a summa fl. 100 ad altare s. Annae spectans, ab eodem fundatore dispositus, qui pariter percipitur.

3. Est census in Swadzim pro concionatore sub 1. ministerio maioris altaris No. 5 citatus, qui percipitur. Et insuper alter ibidem citatus sub No. 7.

4. In fundo canonic. s. Martini in domo olim Adami Niezgoda inscriptus est census a summa marc. 12, sed actus inscriptionis ignoratur et census videtur esse investigabilis.

5. Census a summa marc. 12 in domo olim Thomae Weinrich ac in horto, deinde Ven. Andreae Wilczkiewicz, concionatoris huius ecclae, contractu resignatorio huius domus actis in platea Wenetowo iurisdictionis hospitalis Lazareth die 16. Apr. 1649 recognitus pro concionatore huius ecclae. Possessor huius fundi ad praesens Przybylski, qui censum non solvit.

Reliqui vero census pro altarista et concionatore in anterioribus visitationibus citati, in variis aedificiis inscripti cum ruina horum aedificiorum prorsus deperierunt et ad praesens sunt irrepetibiles.

Obligatio altaristae.

1. Verbum divinum tenetur praedicare in hac ecclae diebus Dom. et festivis.

2. Ratione census sub 2 positi tenetur quovis mense duas missas legere ad hoc altare, unam de Passione cum praelectione historiae Passionis s. Joannis, alteram de Assumpt. BMV. addendo in utraque collectam pro anima fundatoris.

3. Ratione census sub 3 positi tenetur legere unam missam in mense pro anima fundatoris. Item tenetur commendare animas fidelium def., praesertim animas Thomae et Stanislai sacerdotum.

4. Tenetur missas votivas quartuales pro contubernio fabrorum in eadem capella decantare.



5. Juxta visit. Tholibov. concionator huius ecclae ob tenuitatem proventuum commendarium ex antiquo agebat hospitalis s. Lazari.

Obligationibus his non satisfit.

#### Altare septimum

a cornu Epistolae maioris altaris situm prope sacristiam, imaginem ss. Fidei, Spei et Caritatis et s. Sophiae praeferens, est vetus ligneum, parvum; mensam habet de muro solido constructam sine portatili et sine requisitis aliis ad celebrandum, ex quo ibi non soleat celebrari missae sacrificium. Erectionem et foundationem nullam habet.

#### Altare octavum

in eadem regione situm, imaginem s. Apolloniae praeferens, est ligneum, sculptum, depictum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili consecrato etc. Altare hoc nullam erectionem habet, solum foundationes sequentes:

##### Proventus huius altaris.

1. Census a summa fl. 300 foundationis olim Sztorkowskich in domo lapidea Koper sutoris, deinde Dąbrowicz inscripta, sed actus inscriptionis deest et census non percipitur ob incuriam, sed investigandus est. Obligatio autem illi annexa est absolventi 5 missas annuatim ad idem altare pro animabus fundatorum, cui obligationi non satisfit.

2. Census a summa fl. 1000 testamento olim Nob. Stan. Lorkowski ad hoc altare disposita et in bonis totius synagog. Posn. die 13. Mart. 1714 act. Consist. Posn. inscripta, sed nondum approbata in Officio et nullae obligationes sunt ordinatae. Census percipitur. Recursus tamen habendus ad Officium pro disponendis obligationibus.

Altare hoc administrat ipse praepositus.

#### Altare nonum

in eadem regione situm, imaginem s. Angeli Custodis praeferens, est ligneum, depictum, opere sculptorio elaboratum et sparsim deauratum. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili consecrato etc.

Altare hoc erectum est in beneficium eccles. per olim Felicem Mietlicki, offic. Posn., de a. 1659 die 5. Maii, cuius erectionis originale conservatur circa ecclam, super foundatione



olim Ven. Pauli Rosmarynowicz et fam. Simonis Proszek, civis Posn.

Proventus huius altaris.

1. Ex erectione census a summa fl. 1200 in bonis villae Napachanie dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. post Visit. BMV. 1653 inscriptus. A pluribus annis non percipitur.

2. Census a summa fl. 300 super lapidea olim Reginae Jaroszewiczowna in platea bedellica inter Petri serrifabri ab una et Gener. Alexandri Poninski parte ab altera alias Stanislai Mastkowicz sita act. Consul. Posn. fer. V. ante fest. ss. Simonis et Judae 1646 inscriptus. Census iste non percipitur, sed inquirendus est.

4. Ultra erectionem census a summa fl. 100 foundationis Reginae Mastkowa ad hoc altare disposita et in bonis Swadzim inscripta pro vicariis, iam sub primo ministerio altaris maioris N. 6 recensita, a qua census percipitur.

Obligationes altaristae.

1. Ex erectione tenetur altarista quavis hebdomada fer. IV. sacrum Requiem pro anima fundatoris vel alias (dum per rubrum non licebit) per applicationem absolvere.

2. Tenetur singulis quartualibus anniversarium pro anima eiusdem fundatoris, videlicet unum Nocturnum cum Laudibus, sacrum cantatum cum schola absolvere.

3. Tenetur processionibus et thurificationibus ac aliis divinis officiis superpelliceatus adesse et diebus solemnioribus in excipiendis confessionibus fidelium praepositum adiuvare.

Obligationibus his non ex integro satisfit, quia census non ex integro percipitur.

Jus patronatus huius altaris post extinctam lineam fundatorum per erectionem attributum est praeposito huius ecclesiae.

Altarista a pluribus annis nullus est, sed ipse praepositus loci administrat hoc altare.

28.

### Capella litteratorum

supra sacristiam est de muro solido constructa cum aditu ex ecclesia per scalam muratam, cratibus ferreis clausa, cum fornice pariter murato, opere antiquo constructo, cum pavimento lateritio, cum parietibus non bene compactis et ruinam minitantibus, cum tribus fenestris vitris effractis, cum scamnis nonnullis et armariis vetustioribus. In ea sunt altaria quinque sequentia:





### Altare decimum

in fronte huius capellae situm, imaginem Assumpt BMV. praeferens, est ligneum, vetus, depictum. Mensam habet de muro solido constructam cum portatili consecrato etc.

Altare hoc erectum est in duo ministeria.

### Primum ministerium

erectum olim per Gasparum Hap, administratorem eppatus Posn., d. d. Posn. 14. Jul. 1612, cuius erectionis copia solummodo exstat circa ecclam.

#### Proventus huius ministerii.

1. Ex erectione census a summa fl. 100 in bonis villae Mrowino Capituli Posn. act. Cast. Posn. fer. III. post Dom. Jubilate 1591 inscriptus et in domum Adami Janowicz, sartoris civis Chwalsz., translatus 1690, sed actus translationis deest et census ad praesens non percipitur.

2. Census a summa fl. 100 in domo lapidea Martini Giec, lanionis civis Posn., act. Advoc. Posn. fer. II. pridie Concept. BMV. 1609 inscriptus. Haec lapidea domus est in platea Vratislav. Census hic ad praesens aegre investigari potest.

3. Census a summa fl. 20 in domo lapidea Joa. Chroszczewski in circulo Posn. sita act. Advoc. Posn. sabb. ante ss. Trinit. 1598 inscriptus. Ad praesens est investigabilis, sed inquirendus.

4. Census a summa marc. 6 in domo Alb. Siestrzeński in platea canonicali post s. Martinum actis eiusdem fundi canonic. fer. VI. ante Dom. Laetare 1579 incr. Ad praesens est investigabilis.

5. Census a summa marc. 6 in domo Dorotheae Gaszczyna in fundo can. s. Martini sita actis eiusdem fundi feria et anno ut immediate supra inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

6. Census a summa marc. 12 in lapidea Adami Skrabolowicz in platea sutorum sita act. Advoc. Posn. fer. II. post ss. Trinit. 1612 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

7. Census a summa marc. 20 in domo Petri Klocek, deinde Joa. Zmuda in platea Wenetowo iurisdictionis hosp. Lazareth actis eiusdem fundi fer. VI. ante Dom. Rogationum 1612 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

8. Census a summa aureorum hung. 100 pro erigendo altari praedicto per Ven. olim Mathiam a Poniec act. Consist. Posn. 1576 die 9. Jul. inscriptus. Ad praesens est investigabilis.



Ultra erectionem in anterioribus visitationibus adnotatur census a summa fl. 500 in domo lapidea Joa. Richter, civis Posn., in platea Vratislav. act. Advoc. Posn. fer. IV. post Exalt. s. Crucis 1642 inscriptus, quae lapidea fuit deinde Gener. Kierskich. Census ad praesens aegre investigari potest.

9. Census a summa fl. 50 fundat. Evae Kucharzewa seu potius Hedv. Ciesimięski in bonis olim Stan. Machiniewicz, nunc Champlewicz in fundo monialium s. Benedicti sitis actis eiusdem fundi die 14. Apr. 1622 inscriptus. Ad praesens non percipitur, sed speratur. Ex qua summa 25 fl. dispositi sunt pro frater. pauperum s. Crucis testamento olim Stan. Machiniewicz act. Consist. Posn. 1676 die 30. Oct. approbato.

10. Census a summa fl. 100 fundat. olim Annae Wałdowska in domo Annae Bazankowa in platea Judaica act. Consist. Posn. 5. Mart. 1640 inscriptus. Ad praesens aegre investigari potest.

11. Census a summa marc. 10 in domo Alb. Granat sive Grabatowicz in suburbio s. Martini fundi Lazareth sita act. Advoc. Posn. fer. VI. ante Dom. Misericordiae 1619 inscripta. Cuius possessor fuit deinde Kłosek. Ad praesens aegre investigari potest.

12. Census a summa fl. 300 in domo lapidea Joa. Klaus, deinde Petri Kaliski in platea aquatica Posn. foundationis olim Ven. Martini Orzałek, paenit. Cath., act. Consist. Posn. 19. Sept. 1624 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

13. Census a summa fl. 100 fundat. olim Reginae Mastkowa in bonis Jacobi Majewicz fundi Czarnkowskich actis eiusdem fundi 4. Sept. 1644 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

14. Census a summa fl. 200 foundationis olim Jac. chartularii et Hedv. Gorecka in bonis olim Samuelis Lasowski, deinde Wąsowski, deinde Chakiewicz, praesertim in lapidea aciali fori Posn. act. Advoc. Pos. sabb. post festum Corporis Chr., videlicet 7. Junii 1744 inscriptus. Possessor huius lapideae est nunc Joa. Paschalski. Census non percipitur, sed speratur.

15. Census a summa fl. 50 in bonis Joa. Groszek, in horto olim dicto Moreżzkowskie actis fundi can. s. Martini fer. IV. post s. Laurent. 1614 inscriptus. Ad praesens huius fundi est possessor Petrus Rydwald hortulanus, qui censum non solvit.

16. Census a summa fl. 20 foundationis Elisabeth Fantka in bonis Andr. Buzik, deinde Reginae Sobotka in platea piscato-



rum actis contubernii piscatorum 1638 post Praesent BMV. inscriptus. Ad praesens investigabilis.

17. Census a summa fl. 50 in bonis Pauli figuli, suburbani s. Martini, alias na Nowych Ogrodach act. Advoc. Posn. fer. VI. in vig. ss. Simonis et Judae 1617 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

18. Census a summa fl. 20 in domo Joa. Podgorczyk in suburbio s. Martini fundi Lazareth act. Advoc. Posn. fer. VI. ante fest. s. Lucae 1614 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

19. Census a summa fl. 50 in bonis Agnetis Trzeskowiczowa act. Advoc. Posn. fer. V. ante Dom. Palmarum 1616 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

20. Census a summa fl. 100 in domo Joa. Kornowczyk, incolae fundi Lazareth, inscripta, sed actus inscriptionis nescitur. Ad praesens investigabilis.

21. Census a summa fl. 100 in domo Agnetis Kozłowska, deinde Krolbaska fundi dispensatorum civit. Posn. act. Advoc. Posn. 1637 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

22. Census a summa marc. 20 in domo Kantorowe dicta nad Dunaykiem inscriptus, sed actus inscriptionis ignoratur et census videtur esse investigabilis.

23. Census fl. 3 in domo Alexandrowe dicta inscriptus inter domum Alb. Iglarz et Joa. sutoris. Cuius domus possessor fuit deinde Xięski seu Narboszynski, sed actus inscriptionis ignoratur et census non percipitur.

24. Census a summa marc. 12 in domo olim Mathiae Swietek fundi can. s. Martini actis eiusdem fundi pridie s. Matthaei 1628 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

25. Census a summa fl. 50 in domo olim Nic. Makowiecki, deinde Gaspari Woyciechowski fundi monialium s. Benedicti actis eiusdem fundi 14. Apr. 1622 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

26. Census a summa fl. 100 in domo Jacobi Busko, postea Grzybek sive Dobrzynski in fundo monialium s. Benedicti actis eiusdem fundi 1644 inscriptus. Ad praesens possidet hanc domum Sulkowski, qui censum non solvit.

27. Census a summa fl. 100 in domo lapidea olim Adami Reuter, dicta Tylowska, in platea magna act. Consist. Posn. 1662 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

28. Census a summa fl. 100 in domo Casimiri Dobiesz, ad praesens Petri Rydwald hortulani in fundo canonicali actis



eiusdem fundi 1683 inscriptus, sed feria ignoratur. Ad praesens non percipitur.

29. Census a summa marc. 20 in fundo Matthaei Wiciek, deinde Gregorii Rospecki seu in domo fundi monialium s. Benedicti post eccliam s. Martini sita pro votiva decantanda quotannis de s. Nicolao act. eiusdem fundi 1642 inscriptus. Sed haec summa dicitur fuisse inde levata et in cancellaria Consist. Posn. deposita, ubi aliquo fato deperiit, et census ad praesens est investigabilis.

30. Census a summa fl. 100 in domo Mathiae Robakowicz acicularii in fundo Lazareth actis eiusdem fundi 1692 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

31. Census a summa fl. 150 in bonis villae Naramowice dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Jubilate 1582 inscriptus et decreto Cast. Posn. fer. II. post Dom. Jubilate 1718 adiudicatus foundationis Ven. Mathiae a Poniec. Tamen a multis annis non percipitur.

32. Census a summa marc. 10 in domo Blasii Kozak pellionis in fundo civili post s. Martinum sita inscriptus, sed actus inscriptionis nescitur et census aegre investigari potest.

33. Census a summa fl. 21 in fundo Alb. Zurek, acicularii fundi Lazareth, deinde Libowicz, ad praesens Sobanska viduae inscripta, sed actus inscriptionis ignoratur et census non percipitur.

34. Census a summa fl. 20 in domo olim Reginae Sobotha in Rybaki inscripta, sed actus inscriptionis ignoratur et census non percipitur.

35. Census a summa fl. 600 foundationis Ven. Nicolai Szrzenenii in bonis villae Rogaczewo dist. Costen. act. Cast. Posn. feria II. post fest. Nativ. Dni 1652 inscriptus cum obligatione legendi missam quovis sabbatho per altaristam primi ministerii in eadem capella et decantandarum litaniarum in ea per cantorem et organarium ad intentionem fundatoris. Ex quo censu cantori et organario fl. 20 quotannis provenire debent iuxta ordinationem fundatoris et approbationem Lociordinarii. Census iste in lite est et a pluribus annis non percipitur. Obligationibus etiam non satisfiit.

36. Census a summa fl. 600 foundationis olim Francisci Stolecki figuli super bonis synagogae Posn. act. Administr. sede vacante eppatus Posn. die 8. Oct. 1720 inscriptus, ex domo lapidea honorati Nadalinski translatus, pro missis cantandis dispositus, sed numerus illarum ignoratur, qui ex primaeva



inscriptione investigandus est. Census iste percipitur et obligationi non satisfit.

37. Census a summa fl. 200 foundationis olim Lucae Kapusta pro altarista huius ministerii et altaris Cwiklinskich in bonis villae Napachanie dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. VI. in crastino s. Martini 1649 inscriptus. Census iste non percipitur.

38. Census a summa fl. 60 in domo olim Hedvigis, viduae defuncti mariti Matthaei sutoris, fundi hospitalis Lazareth actis eiusdem fundi fer. II. post Dom. X. post Pentec. die 18. Aug. 1642 inscriptus. Haec domus fuit deinde Tokarskich. Ad praesens census non percipitur.

39. Census a summa fl. 50 foundationis Agnetis Pokorowiczowa in domo et horto mariti sui fundi s. Martini dispensatorum civit. Posn. act. Consist. Posn. 9. Julii 1677 inscriptus pro absolvendis missis pro anima fundatricis, quarum numerus non specificatur in inscriptione. Census non percipitur et obligationi non satisfit.

40. Census a summa fl. 200 in bonis Pauli Budziszzyk, suburbani Posn., in vico Gaski sitis foundationis olim Nob. Elisabeth. Sztorkowska act. consul. Posn. fer. II. post Dom. Cantate 1737 inscriptus. Cuius domus possessor fuit deinde Nob. Brukwicki. Ad praesens non percipitur.

41. Census a summa fl. 100 ex lapidea quondam Reiterowska, ex post Tayfrowska, nunc Langoska in magna platea sita cum consensu Officii levata et super lapidea Nob. Felicis Meysner, civis Posn., in platea bedellica sita inscripta actis curiae Eppalis 31. Maii 1765. Quae est eadem cum summa sub 26 hic superius posita. Census non percipitur.

42. Census a summa fl. 50 in horto Stan. Zaczek in fundo can. s. Martini sito actis eiusdem fundi Dom. Palmarum 1623 inscriptus. Cuius domus possessor est nunc Josephus Przybylski. Non percipitur, sed iure vindicatur.

43. Census a summa fl. 100 super domo et horto Mariannae Pieczętkowiczowa in suburbio s. Martini iurisdictionis canonicalis sita inscripta act. Consist. Posn. 27. Febr. 1742, ex domo lapidea quondam Plesniewiczow plateae Vratislav. deportata. Possessor nunc huius domus in fundo canonicali est Lipiecki figulus. Census non percipitur.

44. Census a summa fl. 100 testamento olim Reginae Fabiskiewiczowa, figuli Posn. consortis, legata act. testam. civit.



Posn. in festo ss. Petri et Pauli 1641, sed nescitur in quibus bonis inscriptus. Ad praesens investigabilis.

45. Census a summa fl. 1000 foundationis Snopkowskich in domo lapidea in platea serrifabrorum transversali Joa. Jasniewski sutoris, nunc Słowikowski act. Consul. Posn. fer. III. post Dom. Cantate 16. Maii 1770 inscriptus cum obligatione, ut altarista in quavis missa litteratorum ultra animas fratrum et sororum dictae confraternitatis animas Joannis, Theresiae et Constantiae in Memento habeat. Census iste ab actu inscriptionis non percipitur, quia per successores disputatur.

46. Census a summa fl. 20 testamento olim providi Mathiae Bac, suburbani Posn. de Musza Gora, pro quatuor missis quotannis celebrandis pro anima testatoris act. testam. civit. Posn. fer. III. post festum OOSS. 1620 inscriptus, sed nescitur in quibus bonis, et ad praesens est investigabilis.

Obligationes altaristae primi ministerii.

1. Ex erectione tenetur altarista per se vel suum substitutum votivam de Assumpt. BMV. cum collecta pro confraternitate singulis diebus Dom. et festis BMV., item Nativ. Dni, Circumcis., Epiphan., Paschae, Ascens., Pentec., Dedic. ecclae et sacelli, Transfig. Dni et s. Martini nec non aliis solemnioribus festis statim post maturum sacrum decantare, cui duo vicarii plebanales deservire debent.

2. Plebanus cum vicariis eiusdem ecclae quovis quartuali post absolutam votivam fraternitatis cantare debet missam Requiem pro defunctis ratione offertorii.

3. Altarista duas missas quavis hebdomada, unam pro vivis fratribus et benefactoribus cum collecta pro peccatis ipsorum, aliam pro defunctis in ipsa fraternitate legere tenetur; circa ecclam residere, plebano in licitis et honestis obedire, processionibus et thurificationibus superpelliceatus adesse cum aliis sacerdotibus et in excipiendis confessionibus parochum adjuvare, sodales litteratos in processionibus pluviali indutus comitari tenetur.

Obligationibus his non satisfit praeter primam.

Jus patronatus huius ministerii per erectionem attributum est senioribus fraternitatis litteratorum.

Altarista ad praesens nullus est neque ulla residentia pro eo, curat tamen praepositus celebrari diebus festivis missam litteratorum per quemcunque sacerdotem.



Capella haec litteratorum consecrata fuit per Andream Rychlicki, suffrag. Posn., a. 1609, prout in antiquo libro ecclae inter proventus altaris litteratorum legitur.

Secundum ministerium huius altaris erectum olim per Joa. de Zalesie Baykowski, suff. et offic. Posn., d. d. Posn. 19. Dec. 1633 ex fundatione Ven. Ambrosii Jascii, Colleg. M. Magd. praepositi. Cuius erectionis copia exstat circa ecclam et ex ea habentur foundationes sequentes:

Proventus huius ministerii.

1. Ex erectione census a summa fl. 600 foundationis Ven. Ambrosii Jascii in domibus tribus cum stabulo, horto et pomario a tergo earundem in platea piscatorum usque ad diluvium Wartae circa molendinum Krypa dictum, tum in prato Grochowskie dicto act. Cast. Posn. sabb. in crastino natalis s. Joa. Bapt. 1633 inscriptus per Nob. Joa. Chrosciejewski et Albertum, eorundem bonorum haeredem et possessorem. Census iste nunc non percipitur, quia fundus fuit desertus, et ad praesens aegre investigari potest.

2. Census a summa fl. 100 per Simonem Proszek, incolam in fundo canonic. ad s. Martinum, in horto Moreşzkowski dicto penes viam ab eccla s. Martini ad viam Musza Gora tendentem act. Advoc. Posn. eiusdem fundi ipso die 11 000 Virg. 1630 inscriptus. Possessor nunc est Petrus Rydwald et censum non solvit.

3. Census a summa fl. 100 foundationis olim Reginae Jemielina per Joannem Podgórzyk in domo sua act. Vice-Advoc. plateae Wenetowo iurisdictionis fundi Lazareth 29. Aug. 1633 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

4. Census a summa fl. 200 foundationis fam. Blasii per seniores fraternit. litteratorum super laterificio fundi can. s. Martini actis eiusdem fundi fer. V. post fest. s. Luciae 1633 inscriptus. Haec summa dicitur fuisse translata in lapideam Joa Paschalski in circulo fori Posn., et census non percipitur.

5. Census a summa fl. 50 foundationis olim Hedv. Koniczkowa per Alexandrum fabrum in domo sua in platea dicta Wenetowo fundi Lazareth act. Viceadv. eiusdem plateae fer. II. in vig. ss. Simonis et Judae 1631 inscriptus. Qui forte est idem cum censu sub primo ministerio huius altaris No. 23 specificato et ad praesens est investigabilis.

6. Census a summa fl. 50 foundationis Hedv. Gorecka actis fundi can. s. Martini in laterificio fraternitatis litteratorum fer. V.



post festum s. Luciae 1633 inscriptus. Census ad praesens investigabilis, quia laterificium non exstat.

7. Census a summa fl. 50 testamento olim Andr. Uszko sartoris ad hoc ministerium dispositus et in domo Martini Biały in platea Wenetowo iurisdictionis hospitalis Lazareth actis eiusdem fundi fer. III. post Dom. Reminiscere 1635 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

Ultra erectionem sunt census sequentes :

8. Census a s. fl. 200 in domo quondam Przybylskiego, ad praesens Sobanskiego fundi Wenetowo inscriptus, sed actus inscriptionis ignoratur. Census ad praesens non percipitur, sed speratur. (Assecuratus contractu officioso 11. Jul. 1771).

9. Census a s. fl. 300 in domo lapidea quondam Chelmy, deinde Dąbrowicza, nunc Czayczynskiego in magna platea Posn. sita inscriptus, sed actus inscriptionis ignoratur, census tamen percipitur.

10. Census a s. fl. 100 foundationis olim Nob. Elis. Sztorkowska super domo Henrici Elkie in suburbio in vico Piaski sita act. consul. Posn. fer. II. post Dom. Cantate 1737 inscriptus pro dote altariae. Ad praesens est investigabilis.

11. Census a summa fl. 200 in domo Budziszczyk eundo ad eccliam Corporis Chr. in platea Piaski sita inscriptus foundationis olim Spect. Elis. Sztorkowska, sed actus inscriptionis deest. Census non percipitur, sed speratur.

12. Census a s. fl. 100 in domo quondam Danajewskich, deinde Pytlewskiego, ad praesens Neymana in platea Wenetowo fundi Lazareth sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest, census tamen percipitur.

13. Census a s. fl. 50 in domo quondam Cwoydzinskiego, ad praesens Borkowicza pistoris ad manuale chyrographum locata in fundo can. s. Martini, sed actus inscriptionis deest, census tamen percipitur.

14. Census a s. marc. 10 in domo Valent. Chanowicz ex opposito caemeterii veteris s. Martini sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest. Census ad praesens non percipitur.

15. Census a s. fl. 50 in domo Gaspari rotificis Januszewicz olim Wrona inscriptus in fundo s. Lazari sita, sed actus inscriptionis deest et census non percipitur ob inopiam possessoris.

16. Census a s. fl. 100 in domo Grabicki fabrimurarii pro musicis in festo Assumpt. BMV. conducendis in fundo



hospitalis Lazareth sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest. Census non percipitur, sed speratur.

17. Census a s. fl. 100 testamento olim Simonis Xięski ad hoc ministerium legata a. 1760 die 5. Dec. confecto super domo sua in fundo Lazareth sita relictus et contractu venditorio huius domus actis eiusdem fundi confecto die 11. Jul. 1771 assecuratus. Ad praesens non percipitur.

#### Obligationes altaristae secundi ministerii.

1. Ex erectione quolibet die Dom. et festo tenetur altarista post concionem missam celebrare addita collecta pro peccatis benefactorum et fundatorum, praesertim Ambrosii sacerdotis. Quodsi vere nullum festum occurrerit in aliqua hebdomada, tenetur sacrum Requiem pro fundatoribus et benefactoribus praeterea absolvere ultra sacrum die Dom. celebrandum.

2. Tenetur tempore Quadragesimae sub tempus passionis Dom., item in Adventu diebus Dom. et festis intra missam Rorate exhortationes ad confratres facere.

3. Tenetur festis ss. Sebastiani, Rochi et Bennonis in eadem capella missam celebrare cum exhortatione ad populum, circa eccliam semper personaliter residere, processionibus, thurificationibus, invitatoriis ac aliis officiis divinis in hac ecclia superpelliceatus adesse, praeposito in licitis et honestis obedire.

Obligationibus his non satisfit, quia census fere non percipiuntur.

Jus patronatus huius ministerii per erectionem attributum est senioribus tam spiritualibus quam saecularibus fraternitatis litteratorum.

Domus pro altarista fuit olim lignea inter domos plebanalem ab una et organarii parte ex altera sita in fundo canonicali ex testamentaria legatione olim Ven. Mathiae a Poniec donata act. Consist. Posn. die 16. Dec. 1601 cum obligatione absolvendi unam missam quavis hebdomada alternatim, semel de s. Mathia cum collecta pro defuncto donatore et altera hebdomada Requiem pro defunctis. Sed haec domus incursionibus bellorum devastata est, ad praesens non exstat et obligationi non satisfit.

Altarista ab aliquot annis nullus est.

#### Confraternitas litteratorum

erecta in hac capella ab a. 1503, sed litteras primaevae erectionis non habet, solum copias ordinationum ipsius boni regi-



minis duas continet, primam per olim Andr. Opalinski, alteram per olim Joa. Tarnowski, eppos Posn., confectas. Litterae tamen illarum originales et authent. non exstant circa ecclam.

**S t a t u t a** illius confecta per olim Ven. Mathiam Viniaricium a Poniec de suscipiendis in fraternitatem, de senioribus eligendis, de infirmis visitandis, de officiis divinis explendis, praesertim de assistendo per confratres missae votivae de Assumpt. BMV. et eadem per confratres decantanda singulis Dncis et festis, de cereis in divinis officiis praeferendis, de comitatu per fratres et sorores ss. Sacramenti ad infirmos deferendi, de comitatu funeris confratrum, de officio mortuorum quovis quartuali explendo, de eleemosynis per confratres in subsidium confraternitatis erogandis, de indulgentiis confratribus concessis et ceteris ad bonum regimen spectantibus a. 1570 fer. II. Pentec. et per supradictum Joa. Tarnowski eppum approbata ad praesens vix aliqua debite observantur refrigescente primaeva caritate.

**Proventus huius confraternitatis.**

1. Laterificium cum horto versus Strzelnicza situm cum domo murata pro sacerdote fraternitatis ex opposito campanilis circa semitam, qua itur ad ecclam, penes domum plebanalem muratam ex fundatione Mathiae, pleb. s. Martini, act. Consist. Posn. 25. Maii 1584 pro confraternitate litteratorum inscriptum. Sed a multis annis est desolatum et locus recognosci non potest.

2. Census a summa fl. 500 in bonis villarum Jaromierz et Uście dist. Costen. pro fabrica et necessitatibus capellae litteratorum act. Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Agnetis 1651 inscriptus. Ad praesens percipitur.

3. Census a summa fl. 100 in bonis olim seu in domo Lepiarski, ad praesens Kulisiejewicz sartoris post ecclam s. Martini act. Consist. Posn. 6. Mai 1678 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

4. Census a summa fl. 100 ex legato quondam Chano-wicza in lapidea fam. Alb. Gierłowski lanionis in plateola quondam institarum salcearum eundo ex foro coronario in eandem plateolam a manu dextra acialiter in vicinitate armamentarii civilis vulgo Cekaŭs sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest. Census tamen percipitur. *Żenpha*

5. Census a summa fl. 100 in domo Maychrowicz sutoris, ad praesens Chyłkowski in suburbio s. Martini sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest. Census tamen percipitur.



6. Census a summa fl. 100 in domo Lankiewicz in Chwalszewo sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest. Ad praesens non percipitur, sed repetendus est.

7. Census a summa fl. 100 in domo Marszałkiewicz in suburbio s. Martini sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest, et census a pluribus annis non percipitur.

8. Summa fl. 200 in domo Marszałkiewicz manuali eiusdem chyrographo inscripta coram teste oculato Luca Pelczynski d. d. Posn. 8. Julii 1762 dato. Quae summa haeret adhuc in eadem domo et debitor dicit per reductionem monetae dimidium ex ea summa se perdidisse. Ad praesens neque summam neque censum solvit.

9. Census a summa fl. 50 in domo fam. Cathar. Opolska in fundo hospitalis s. Lazareth sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest, census tamen percipitur.

10. Census a summa fl. 50 in domo Antoni Borkiewicz in fundo can. s. Martini sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest, census tamen percipitur.

11. Census a summa fl. 1000 in bonis totius oppidi Chwalszewo chyrographo manuali inscripta pro confrat. litteratorum d. d. Chwalszewo 7. Sept. 1763 per plenipotentes ad hunc actum destinatos per decretum oppidi Chwalszewo act. eiusdem Advoc. sabb. ante ss. Trinit., die scil. 28. Maii 1763 latum, vigore cuius decreti debebat officiose inscribi haec summa per confrat. mutuo data prout etiam vigore decreti commissionis Officii de actu in capella fraternitatis litteratorum s. Martini 9. Nov. 1771 lati. Hactenus tamen haec summa non est officiose inscripta et census ab aliquot annis non percipitur. Procuranda etiam est approbatio in Officio huius summae.

12. Census a summa fl. 500 per confrat. litter. mutuo data in domum Tabrzykowskiey lapideam in circulo fori sitam ad manuale chyrographum, quod circa ecllam non exstat, sed eius mentio facta est in decreto commissionis Officii superius immediate citato. Census iste in lite pendet. Et siquidem ultimae duae summae ex proventibus confraternitatis, praesertim ex inquilinatu lapideolae (quae ad praesens non exstat sub tempus ultimae hostilitatis diruta) propinationem cerevisiae in se olim continentis sunt accumulatae et nondum officiose inscriptae, proinde decreto eiusdem commissionis statutum est, ut seniores iunctim cum praepto et promotore altaris procurata earundem officiosa inscriptione pro impetranda approbatione et ordinatione officiorum divi-



norum ad Consistorium Posn. recursum faciant, cui decreto hactenus non est satisfactum per incuriam.

13. Census a summa fl. 400 manuali chyrographo per fam. Mich. Czekanowski pro confrat. litter. assecurata et decreto iudicii curiae eppalis 2. Dec. 1765 recognita, ex qua summa praep. s. Martini titulo cuiusdam bonificationis expensarum et pro absolutis missis litteratorum levavit et appropriavit sibi propria auctoritate fl. 150, licet alia fuerit fundatio pro missis litteratorum. Reliquum vero istius summae haeret apud fam. Theresiam Czekanowska, sed nulla officiosa inscriptione firmatum et ad vindicandum difficile, quia non est par solvendo.

14. Summa fl. 100 testamento olim Ogradowicz pro calice argenteo comparando disposita, per Ven. Jos. Smętniewicz uti executorem testamenti olim Ven. Pauli Talarkiewicz, altariatae litterat., ad aerarium confraternitatis disposita praevia manuali quietatione seniorum eiusdem confraternitatis d. d. Posn. 7. Aug. 1765, pro qua summa calix hactenus non est comparatus. Proinde seniores frater. tenentur huic menti fundatoris satisfacere et calicem comparare.

15. Summa fl. 170 gr. 22 $\frac{1}{2}$  restans ex primitiva summa fl. 355 gr. 7 apud fam. Snopkowski et Sobanski olim haerens et decreto commissionis Officii de a. 1771 die 9. Nov. lato adjudicata ad persolvendum ad aerarium confrat. litterat. Ex qua totali summa Sobanski sibi obtinuit fl. 90 titulo nonnullarum praetensionum iuramento confirmatarum, item Jll. Grochowski commissario dati sunt in honorarium fl. 18, pro missis litteratorum fl. 76 gr. 12. Quae summa restans haeret in thesauro seniorum confraternitatis, census tamen a summa primitiva superius exposita (dempto iam persoluto ad a. 1772 et in illam computato) debetur a successoribus Sobańskiego confraternitati litteratorum. Et residuum primitivae summae hic superius expositum haeret apud seniores eiusdem fraternitatis.

16. Census a summa fl. 50 in domo olim Laur. Kądkowicz in fundo hospitalis Lazareth sita pro confraternitate litteratorum inscriptus actis eiusdem fundi a. 1650 et contractu venditorio huius domus actis in platea Wenetowo iurisd. hospitalis Lazareth 14. Apr. 1650, item alio contractu actis eiusdem fundi 11. Jan. 1660 inito assecuratus. Possessor huius domus fuit deinde Barthol. Foytowicz. Ad praesens census iste non percipitur, sed speratur.



17. Est praeterea pro confraternitate area sive fundus desertus, Potulicki dictus, in fundo can. ad aedes s. Martini consistens per olim Rev. Mathiam Zielezinski, par. s. Martini, officiosa transfusione coram act. Cast. Posn. fer. III. post festum s. Andreae 1631 facta cum omni cessione iuris sui donatus. Ad praesens iste fundus est in possessione canonici fundi s. Martini.

18. Praeterea habet haec confraternitas proventum accidentalem ex collectis confratrum et eleemosynis quolibet quattuali contribui solitis.

Proventus isti expendi solent pro necessariis altaris, pro festivitibus, pro missis litteratorum.

Rationes perceptarum et expensarum huius confraternitatis reperimus conscriptas ab a. 1728, sed ultimis his annis inordinate et negligenter, et ab a. 1775 deficientes ob defectum proprii altaristae seu promotoris, ob defectum pariter seniorum, cuius disordinis causa et origo fuit continua altercatio inter praepositum loci, altaristas et oppidanos. Proinde sub actu visitationis nostrae calculum pro annis neglectis recepimus, seniores novos elegimus et ordinationem opportunam circa administrationem proventuum huius confraternitatis fecimus, quae recensebitur inferius sub titulo Vitrici.

Sensiones confraternitatis solebant fieri quolibet anno in crastino Assumpt. BMV., in quibus calculum reddebant de perceptis et expensis seniores, novi eligebantur et reliqua ad bonum fraternitatis ordinem spectantia expediebantur. Quae omnia ab aliquot annis neglecta sunt, omnino tamen reassumenda.

Album huius fraternitatis nullum reperimus circa eccliam, quod tamen omnino comparari debet.

Promotor illius ab aliquot annis nullus est.

#### Altare undecimum

in capella litteratorum situm, imaginem s. Rochi praeferens, est vetus, ligneum, depictum. Mensam habet muratam cum portatili consecrato etc. Erectionem et foundationem nullam habet, solum altarista litteratorum secundi ministerii tenetur festo s. Rochi ad idem altare missam celebrare cum exhortatione ad populum ex vi suae erectionis superius specificatae.

#### Altare duodecimum

in eadem capella situm, imaginem s. Bennonis praeferens, est ligneum, vetus, depictum. Mensam habet muratam cum portatili



lapide consecrato, sed iam violato, proinde ad celebrandum non adhibendo. Tribus mappis sat mundis tegitur etc. Erectionem non habet, est tamen fundatio census a summa fl. 100 per olim Simonem Prosek in bonis olim Joa. Groszek, praesertim in horto Moreżkowski nuncupato in fundo can. s. Martini sito actis eiusdem fundi 1630 ipso die 11000 VV. inscriptus pro lectore ad hoc altare cum obligatione absolvendi qualibet Dom. novilunii missam unam pro amovenda peste vel pro detentis in purgatorio animabus fratrum confraternitatis litteratorum. Census iste percipitur et obligationi non satisfit. Possessor huius fundi ad praesens est Petrus Rydwald hortulanus.

#### Altare decimum tertium

in eadem capella situm, imaginem s. Sebastiani praeferens, est ligneum, vetus, depictum. Mensam habet muratam, utitur portatili consecrato etc. Erectionem et fundationem nullam habet.

#### Altare decimum quartum

in eadem capella situm, effigiem Crucifixi praeferens, est ligneum, vetus. Mensam habet ligneam sine lapide portatili et sine aliis requisitis, quia ibi non solet celebrari. Erectionem et fundationem nullam habet.

29. Altaria haec prout et tota eccla imaginibus sat decenter depictis ornantur, quarum nulla pro gratiosa est recognita auctoritate publica.

30.

#### **Fundationes pro missis.**

1. Census a summa marc. 100 in bonis villae Krzesiny dist. Posn. per Nob. Stan. Krzesinski act. Cast. Posn. fer. VI: in vig. s. Jacobi 1592 inscriptus honor. Mathiae a Poniec, pleb. s. Martini, et eius successoribus. Ad praesens percipitur.

2. Census a summa marc. 100 in iisdem bonis villae Krzesiny per Nob. Petrum Czacki et Cath. Krzesinska act. Cast. Posn. fer. V. in crastino Circumcis. Dni 1597 inscriptus. Qui uterque census decreto iudicii Cast. Posn. fer. II. post fest. s. Margar. a. 1763 et a. 1774 subalterno decreto adiudicatus ad praesens percipitur.

Obligatio pro his censibus per Ven. Mathiam a Poniec, fundatorem illorum, coram act. Cast. Posn. sabb. post fest. Trium Reg. 1598 iniuncta est, ut ex iis erigeretur praebenda seu sacellania vel lectura missarum in eccla s. Martini pro sacerdote ex familia Winiarzewiczow vel conterraneis Ponecen-



sibus, qui teneretur duas missas in hebdomada absolvere, unam missam de s. Mathia Ap. vel de s. Adalberto vel de s. Martino alternatim cum collectis ad id aptis appositis, alteram vero missam defunctorum pro sacerdotibus et benefactoribus sive fundatoribus, parentibus et propinquis omnibusque fidelibus defunctis. Praeterea idem sacerdos tenebatur habere curam et onus exactionis censuum per eundem fundatorem pro scholaribus studiosis assignatorum iuxta dispositionem act. Advoc. Posn. anno eodem factam. Pro cuius mansionem idem fundator aream cum domibus duabus et fornace pro coctura lateris per se comparatam inter plebanatum et olim Valent. Ganczarz uxoris domum in fundo can. s. Martini circa eccliam sitam donavit et in perpetuum assignavit. Jus patronatus huius sacellaniae sive lecture idem fundator famato Adamo Winiarzewicz, fratri suo, post mortem autem suam seniori natu successor et propinquiori ex genealogia Winiarzewiczow discreto vel in aliqua dignitate ecclesiastica aut saeculari constituto reservavit. Pro dote autem huius sacerdotis ad superius citatos census etiam census in bonis Naramowice inscriptum No. 31 sub proveniuntibus primi ministerii capellae litteratorum recensitum adiunxit. Nescitur tamen, quo facto haec tota dispositio non est approbata hactenus in Officio neque erectio super praemissis confecta. Obligationibus istis non satisfacit.

3. Census a summa fl. 200 in domo lapidea quondam Liskiewiczow in platea Judaica Posn. sita inscriptus pro fraternitate pauperum s. Crucis et decreto consul. Posn. die 24. Mart. 1779 lato adiudicatus et in contractu emptionis huius lapideae per fam. Einszpor in pretio eiusdem recognitus. Census iste speratur.

4. Census a summa originali fl. 260 ad altare s. Crucis in domo et horto fam. Andr. Penak hortulani, incolae Kundorf. olim inscripta et mediante decreto commissionis Apost. inter civit. Posn. ac censualistas ecclesiasticos die 27. Maii 1740 lato ad summam 130 fl. reducta et decortata, quam summam ita decortatam praepositus modernus levavit cum assecuratione locationis eiusdem in bonis mundis, prout quietatio eiusdem officiosa act. Advoc. et Scabin. Posn. facta sabb. ante fest. s. Andreae, die scil. 28. Nov. 1778 edocet, cum consensu Officii d. d. 8. Jul. anno eodem. Haec summa haeret adhuc apud praepositum et obligationes eidem annexae ignorantur.



5. Census a summa fl. 80 ex bonis Petri Sebastianczyk reempta in domo et horto Jacobi Płaczkowicz ferrifabri, oppidani in Łacina, pro decantanda votiva de s. Joa. Bapt. quotannis act. Consist. Posn. die 10. Jun. 1675 inscriptus pro anima olim Ven. Joa. Opalenica. Quam domum ad praesens possidet virgo ex communitate dicta Konwencianki Hedvigis Grodzka et censum non solvit.

6. Census a summa fl. 100 in lapidea olim Christophori Szamborczyk, nunc Przeddziecki in platea Vronec. sita et inter proventus mansionariorum sub 8 specificata pro votiva s. Laurentii quavis hebdomada decantanda dispositus. Ad praesens speratur census et obligationi non satisfit.

7. Census sub No. 18 inter proventus mansionariorum specificatus fundatus est pro votiva s. Annae qualibet hebdomada fer. III. absolvenda cum collecta pro defuncto Thoma sacerdote. Item pro votiva ipso die festo s. Jacobi quovis anno celebranda cum collecta pariter pro eodem defuncto Thoma sacerdote. Census iste non percipitur et obligationi non satisfit.

8. Census a summa fl. 40 in domo olim Martini Daniszewski in platea pileatorum Posn. sita act. Consist. Posn. die 7. Aug. 1720 inscriptus pro cursu BMV. decantando. Ad praesens non percipitur et obligationi non satisfit.

9. Census a summa fl. 200 super macello murato in platea Vratislav. Posn. sito olim Agnetis Pietruszyna alias Kaczmarka testamento eius officiose confecto act. test. civit. Posn. fer. IV. post festum s. Lucae 1647 inscriptus pro votiva de s. Andrea quolibet festo ipsius decantanda, item pro votiva decantanda quolibet festo s. Agnetis et in crastinum anniversario cum missa Requiem decantando per totum clerum cum collecta pro anima Andreae et Agnetis. In eodem testamento recognita est summa marc. 3 in domo eiusdem testatricis haerens ad hanc eccliam inscripta ex censu annuo in platea magna novi aggeris. Census iste non percipitur et obligationi non satisfit.

10. Census a summa fl. 300 inclusa in summa originali fl. 1100 testamento olim Ven. Stan. Wyborny a. 1624 in vig. s. Nicolai confecto, cuius originale exstat circa eccliam, pro votiva Corporis Chr. qualibet fer. V. in hac ecclia decantanda cum prosa, cum pulsu organi et campanarum post sacrum maturum super agris Muszynskie seu Czaplinskie dictis civit. Posn. inscriptus et decreto Consist. Posn. die 21. Jul. 1749 adiudicatus. Ad praesens percipitur et obligationi non satisfit.



Insuper ratione huius census et alterius inter proventus mansionariorum sub No. 7 specificati tenentur iidem mansionarii et vicarii in quolibet sacro maturo de BMV. addere collectam pro anima Stanislai sacerdotis, parentum et benefactorum eius. Praeterea quilibet ex illis quolibet mense sacrum Requiem legere debet cum simili collecta pro anima fundatoris. Insuper totus clerus huius ecclae sub tempus votivae Corporis Chr. post elevationem *Salve regina* decantare debet, celebrans autem addere collectam pro anima fundatoris Stanislai sacerdotis. Obligationibus his non satisfit.

11. Census a summa fl. 100 testamento olim providi Mathiae Bać actis testamentorum civit. Posn. fer. III. post OOSS. 1620 officiose confecto inscriptus pro votiva de s. Mathia quolibet anno decantanda iuxta intentionem testatoris. Census iste ad praesens est investigabilis et obligationi non satisfit.

12. Census a summa fl. 200 ex horto olim Bałdzewskiego in platea piscatorum existente in domum fam. Urbanski, deinde Klossowski, ad praesens Kaudowskiey viduae translatus act. Cast. Posn. 1729 inscriptus. Sed inscriptio deest et obligationes eidem annexae ignorantur et census nunc non percipitur.

13. Census a summa fl. 100 in domo olim Laur. Maycherczyk in fundo Lazareth sita act. eiusdem fundi die 16. Junii 1640 inscriptus. Sed inscriptio deest, obligationes ignorantur et census non percipitur.

14. Census a summa fl. 300 super domo lapidea olim Joa. Klaus in platea aquatica sita act. Advoc. Posn. fer. VI. postridie oct. Corporis Chr. 1627 inscriptus, sed inscriptio deest, obligationes ignorantur et census est investigabilis.

### 31. Fundationes pro anniversariis.

1. Census a summa fl. 100 testamento olim Ven. Stan. Wyborny, par. huius ecclae, dispositus super domo lapidea Zembowskich in circulo fori Posn. in acie sinistra versus plateam Vratislav. sita, deinde in synag. Posn. translata a. 1714. Census iste percipitur, ratione cuius tenetur totus clerus huius ecclae die 16. Nov. cuiuslibet anni vigilias defunctorum et sacrum cantatum Requiem nec non quilibet eorum lectum sacrum pro anima Stanislai sacerdotis et suorum benefactorum peragere. Obligationi huic non satisfit. Primaeva autem inscriptio huius summae facta fuit act. Advoc. Posn. fer. II. ante fest ss. Simonis et Judae 1627.



2. Ex visitat. Zalasowski recensetur anniversarium quolibet quartali absolvendum pro anima Adami sacerdotis ex censu fl. 24, cuius ad praesens nullum exstat vestigium, et obligationi non satisfit.

3. In eadem visitatione recensetur anniversarium in vig. s. Nicolai absolvendum pro anima Adami Sokoł piscatoris, sed fundatio ipsius ignoratur et obligationi non satisfit.

4. Anniversarium quolibet anno peragendum pro anima Rev. Mathiae Pszczevensis, pro quo fundatio specificata est sub primo ministerio maioris altaris No. 5.

Ceteras autem obligationes in hac eccla ex causa tenuitatis proventuum Andreas Szoldrski eppus in cursum BMV. quotidie in hac eccla decantandum commutavit, prout testatur visitatio Zalasov. Verum decantatio eiusdem ab annis fere 9 cessavit in hac eccla.

### 32. Proventus pro ecclesia.

1. In visitat. Zalasov. recensentur proventus in variis aedificiis Novi aggeris, stara Łacina, inter Pontes, in platea Gaski olim inscripti, sed haec aedificia partim incendio partim vetustate temporis consumpta sunt et census deperierunt. Quorum etiam inscriptiones non specificantur.

2. Ex eadem visitatione habetur census apud Jakobek in platea piscatorum a summa fl. 30. Nunc haec domus desolata est et census investigabilis.

3. Ex eadem visitat. in fundo s. Martini apud Ambrosium campanatorem fl. 50 inscripti ex censu annuo, qui ad praesens est investigabilis.

4. Ex eadem visitat. in fundo Lazareth apud Joa. Podgoczyk census a summa fl. 24 ad praesens investigabilis.

5. Census a summa fl. 300 testamentaria legatione olim Ven. Stan. Wyborny pro vino ad hanc ecclam, pro oleo lampadis nocturno tempore fovendae, pro cereis ad sepulchrum Dni in hebdomada sancta in bonis civit. Posn. quondam Muszynskie, nunc Czaplinskie dictis act. Consist. Posn. 11. Sept. 1628 inscriptus. Ad praesens percipitur.

6. Census a summa fl. 1200 ex legatione honorati Thaddaei, incolae suburbii Posn., pro fovenda noctu diuque lampade coram ss. Sacramento super bonis totius synagogae Posn. act. Cast. Posn. fer. III. in crastino s. Thomae Ap. 1739 inscriptus. Ad praesens percipitur.



7. Censu a summa fl. 700 ex domo lapidea quondam Stroinskich in circulo fori Posn. sita translata in bona totius synag. Posn. et super iisdem inscripta act. Consist. Posn. die 13. Dec. 1713. Censu iste ad praesens percipitur.

8. Censu a summa marc. 25 in domo ferrifabri na Miasteczku za wielkim mostem ex opposito ecclae s. Rochi inscriptus act. Consist. Posn. 1644. Ad praesens est investigabilis.

9. Censu a summa fl. 50 testamento olim fam. Stan. Machiniewicz in bonis eiusdem inscriptus act. Consist. Posn. circa approbationem eiusdem testamenti die 30. Oct. 1676. Quae summa haeret nunc in bonis fam. Gaspari Woyciechowski fundi monialium s. Benedicti. Censu iste ad praesens non percipitur.

10. Censu a summa fl. 100 ex domo lapidea Casim. Kupiszewski, civis Posn., in platea Vratislav. Posn. sita levata et in bonis totius synag. Posn. act. Consist. Posn. 9. Junii 1721 inscriptus. Ad praesens percipitur.

11. Censu a summa fl. 1000 ex summa originali fl. 1600 pullulante testamento olim Franc. Stolecki, figuli in suburbio s. Martini, pro hac eccla legata, in bonis totius synagogae Posn. act. Consist. Posn. 27. Junii 1717 inscripta. Censu iste percipitur.

12. Censu a summa fl. 200 ex legato olim Petri Czerniejewicz, suburbani Posn. fundi s. Martini, pro reparatione ecclae et exstrukione novi ossorii disposita et Jos. Przybylski, incolae fundi s. Martini, mutuo data ad manuale eiusdem chyrographum d. d. Posn. 26. Nov. 1776. Cuius summae officiosa inscriptio procurari debet et eiusdem summae in bonis certioribus locatio. Censu ab actu inscriptionis non percipitur.

13. Censu a summa fl. 300 testamento olim Gener. Joa. Dąbrowski pro hac eccla legata et in bonis villae Przeciwnica distr. Posn. act. Cast. Posn. fer. II. ante fest. s. Barthol. 1633 inscriptus. Censu iste ab 8 annis non percipitur.

33. Legata nulla habet haec eccla.

34. Debita activa habet duo:

1. Summa fl. 50 per olim Rev. promotorem confraternitatis litteratorum fam. Joanni Cwoydzinski, incolae s. Martini, ad manuale eiusdem chyrographum d. d. Posn. 21. Apr. 1760 mutuo data, a qua censu percipitur per confraternitatem eandem. Sed officiosa inscriptio huius summae in bonis immobilibus procuranda est.

2. Summa fl. 25 pertinens ad summam totalem in cancellaria civit. Posn. depositam ex horto Florkowskiego in platea



piscatorum sito levatam per olim Rev. Barthol. Łaczkowski, alt. s. Crucis, fam. Joa. Lepczynski, incolae fundi monialium s. Benedicti, mutuo data ex censu annuo ad manuale eiusdem chyrographum d. d. Posn. 30. Maii 1754. Census iste non percipitur, sed a successoribus debitoris summa vindicanda est.

Debita passiva non habet haec eccla.

35. Tabernaculum in maiori altari situm est ligneum, vetus, stanno obvolutum cum ciborio pariter ligneo, sera clauso, in quo super corporali mundo reposita est pyxis argentea intus deaurata, continens ss. Eucharistiam, cuius species ex farina munda renovari solent bis in mense et pyxis debite purificari. Non adest aliud vasculum seorsivum pro Eucharistia ad infirmos deferenda, sed deferri solet super patena corporali obvoluta in bursa e stola pendente cum luminaribus a presbytero superpelliceato. Prostat in sacristia tabella pro designando die renovationis ss. Sacramenti.

SS. Eucharistia exponi solet in monstratorio quater in anno. Quod ut decentius fiat, revocamus in memoriam dispositionem Lociordinarii moderni de numero et qualitate cereorum et de facultate in scripto ab Officio obtinenda pro eiusmodi expositionibus.

36. Lampas ante ss. Sacramentum ardere solet solum tempore devotionis, licet pro ea sit fundatio inter proventus ecclae hic superius specificata.

37. Fons baptismalis est ligneus, depictus, cum operculo ex lamina ferrea, sera clausus, continens lebetem cupreum (cuius dealbatio renovari debet) cum aqua baptismali, sed turbida, in ultima vig. Pentec. benedicta, oleo sacro permixta hoc anno consecrato. Adest et urceolus cum disco stanneus ad baptisandum, et aqua ex capite baptisatorum defluens effunditur in cisternam. Conservatur in sacristia et sal benedictus ad baptisandum in vasculo stanneo.

38. Cisterna est a tergo maioris altaris in pavimento excavata, non satis decens neque sera clausa.

39. Olea sacra asservantur probe in sacristiae armario sera clauso in vasculo argenteo, tribus loculamentis distincto cum litteris designantibus quodlibet oleum. Hoc anno sunt consecrata veteribus combustis. Adest et aliud vasculum stanneum ibidem pro oleo ad infirmos deferendo.

40. Corbonae in eccla sunt quatuor: ad maius altare et ad altare s. Apolloniae sub clavi praepositi, ad altare s. Crucis et



litteratorum sub clavi seniorum earundem fraternitatum, in quibus reperimus per unum vel duos circiter florenos. Quaelibet tamen importare solet in annum 30 circiter fl., qui expendi solent pro vino, cera et pro ministris ecclae.

41. *Rationes* perceptarum et expensarum pro eccla non reperimus conscriptas, licet ab antiquo fuerit iste usus circa hanc ecclam.

42. *Vitricos* seu oeconomos ecclae nullos reperimus, sed sub actu visitationis nostrae constituimus famatos Thomam Golek et Matthaeum Selski, incolas suburbii s. Martini ad Posn., ibidem bene possessionatos, qui praestito coram nobis iuramento super fidelitate ecclae oblationes pias sacculi, corbonae, legata, donationes, multas item pecuniarias, oblationes a loco sepulturae, a pulsu campanarum (relicta pulsantibus modica parte) ac alios proventus omnes pro eccla hic superius recensitos recipient et in corbonam deponent duplici diversa serratura clausam, una clavi penes praepositum et altera penes dictos oeconomos manente, qui in libro seorsivo rationes perceptarum et expensarum pro eccla de anno in annum conscribent et calculum de eis exactum infra oct. s. Martini quolibet anno reddent in praesentia praepositi et proconsulis ac advocati huius suburbii, qui omnes eundem calculum subscribent ac oeconomos quietabunt. Pro quibus obsequiis praedicti oeconomi, si ad mortem usque fideliter in hoc munere perseveraverint, post sera sua fata praeter mercedem a Deo magnam nimis liberi erunt a persolutione funeralium et tanquam benefactores huius ecclae suffragiorum omnium participes reddentur.

Quod autem hic pro oeconomis statutum est, idem volumus observari a senioribus confraternitatum respectivis, ut non in domibus suis, sed in corbona proventus confraternitatum ac eleemosynas asservent duplici distincta serratura clausa, una clavi penes promotorem et altera penes seniores manente, ut calculum de perceptis et expensis quolibet anno exactius quam antehac conscribant in sessionibus publicis quovis quartuali reddendum in praesentia praepositi et sui respectivi promotoris ac aliorum confratrum, qui calculum subscribent et eosdem quietabunt cum adnotatione summae restantis inter perceptam pro futuro calculo.

43. *Libros metrices* baptisatorum, copulatorum et mortuorum reperimus conscriptos ab a. 1616, sed in recentioribus hanc negligentiam animadvertimus merito reprehendendam, quod scilicet non statim inscribantur in libros, sed ad aliquot etiam



menses differatur illarum inscriptio. Et quia ab illis diligenter adnotandis vita, honor et fortunae hominum saepe dependent, proinde circa illos in posterum ordinamus: (Sequitur eadem ordinatio ut pag. 256).

44. *Ordo devotionis* in hac eccla ob defectum presbyterorum non est adeo exactus, ut antea fuit. Diebus sabb. et pervigiliis festorum solent decantari Vesperae cum pulsu organi, diebus vero festivis et Dom. circa horam 8. dato signo canitur Matutinum, quo finito celebratur missa litteratorum, saepius lecta ob absentiam confratrum, qui eandem decantare deberent iuxta erectionem. Deinde fit pausa per mediam horam, tandem canitur missa conventualis pro parochianis, quam non semper praecedit aspersio et processio ob defectum populi. Conciones non fiunt neque doctrinae morales neque catecheses nisi festis solemnioribus et Dom. Adventus et Quadragesimae. A prandiis circa horam 3. solent decantari Vesperae cum pulsu organi.

45. *Contubernia* in hac parochia sunt sequentia: Piscatorium, rotificum, secatorum ligni, linitextorum (pluribus aliis extinctis.) Juxta antiquam consuetudinem et ordinationes eorum tenentur in hac eccla tam in processionibus cum Ven. Sacramento accensis facibus cereis assistere quam sub tempus elevationis in missa conventuali cum eisdem facibus genuflectere ante maius altare. Quod tamen non praestant contra decretum Consist. Posn. de a. 1667 19. Dec.

46. *Cuicura* animarum incumbit, sacramentis administrandis non adeo se diligentem praebet circa parochianos in Garbary, qui conquesti coram nobis sunt, quod debeant sacerdotem pro moribundis ex aliena parochia conquirere, quo factum est, ut aliqui sine ss. viatico ex hac vita decesserint. Incusatur etiam negligentia praepositi, quod pro conducendo funere nolit in Garbary descendere, sed ad portam civitatis illud exspectet. Qui tamen obtendit distantiam loci et incommodum viae ob defectum ponticuli super fossa.

47. *Titulo iurium stolae* aliquas extorsiones factas fuisse audivimus. Quare ut omnis earum suspicio amoveatur et ne in sacramentorum administratione, in funeralibus etc. zelus videatur exerceri turpis lucri gratia, commendamus praeposito omnem moderationem et discretionem, ut in funeralibus ratio habeatur paupertatis incolarum, ut circa schaedulas paschales processus recens Lociordinarii superius citatus exacte observetur,



ne vel obolus ab eis accipiatur, ut denique potius indulgentes quam rigidos exactores cum ansa multarum querelarum mundus nos videat probe convictos, quod per eiusmodi extorsiones neque eccla neque eius ministri unquam ditescant.

48. Processus et instrumenta publica per dioecesim transmitti solita aliqua ex recentioribus reperimus circa ecclam hinc et inde dispersa una cum decretis visitationum anteriorum in variis libris inscriptis.

49. Sigillum parochiae cum effigie sculpta s. Martini reperimus circa ecclam.

50. Bibliotheca ecclae est in choro laterali illius in cubiculo superiori ecclae iuncta, ad quam aditus est difficilis et periculosus ob ruinam eiusdem chori. Reperiuntur in ea libri antiquiores No. 67. Fuerunt antea longe plures, prout testantur visitationes anteriores, sed nescitur, quo fato deperierint. Catalogum ad praesens restantium dabimus ad finem huius visitationis, dolentes illos inaniter sine lectore sterilesce.

51.

### **Proventus pro praeposito.**

Jure parochiali plateae et vici ad eandem ecclam pertinentes hi sunt: Et imprimis Castrum Posn., tum et platea Miedzymoście seu inter pontes dicta, Garbary utrumque, Grobla, Gaski et circa aedes OOSS. Piaski, platea haec desolata funditus, Rybitwy, Czapniki, et haec est desolata, Stelmachy similiter desolata, Połwsie, Nowe Ogrody ante, post et circa ecclam s. Martini, omnes plateae Wenetowo, Musza Gora et Glinki desolata. Et aliae omnes plateae praedictis contiguae, quae terminantur fluvio dicto Flisa, ad praedictam ecclam s. Martini spectant.

Inventarium locale beneficii nullum est.

Census praeposito servientes.

1. Census a summa fl. 100 testamento olim Ven. Stanislaw Wyborny pro praeposito huius ecclae disposita et in bonis civit. Posn. Muszynskie seu Czaplinskie dictis act iudicii oportuni banniti civit. Posn. fer. IV. pridie Exalt. s. Crucis 1628 inscriptus cum obligatione absolvendi quolibet mense missam Requiem pro anima fundatoris et eius parentum ac benefactorum et insuper invigilandi executioni fundationum eius in hac eccla. Sed sub actu visit. Tholibov. obligatio haec reducta est ad octo missas per annum absolvendas sive de Requiem sive per applicationem. Census iste percipitur et obligationi ita reductae non ex integro satisfit.



2. Census a summa fl. 100 in domo, horto et curia Alb. Reguli, notar. Chwalsz., in platea Wenecka dicta act. Consist. Posn. 26. Sept. 1633 inscriptus, sed obligationes ignorantur et census est investigabilis.

3. Census a summa fl. 1200 super domo lapidea in foro coronario alias na Wieńczarskim Targu sita acialiter eundo (ad) institas pannicidarias ex eodem loco a parte dextra penes institam Winklerowska act. Advoc. Posn. 1671 inscripta, cuius lapideae possessor deinde fuit Mathias Hakiewicz. Haec summa in tertia parte detruncata est per commissionem Apostol. in a. 1740. Obligationes eidem annexae ignorantur, quia inscriptio deest. Ad praesens census iste percipitur.

4. Ex ratione census de bonis Przeciwnica inter proven-tus ecclae sub No. 13 hic superius specificati tenetur praepositus quolibet mense missam Requiem absolvere et anniversarium quotannis post oct. Corporis Chr. cum missa cantata pro anima Joa. Dąbrowski, ratione cuius praeposito obvenire debent fl. 4, mansionariis fl. 4 et gr. 15. Cui obligationi nimis onerosae non satisfit, quia census non percipitur.

5. Census a summa fl. 100 in domo lapidea olim Nob Suchorski in fundo canonicali s. Martini sita act. eiusdem fundi 1720 inscriptus pro 4 missis annuatim absolvendis pro animabus consanguineorum Czeskowicza. Possessor huius domus fuit deinde Andreas Brauza. Census non percipitur et obligationi non satisfit.

6. Census a summa fl. 500 in duabus domibus in platea Judaeorum Masko et Manes, dicta Poprzeczna, eundo ad PP. Dominicanos sita act. Advoc. Posn. 1710 inscripta ad altare s. Annae. Sed desolata una domo de altera tantum solutio census promissa est per manualet submissionem. Obligationes illi annexae ignorantur.

7. Census a summa marc. 12 ad altare pauperum in hac ecclae testamento olim Valent. Breda de Musza Gora dispositus, in eiusdem bonis act. Consist. Posn. 11. Mart. 1630 circa approbationem eiusdem testamenti inscriptus. Ad praesens investigabilis.

8. Census a summa marc. 18 ex donatione fam. Alberti Rzymiski act. Consist. Posn. 30. Julii 1585 facta pro vicariis huius ecclae cum obligatione absolvendi duas missas qualibet hebdomada ad maius altare alternatim, unam pro fundatore et alteram Requiem pro ipsius consanguineis et parochianis s. Martini.



Census iste ad praesens est investigabilis et obligationi non satisfit.

52.

### **Decimae et missalia.**

De praedio Kałek ad villam Górczyno pertinente civit. Posn. debetur praeposito decima manipularis decreto commissoriali die 3. Nov. 1760 lato et decreto Consist. Posn. anno eodem die 26. Nov. approbato<sup>m</sup> et ratificato adiudicata. Quod decretum confirmatum est per iudicium Metropol. Gnesn. die 20. Febr. 1761 et per decreta subsecutiva s. Nuntiaturae de a. 1761 die 6. Julii, item de a. 1763 die 4. Febr., item de anno eodem die 2. Mart. non sublatum, sed potius ratificatum est. Quae decima ad praesens solvitur, sed cum magna difficultate, circiter per 3 sexagenas siliginis, 4 tritici, 6 hordei, 1 avenae et 1 taterki.

De villa Górczyno civit. Posn. de quatuor mansis scultetialibus ac aliis desertis, qui pro praedio coluntur, item de agris aliis cmethonalibus dari debent 20 metretae siliginis et totidem avenae iuxta decreta superius immediate citata et de facto dantur.

De praedio Wilda civit. Posn. ex omnibus agris tam Wildzinskie quam Kobielićkie praepositurae s. M. Magdal. et s. Spiritus ad haereditatem desertam Wierzbica dictam pertinentibus aliisque omnibus, qui per consulatum Posn. pro eodem praedio Wilda coluntur, iuxta decreta superius citata dantur 20 metretae siliginis totidemque avenae mensura supereffluente alias wierzchowej miary, prout visitationes anteriores testantur.

De villa Fabianowo de mansis duobus dabantur quotannis duae metretae siliginis et totidem avenae, sed ad praesens nihil solvitur, quia mansi sunt deserti.

Hospitale Lazareth ex duobus mansis Potulickie nuncupatis solvit duas metretas siliginis et totidem avenae quotannis, ratione quarum tenetur praepositus cantare missam in dedicatione ecclae s. Lazareth sive per se sive per alium.

De novis hortis Groszowskie dictis percipiebat praepositus quotannis unam metretam siliginis et alteram avenae. Ad praesens nihil percipit ex eo, quod sint deserti.

De haereditate Gay mansorum quinque (ut testantur antiqua registra proventualia) seu połtorey chuby dabantur antea quotannis tres modii siliginis et totidem avenae. Ad praesens iste census disputatur, sed in lite est.



Ex molendinis omnibus sub parochia s. Martini a qualibet rota dabatur annuatim una metreta siliginis et totidem avenae, sed ad praesens nihil percipitur, quia haec molendina omnia devastata sunt.

Strena alias Kolęda in die s. Stephani Mart. per clericum huius ecclae a parochianis exigi solita iuxta antiquam consuetudinem et visitationes anteriores tota cedere debet praeposito, non quidem extorta, sed sponte oblata.

Iuxta visitationem Tholibowski eppi obvenire solet praeposito denarius s. Petri alias mensalia świętopietrze dicta, quae tempore Quadragesimae a parochianis omnibus per campanatorem exigi solent, sed similes exactiones statum spirituales dedecentes omnino abolendae sunt.

Praepositus ecclae OOSS. ratione offertorii quotannis florenos duos praeposito s. Martini solvere tenetur, sed non solvit.

Offertoria omnia seu oblationes, quocumque loco et tempore in ecclia offerantur, ex ordinatione Urielis eppi et ex antiqua consuetudine soli praeposito cedere debent pro ecclia.

A vigiliis et processione mortuorum parochianorum spolia (uti pannos, quibus feretrum tegitur) vel aliquam consolationem percipit praepositus.

A communitate Judaeorum synag. Posn. ratione loci sepulturae sub hac parochia concessae solvuntur praeposito quotannis 16 marcae monetae in Regno currentis. Item aromaticum pro tribus rathis in anno, jako to pieprzu, imbieru, cukru po jednym funcie, szafranu zaś y gwoździkow po jednym łucie, pierwszą rathą na święto s. Marcina y tyleż pieprzu, imbieru, cukru, szafranu y gwoździkow drugą rathą na Wielkanoc y tyleż item trzecią rathą na święto Przemienienia Pańskiego. Item kamien łoiu na każdą Wielkanoc iuxta concordiam coram testibus in scripto factam d. d. Posn. 11. Junii 1692 et per decretum Officii Posn. approbatam anno eodem die 23. Jul. Cui decreto hactenus satisfaciunt Judaei quoad pecuniam, quoad reliquas vero pensiones hic superius specificatas liberati sunt per commissionem Regni in a. 1774.

Dissidentes a religione in Garbary titulo iurium stolae solvebant olim quotannis praeposito fl. 80 iuxta contractum ab utrimque initum et per Ordinarium loci approbatum 1645 die 28. Dec. et iuxta meliorationem eiusdem contractus sub eadem data pariter per Lociordinarium approbatam. Sed post



constitutionem Regni de a. 1768 a iuribus stolae persolvendis dissidentes a religione liberantem nihil amplius solvunt.

53. Decimae ad mensam eppalem spectantes fuerunt in villa Dębiec civit. Posn. ex Nova Colonia, sed has decimas Cels. Theodorus Czartoryski eppus cessit parochi ecclae in Wiery, licet modernus praepositus s. Martini asserat nulla ibi fuisse novalia, sed decimam ex agris ibidem cultis ab antiquo dari solitam fuisse praeposito ecclae s. Martini ad Posn. Quod negotium relinquitur decisioni Lociordinarii.

#### Agri praepositurales.

In villa Górczyno possessionis civit. Posn. exstat ager plebanalis duorum mansorum, prout privilegium scultetiale eiusdem villae per olim Seren. Premislaum II., ducem Poloniae, a. 1284 indictione XII. ipso festo s. Martini datum et actis Cast. Posn. sabb. post festum Exalt. s. Crucis a. 1594 ingrossatum declarat, decretum itidem tribunalis Regni Petricov. dimensionem horum agrorum iniungens ac subsecuta dimensio per camera-rium terrestrem Posn. in loco et act. Cast. Posn. ingrossata fer. II. post fest. Nativ. BMV. a. 1628 comprobatur. Porro limites et circumscriptio horum agrorum, prout nunc sunt in possessione praepositi non reclamantibus possessoribus et haeredibus villae Górczyno, sequitur in hunc modum:

W pierwszym polu jest płosa od stodoły Kaczorka w ogrodzie jego będącej zaczynająca się, ciągnąca się klinem do kamienia wielkiego na roli Xiężey będącego, zawiera w sobie stay 4, zagonow in summa w tych stajach 44. Druga płosa od stodoły Woytka Suchowiaka Ruska nazwanego zaczynająca się ciągnie się do błot kałek nazwanych, zawiera w sobie stay 12, zagonow in summa 120. Trzecia płosa ciągnąca się od od drogi ku Ławicy idącej aż pod brzostki Junikowskie do samego równu, zawiera w sobie stay 8, zagonow in summa 112.

W drugim polu jest płosa ciągnąca się od drogi poprzecznej za wsią Górczynem do samego kopca pod Ławickie pole przy granicy między rolami Kaczorka y piętki rolników Górczyńskich, zawiera w sobie stay 12, zagonow in summa 180. Druga płosa ciągnąca się od drogi Ławickiej od narożnika w polu między rolami Ignacego Palaczyka y niemca Perki po-przeg przy drodze leżąca, zawiera w sobie stay 8, zagonow in summa 208.



W trzecim polu jest płosa zaczynająca się od płota wedle Xiężey stodoły będącego, między rolami Sobka Swiderskiego y Mateusza Mizery, rólnikow Gorczynskich, leżąca, ciągnie się przez dwie drogi Poznańską y Grodziską, kończy się klinami do samey drogi Ławickiey, zawiera w sobie stay 13, zagonow 156. Druga płosa ciągnąca się od Poznańskiej drogi do Grodziskiey, leżąca między rolami Kaczmarza y Gwiazdka niemca w stay 4. Trzecia płosa ciągnąca się od drogi Grodziskiey aż do drogi Ławickiey między rolami Sobka Swiderskiego y Mizery, ma w sobie stay 5, zagonow 60, ciągnie się nad samą drogą do Jeżyc idącą. Wchodząc na tę płoskę jest glina żułta na drodze przy pagorku. Czwarta płosa zaczynająca się od drószki do Ławicy idącey przez Grodziską drogę przy niwie pustey leżąca, ma w sobie stay 15, zagonow 196.

Do tych rol w tym polu należy łąka jedna między łąkami chłopskimi wzdłuż prętow 40, wszecz od roli prętow 39 aż do rówu za kamien się ciągnąca, była quondam zaroślina, ale teraz wydobyta, dla tego więcej prętow się powinno znaleźć.

Tamże na placu proboszczowskim jest dom o jedney izbie y komorze w blochy y sien w lepienkę y chlewik własnym kosztem Krysztofa Tesnera wystawione a od Jana Strzecha okupione, od którego nabył tey possessyi Stanisław Dolatka za zł. 400 bez wiedzy proboszcza. Wizya zaś tych budynków w roku 1773 dnia 23. sierpnia uczyniona przez uczciwego Michała Boxyia, cieśli przysiężnego, zeznaje taxę tych budynkow na zł. 140 wyniesioną.

*Contractus iste per antecedaneum praepositum factus, quo area ecclesiastica concessa fuit ad praedicta aedificia extruenda non in utilitatem ecclae, sed in utilitatem particularium personarum saecularium, siquidem quandam speciem emphiteuseos continet et sapit alienationem bonorum ecclae, sine consensu Officii et sine beneplacito Apost. videtur esse ipso facto irritus et invalidus, eo magis quod onus imponat praeposito solvendi fl. 400 possessori in vim reemptionis horum aedificiorum.*

*Agri omnes hi cum area, prato et horto ad dimidium circiter stadium in longum et latum extenso, domo antiqua et cum pomariolo eidem adiacente (iuxta dimensionem in a. 1753 factam per iuratum mensuratorem) continent mensuram seu chubę jednę y drugiey in parte maiori zarosley części trzy prętow 22 y łokci 2, pręt zaś każdy zamyka w sobie pół osma łokcia.*



Quem fundum totum contractu arendatario locare solet praepositus cuidam tenentario pro summa fl. 216, et insuper pro aliis pensitationibus, quae antea in usu erant, solvit annuatim fl. 36.

In villa Wilda possessionis civit. Posn. exstat unus mansus agri ad hanc eccliam spectans ab antiquo alias płosa między płosami rolników wsi Wilda nazwaney w jednym tylko polu za wsią ku Dębcowi miedzami szerokiemi z stron obydwoh ograniczone, poczynając się od dróg bitych Wrocławskiej, Kościanskiej, Mosińskiej z łaką zaraz pod rolami temi tak szeroko, jak role z miedzami, rozciągającą się, wzdłuż do granic wsi Górczyna ciągnącą się leżące. Według zaś wymiaru Jana Godfrida Henneberga, miernika przysiężnego Poznańskiego, redukowane na chubę jedną, morgow siedm, lasek 12, łokci  $6\frac{1}{2}$  (procz łaski jednej wzdłuż dla spasi od drogi opuszczoney), jako tabella ręką jego własną napisana y podpisana pokazuje.

Ag rum hunc antecedaneus immediate praepositus cum consensu Officii Posn. et approbatione d. d. 22. Maii 1754, item die 25. Maii anno eodem contractu emphiteutico locavit honestis Conrado Joanni Sznaydrom, Petro Wagner Dębickim, Petro Sznayder de Lazareth colonis ipsorumque liberis et nepotibus pro summa tynf. 300 in reparationem ecclae statim persoluta. Insuper iidem possessores tenentur quotannis canonem ecclae solvere fl. 100 duabus rathis et capones 3, anserem unum pinguem, ova 45 pro Paschate et laborem trium dierum cum iumentis pro commodo praepositi praestare debent. Qui contractus emphiteuticus per beneplacitum Apost. approbatus, quod in manibus praedictorum colonorum existens nobis non est exhibitum. Post decessum autem horum colonorum et eorum liberorum ager hic totus cum prąto adiuncto in possessionem praepositi ecclae s. Martini redire debet. Contractus hic conscriptus est Posn. 24. Maii a. 1754. Cui hactenus satisfaciunt in omnibus praedicti coloni.

#### 54. Aedificia praepositi et cleri.

Fuerunt olim pro praeposito et clero huius ecclae 10 domus, aliquae muratae, aliquae de ligno, sed iniuria temporum et ultima belli incursione penitus eversae sunt. Ad praesens exstat solum domuncula lignea unius hipocausti et camerae scandulis ligneis cooperta, reparatione magna indigens, olim pro altarista Imm. Concept. BMV. sumptu proprio praepositi exaedificata in a. 1720, quam ad praesens inhabitat praepositus ob



defectum melioris. Huic adiacet reconditorium pro lignis. Praeterea exstant duae domus lignae, utraque magna reparatione indigens, a latere seu a meridie ecclae sitae, quarum unam inhabitat organarius et alteram minister ecclae.

A t e r g o ecclae exstat antiqua domuncula murata, s c h o l a nuncupata, asseribus cooperta, quam ad praesens inhabitat vicarius in superiori contiguatione, in inferiori autem fossor ecclae.

E x s t a n t praeterea duae domunculae, una ad altaristam confrat. s. Crucis et altera ad eandem confrat. pertinens, caemeterio antiquo contiguae, suo loco respectivo hic superius descriptae, magna reparatione indigentes.

H o r t i duo fuerunt pro praeposito ad duo circiter stadia extensi, et praeterea fuerunt pomariola duo pro altaristis. Sed ad praesens hi omnes horti sunt inculti et gleba inutili sterilescent.

Circa hunc totum fundum ecclesiasticum, prout ab antiquo fuit suis limitibus circumscriptus, de usurpatione partis notabilis eiusdem caemeterio antiquo contiguae ad viam publicam protenso, per magistratum Posn. abusive facta querelam suam sub actu visit. nostrae exposuit praepositus, maxime ex eo, quod in dedecus ecclae stabula illi vicina in fundo (ut ait) ecclesiastico seu in ipso caemeterio sint exaedificata. Sed cum causa haec longiorem perquisitionem requirat, eam primo ad amicabilem compositionem inter partes productis hinc inde documentis, vel si haec non successerit, ad forum competens ubi de iure plene remittimus.

55. A d r e p a r a t i o n e m omnium aedificiorum plebanalium prout et ipsius ecclae, si ceteri benefactores defecerint, tenetur ipse praepositus. Ad reparationem vero aedificiorum cleri tenentur altaristae respectivi et confraternitates.

56. S u p e r proventibus ad hanc ecclam spectantibus cuiuscumque generis habentur iura erectionum, inscriptionum suis locis respectivis in tractu huius visit. citata et possessio ac praescriptio plurimorum annorum. Non est tamen in pacifica possessione horum omnium proventuum ecclae, sed de plerisque iure agendum est et actum iam de aliis magno strepitu non minoribus impensis vindicandis.

57.

P r a e p o s i t u s.

Regit hanc ecclam ad praesens JAR. Dom. Michael Brauza, oriundus de oppido suburbii s. Martini, annorum 56,



qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines auth. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Cath. Posn. die 23. Dec. 1752, ad regendam hanc eccliam in mense sedi Apost. reservato vacantem ex concursu per nuntium Apost. legitime provisus sub d. Varsaviae die 26. Nov. 1756 et ad eandem officiose institutus die 10. Dec. anno eodem ac die 12. Dec. eiusdem anni rite introductus. Ad excipiendas confessiones officiose approbatus die 14. Oct. 1779 ad decursum duorum annorum. Quae omnia litteris authent. nobis exhibitis rite probavit.

Penes hanc eccliam semper residet. Plura alia beneficia neque in hac neque in alia dioecesi possidet. Per suum vicarium diebus solemnioribus, tum etiam per se aliquando concionat et catechizat. Pro familia conservat hospitam et puerum et unum ex suis consanguineis scholarem, quae familia est satis honesta ac morigera.

58. Vicarius huius ecclae Ven. Cyprianus Robaszkiewicz, oriundus de suburbio s. Martini, annorum 39, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Cath. Posn. die 7. Apr. 1764, ad altare s. Annae in hac eccla legitime praesentatus, officiose institutus die 19. Sept. 1763 et eodem anno et mense die 23. rite introductus. Ad excipiendas confessiones officiose approbatus die 17. Mart. 1778 ad decursum duorum annorum. Quae omnia litteris auth. nobis exhibitis rite probavit.

Penes hanc eccliam residet quidem, sed brevi in aliam dioecesim migraturus, utpote qui huic dioecesi dedecori et probro est. Interim in domo matris suae habitat in eodem suburbio. Pro sua familia nullam personam conservans salaribatur a praeposito iuxta contractum.

59. Organarius fovetur circa eccliam vir maturus, uxoratus. Cui habitationem suppediat praepositus et salariat ipsum iuxta contractum. Est etiam fundatio pro eo sub primo ministerio maioris altaris No. 5. specificata. Item habet censum a summa fl. 100 testamento olim Stan. Wyborny pro organario disposita et in bonis civ. Posn. Muszynskie seu Czaplinskie dictis coram iudicio oportuno Advoc. Posn. 1628 pridie Exalt. s. Crucis inscriptus. Ad praesens percipitur cum obligatione in eodem testamento expressa, ut organarius qualibet fer. V. pulset organum sub tempus votivae de Corpore Chr., calcanistam pro eadem foveat suis impensis. Obligationi huic non satisfit.



60. Cantor et campanator non est separatus, sed sacristianus et fossor cum aliis adiutoribus obeunt haec munia, qui salariantur a praeposito iuxta contractum. Pro cantore et campanatore est fundatio census a summa fl. 100 testamento olim Stan. Wyborny toties nominato dispositus et in bonis civ. Posn. pridie Exalt. s. Crucis 1628 inscriptus cum obligatione, ut qualibet fer. VI. post Vesperas super sepulchro fundatoris cantor cum scholaribus decantet devote responsorium *Peccantem me quotidie*. Census iste percipitur et obligationi non satisfit, quia scholares desunt et sepulchri praefati nullum exstat vestigium.

61. Sacristianus est vir maturus, uxoratus, salariatus iuxta contractum a praeposito, et alia accidentia habet a funeralibus etc. Qui sub actu visit. nostrae iuramentum praestitit super fidelitate ecclae.

62. Rector scholae non est ullus, licet antea cantor hoc munus exercebat. Et hactenus exstat domuncula murata superius inter aedificia specificata pro rectore scholae. Officium hoc posset commodè organarius exercere, per quod faceret auctionem suorum proventuum, dummodo praepositus inducat suaviter parentes ad dandos liberos suos pro instructione in rudimentis fidei ac litterarum, in ministerio altaris, in cantu ecclesiastico, in scriptione, in principiis arithmeticae, in cultu erga Deum, in morum innocentia, in reverentia erga parentes ac maiores, in honestate et civilitate, cum hac tamen praecautioe, ut pueri separatim a puellis instruantur edocendis per aliquam matronam probam et maturam, hymno de Spiritu s. ante studium praemisso et post studium aliqua oratione in communi vel devoto cantico subsequente.

63. Obstetrices sunt duae in hac parochia honestae et probe instructae in eis, quae sunt requisita ad baptismum pro casu necessitatis administrandum.

64. Xenodochij huius parochiae erit separata visitatio.

65. De publicis peccatoribus et superstitiones exercentibus et scandalose viventibus nihil quidquam nobis innotuit in hac parochia.

66. Supellex huius ecclae ac altarium.

Ex argento: Monstratoria deaurata 2, calices deaurati cum patenis 20, candelabra 6, vota ad imaginem s. Martini 3, metaliki z relikwiami 2. pacificale 1, pacificale parvum 1, reliquiarum 2, vota 19, mitra et pastorale 1 etc. Apparatus: Pluvia-



lia 8, casulae 63, dalmaticae 3, antepedia 10, kobiercy 11, missa-lia 8 etc.

67. **Elenchus librorum huius ecclae.**

Divi Augustini libri 10 — Summa summarum Sylvestrina dicta — Monomachia pro defensione fidei ss. Trinitatis — Opera Basili Magni — Antonini pars II. — Xiążka pisma Godzkiego — Confessio cath. fidei — Liber Joannis Pici — Joannis Fabri — Liber de divinis traditionibus — Liber canonis — Dionysii Carthusiani libri 4 — Opera Anselmi — Liber inscriptionis Rev. in Christo Patri — Quarta pars operis continens glosam ordinariam — Libri inscriptionis glosa ordinaria 2 — Liber Joa. Damasceni — Liber Benedicti — Expositio canonis missae — Liber Hosii Cardinalis — Xiążka druku Godzkiego — Rationale divinatorum officiorum — Summa Angelica — Tomus tertius operum Aplorum — Lexicon iuris — Liber Joa. Justiniani — Liber Friderici — Epistola s. Hieronymi — Conciones Joa. Feri — Sermones novi thesauri — Rationale divinatorum — Index in quinque Thomos — Homilia Joa. Fabri — Quinta pars operum Joannis — Syllabus Marianus — Sermones Meffret — Summa summarum Sylvestrina — Frobenius pio lectori — Opera Cypriani — Theophili archieppi Bulgariae 2 — Prima secundae partis Summae theol. — Tertia pars Summae theol — Mentio Gregorii — Opera Ambrosii — Horatii Eugenii — Acta actorum — Henrici Ariani. Sunt et alii libri, qui inscriptione carent.

68. **Monasteria in hac parochia.**

Primus est conventus ordinis s. Francisci  
Minorum Conventualium.

Continet studium theologicum et philosophicum ac universim personas 25, ex quibus sunt sacerdotes 13, clerici 6, laici 6. Habent eccliam de muro solido amplam et elegantem, in qua colitur specialiter imago BMV. pro miraculosa recognita et declarata post duplicem officiosam commissionem decreto Jll. Stephani Wierzbowski eppi Posn. lato d. d. Varsav. 19. Apr. 1679, cuius originale exstat circa hanc eccliam.

In eadem ecclia sunt multae reliquiae inclusae variis reliquiariis, aliquae sigillis intactis, aliae autem sine sigillis, praesertim ossa s. Theodori M., sed omnes istae reliquiae dicuntur quidem habere litteras authent., nobis tamen non exhibitae ex eo, quod quidam Provincialis ordinis illas secum asportaverit



archivo Provinciae inserendas. Monuimus proinde Superiores conventus, ut omnia authentica vindicentur et respectivis reliquiis adiungantur. Quae vero non sunt admissae ab Officio, venerationi publicae non exponantur. Praesertim magnam nobis admirationem peperit inclusio variarum reliquiarum in gradibus ligneis scalae in capella s. Theodori prostantis, praesertim particularum de ligno Crucis (ut asseritur). Quam scalam homines genuflexi conficiunt devotiones certas in singulis gradibus peragendo. Super quibus exstat libellus typo expressus cum specificatione harum reliquiarum. Sed neque sigilla ibi videntur neque litterae ullae authent. neque admissio in Officio harum reliquiarum. Proinde commendamus Superioribus conventus, ut realitatem illarum comprobent et confirmationem procurent.

Super indulgentiis pariter tam trium altarium privilegiorum pro defunctis quam aliis pro vivis nullum nobis documentum authent. est exhibitum et nulla eiusdem admissio. Dicuntur quidem habere documenta, sed ab eodem Provinciali alio asportata.

Approbationes ad excipiendas confessiones fidelium et confraternitatis s. Antonii de Padua erectio cum admissione in Officio nobis sunt exhibitae.

De cetero nulla praeiudicia fiunt ecclae parochiali ab hoc conventu, cui commendavimus observantiam exactam epistolarum pastoralium Lociordinarii moderni, praesertim circa licentiam in scriptis obtinendam in Consistorio generali pro expositionibus in monstratorio ss. Eucharistiae, circa quantitatem et qualitatem cereorum ad hunc actum adhibendorum, circa confessiones saecularium personarum in sacristia non excipiendas etc. etc.

Secundus conventus Religiosorum ordinis de Monte Carmelo calceatorum reformationis Belgicae ad eccliam Corporis Christi.

Conventus hic per Ladislaum Jagiellonem una cum ecclia fundatus continet studium theologicum, novitiatum et personas religiosas in universum 36, ex quibus sacerdotes 19, clerici 9, laici 7 numerantur.

In hac ecclia coluntur specialiter et conservari dicuntur tres hostiae Eucharisticae in anno 1399 furto sublatae, Judaeis venditae, ab iisdem confossae et sanguinem his ictibus elicitum manantes, in paludibus deinde absconditae,



sed miraculose in aera elevatae, in quo loco praedictus rex eccliam hanc Corporis Chr. pro eisdem honorifice reponendis et conservandis extruxit in memoriam tanti miraculi, prout testatur sculptum in marmore testimonium, quod exstat in pariete capellae huius ecclae, et variae picturae in ea historiam hanc repraesentantes. Et licet inter monumenta conventus nullum exstet documentum scriptum huius miraculi ex eo, quod vel in conflagratione ecclae dicitur periisse vel furto sublatum esse vel malevolentia iniquorum hominum (ut fama refert) ex omnibus actis publicis expunctum, testantur tamen veritatem huius facti varii historici et praesertim Długossius, vicinior illorum temporum, libro 10., Cromerus lib. 16., Miechovita, Pater Kwiatkiewicz Soc. Jesu in annalibus ecclesiasticis sub a. 1399, Nowomieyski in Phoenice redivivo. Insuper Thomas Tretterus, canonicus Varmien. secretarius Stan. Hosii, epipi Varmien. SRE. Cardinalis, circa a. 1600 scripsit ex professo et typis vulgavit historiam huius miraculi. Sed etiamsi haec testimonia deessent, tamen tot monumenta: ecclae per regem exaedificatae, item capellae in platea Judaica cum picturis idem factum repraesentantibus et traditio ipsa per quatuor prope saecula non interrupta dubitare de illo non permittunt.

Utrum autem eadem in individuo particulae sint hactenus, quae olim per Judaeos confixae erant, nescio, an non dubitari potest. Nam impossibile videtur, ut (praeciso novo miraculo) species Eucharistiae per quatuor fere saecula incorruptae conservari possent. Nullam hac de re informationem certam a Religiosis huius conventus sub actu visit. nostrae habere potuimus. Exhibitum quidem nobis est ostensorium, sed ita obseratum, ut nisi maxima vi adhibita aperiri non posset. Nulla tamen sigilla reperimus circa illud. Per vitrum vero concavum in medio ostensorii aptatum observavimus tres particulas non rotundas, sed irregularis figurae, subvetustiores telae albae quasi agglutinatas esse. Relatum etiam nobis est per praefatos Religiosos quemdam sacristianum ex illorum ordine ante plures annos frustula telae eiusmodi identidem mutasse et populo devoto pro reliquiis distribuere solitum fuisse, proinde ad dictas hostias pro libitu suo accessum liberum habuisse aperiendo eas, quando voluerat. Sed id deinde per Superiores ordinis vetitum est et ostensorium ita occludi iussum, ut sine vi maxima nequeat aperiri. Conabimur tamen in adventu Provincialis ordinis (qui brevi speratur) reserare ostensorium et singula oculis nostris



penitius examinare cum appositione sigilli nostri, prout res postulaverit.

Ut autem cultus latræ, quem populi exhibent huic ostensorio, sit certior, solent in eodem exponi inferius duæ hostiæ parvæ consecratae vitris insertæ, quarum species identidem renovantur.

Imagines duæ in hac ecclâ coluntur, prima BMV. Czeszochov., secunda s. Andreae de Corsino in altaribus capellæ lateralis expositæ, quæ voce et devotione populi habentur pro gratiosis, non tamen auctoritate publica pro talibus sunt recognitæ.

Reliquias varias reperimus in hac ecclâ, tum pacificali, tum altaribus insertas, et quidem notabiles. Inter ceteras videntur frusta mensæ lignæ illius, in qua per Judæos confodiebantur hostiæ Eucharisticæ. Sed hæc omnia sunt sine ullis litteris auth. et sine ullis sigillis. Proinde pro illarum recognitione ad Officium prædictos Religiosos remittimus.

Confraternitates in hac ecclâ sunt tres, quarum prima, nempe sacratissimi Scapularis nondum est admissa in Officio, proinde pro illius admissione (ut par est) supplicare non negligant prædicti Patres æque ac pro admissione aliarum indulgentiarum suæ ecclæ concessarum, pro expositionibus SS. in monstratorio et processionibus adeo frequentibus.

Approbationes ad excipiendas confessiones nobis sunt exhibitæ. Circa quas observantiam præscripti Lociordinarii moderni (quod a Regularibus ordinibus passim negligitur) summo opere commendavimus æque ac licentiam accipiendam in Officio pro prædicatione verbi divini.

De cetero nulla præiudicia fiunt ab hoc conventu ecclæ parochiali. Pleniorē vero notitiā circa conservationem trium miraculosarum hostiarum dabimus in visitatione capellæ in platea Judaica sitæ sub cura eorundem Religiosorum existentis.

### Tertius conventus Religiosorum ordinis s. Francisci regularis observantiae.

Conventus hic habet adjacentem ecclā de muro solido satis amplam et elegantem, continet novitiatum cum studio theologico et universim personas 57, ex quibus sacerdotes numerantur 25, clerici 12, laici professi 10, non professi 10.

In hac ecclâ reperimus varias reliquias notabiles, tum reliquiariis duobus, tum maiusculis tumbis duabus, tum



altari maiori insertas, tum in tumba maiori ossa totius corporis s. Adriani M. in altari BMV. exposita, sed haec omnia sine ullis sigillis et sine litteris authent. Sunt quidem in eadem tumba s. Adriani duae capsulae lignae sigillis munitae cum reliquiis variis Roma asportatis et cum litteris authent., sed in Officio nondum admissis. Proinde ibidem verificandae sunt et approbandae.

In altari Christi crucifixi expositam reperimus eiusdem effigiem cum capillis humanis ad caput agglutinat, unde in populo rudi credulitas oriebatur de capillis ex capite Christi excrescentibus. Cui errori obviando sub actu visit. nostrae capillos agglutinatos avelli iussimus et comburi.

Pro indulgentiis huius ecclae tum altaris privilegiati pro defunctis tum vivis concessis nullum nobis exhibitum est privilegium authent. in Officio admissum.

Confraternitas sub titulo Consolat. BMV. erecta est in hac eccla, cuius privilegium authent. nobis est exhibitum cum admissione Officii.

Approbationes ad excipiendas confessiones pro Religiosis dicti conventus concessae pariter nobis sunt exhibitae. Qua occasione commendavimus iisdem observantiam praescripti Locordinarii de non excipiendis confessionibus saecularium in sacristia vel alio loco non patenti, de licentia in scripto obtinenda ab Officio pro expositionibus sive in pyxide sive in monstratorio ss. Sacramenti, de quantitate et qualitate cereorum ad hunc actum adhibendorum, de licentia et benedictione petenda ab Officio pro praedicatione verbi divini iuxta praescriptum conc. Trident. Iniunximus pariter omnibus Religiosorum ordinibus, ne exorcismos vel orationes super praetensis maleficiatis audeant peragere sine consensu in scripto obtinendo in Officio pro qualibet seorsiva vice neve cum elevata cruce funus deducere audeant per aliquam parochiam sine consensu respectivi parochi, ut denique eant ac redeant invicem associati et clausurae religiosae observantiam Superiores locales summo opere custodiant.

Huic ecclesiae contigua est ecclesia minor s. Annae de muro pariter solido constructa pro devotione Germanorum sub cura et administratione eorundem Religiosorum existens. In illa est confraternitas duplex, prima ss. Trinitatis cum suis litteris authent. et admissione in Officio, secunda s. Annae nondum quoad indulgentias in Officio admissa.



Capellano Religioso huius ecclae eadem observanda respective commendavimus, quae paulo superius adnotata sunt.

Quartus conventus Monialium ordinis  
s. Clarae sub regula s. Francisci.

Ecclesiam habet de muro solido ab intra satis eleganter ornatam, ubi in maiori altari exposita est effigies Transfigur. Chr., quae voce et devotione populi habetur pro gratiosa, sed auctoritate publica nondum est pro tali recognita. Recensentur quidem per traditionem varia miracula etiam recenter (ut asseritur) patrata, sed non officiose probata.

Reliquiae variae octo reliquiariis inclusae expositae sunt in maiori et lateralibus altaribus, sed sine ullis sigillis et litteris authent., proinde cum illis ad Officium remittimus, ut de earum realitate decernat.

Confraternitas Transfigur. Christi erecta est in hac eccla, cuius privilegium auth. nobis est exhibitum cum admissione Officii.

Huic ecclesiae adiacet conventus deodicatarum Monialium continens personas Religiosas professas 12, quarum regimen in spiritualibus habent PP. ordinis s. Francisci regularis observantiae. Praesertim confessarius ex dicto ordine specialiter pro Monialibus in Officio approbatus. Habent praeterea dictae Moniales extraordinarios confessarios quater in anno.

Ad promovendam disciplinam regularem sub actu visit. nostrae huic communitati Religiosae commendavimus sequentia: 1) crates clausurae reparandas et melius muniendas, 2) ut infantes utriusque sexus intra clausuram non admittantur, 3) ut virgines saeculares in monasterio degentes separatam habitationem a Monialibus habeant, 4) ut vita communis inter Moniales observetur in victu, vestitu etc. 5) ut Moniales ancillas, famulas saeculares pro arbitrio suo seorsivas non habeant, sed pro communi obsequio sint famulae per matrem Superiorem eligendae, 6) ut epistolae ad personas saeculares a Monialibus non scribantur sine scitu et approbatione Superioris, 7) ut ad crates sine eiusdem consensu nulla Monialis prodire audeat, 8) ut mater Superior visitet identidem cubacula Monialium, maxime post silentium, libros earum revideat etc. In reliquis vero vigilantiam Superioribus PP. s. Francisci commendavimus.



### **Decretum reformationis**

pro ecclesia parochiali s. Martini  
ad Posnańiam.

Vinea haec Domini Sabbaoth tristissimam faciem turbulenti ante aliquot annos patriae status hactenus prae se ferre videtur. Sors illius merito cum Jeremia deploranda est. Cum enim cogitaverit Dominus dissipare murum filiae Sion furore bellico, luxit antemurale et murus pariter dissipatus est, portae eius destructae, sacerdotes eius gementes, dispersi sunt lapides sanctuarii per militem Exothicum et non sunt, qui veniant ad solemnitatem. Hanc tamen abominationem desolationis, quae facta est in loco sancto, aegerrime ferens praepositus pro zelo suo et dilectione decoris domus Dei iam tectum ecclae militaribus iaculis undequaque pertusum et stillicidiis patens, iam substructiones eiusdem putrefactas et collabentes, iam organum ruina interiori penitus contritum, iam multa alia suis impensis ac industria reparari fecit. Longe tamen plura adhuc desiderantur, quae post adeo magnam aliquot annorum spatio perfici non poterant. Proinde dum iustas diligentiae suae laudes tribuimus de iis, quae iam facta sunt, spem non vanam concipimus de iis, quae adhuc facienda supersunt.

Et imprimis (quod maxime urget) pro caemeterio complando et ampliando ac sepimento eidem de muro circumducendo hortamur in Domino, ut omnem lapidem moveat praepositus, ut loco sacro reverentiam, exuviis mortuorum debitum honorem, Deo gloriam, ecclae suae ornamentum, sibi vero non postremam commendationem apud Deum et homines conciliet rectoratumque suum ultra viginti annorum spatium iam protractum hoc singulari opere omnibus parochianis memorabilem reddat.

Neque hic sistere debet sollicitudo sua, sed insuper pro ossorio novo exstruendo, pro sepultura ossium quantocius instituenda, pro cryptis sepulchralibus expurgandis, ne foetore inficiant ecclam, omni animi contentione adlaboret.

Siquidem autem capella litteratorum super sacristiam desolata gravem ruinam minatur toti ecclae, proinde inito consilio cum senioribus dictae fraternitatis maiori damno tempestiva reparatione occurrendum est, etiamsi opus fuerit cum consensu Officii nonnulla de argento ecclae superfluo operi huic impendere.



Cum vero ea, quae maxime premunt, perficientur, reliqua etiam minime negligenda sunt, quae hac nostra visitatione reformanda adnotavimus, nempe: ut fenestrarum vitra confracta in ecclā reparentur, ut ligna illarum melius parieti cohaereant, ut parietes ecclāe probe dealbentur, ut altaria pulveribus infecta emundentur, ut portatilia duo dubia a celebratione missae amoveantur et alia consecrata substituantur, ut aqua fontis baptismalis, quam turbidam et immundam reperimus, per linteolum mundum percoletur, quod deinde comburatur et cinis in cisternam eccl. deponatur, ut lebes fontis baptismalis ab intra dealbetur, ut cisterna decentior aptetur et sera clausa teneatur, ut claves a ciborio, ab oleis sacris, a fonte baptismali et a cisterna in loco secreto asserventur solis presbyteris noto, ut libri missaliorum laceri praesertim circa canonem reparentur, ut apparatus aliqui laceri et purificatoria tempestive reficiantur, ut reliquiae huius ecclāe nullis auth. litteris munitae venerationi publicae tam diu non exponantur, donec Officium de illarum realitate decernat, ut indulgentiae altaris privilegiati pro defunctis et aliae pro vivis, quarum tempus iam effluxit, pro hac ecclā de novo procurentur, ut denique in conscribendis metricis diligentiores se in posterum exhibeat praepositus non differendo illarum descriptionem ad crastinum, multo minus ad aliquot menses, prout hactenus fiebat, sed exacte observando ea omnia, quae in tractu huius visitationis ordinata sunt titulo: Libri metrics.

Siquidem autem novum campanile ligneum, licet angustum et depressum, cura et impensis suis extruxit praepositus, proinde vetus omnino diruendum est, ne deformet ecclā.

Magnam quidem commendationem meretur diligentia praepiti in defendendis iuribus suae ecclāe et censibus magno motu ac impensis in foro contentioso vindicandis, sed dum nullo documento auth. probavit, in quo statu hoc beneficium reperit ab actu possessionis suae, proinde iudicatu difficile est, utrum illud melioraverit vel deterioraverit, imo bibliothecam ecclāe reperimus in multis libris diminutam, qui in anterioribus visitationibus specificantur. Id vero cuiusnam culpa acciderit, nunc aegre investigari potest, cum praepositus non procuraverit conscribi ab aditu suae possessionis inventarium rerum ecclesiasticarum officiose, quas recepit. Ut saltem ii, qui supersunt, libri et omnia monumenta ecclāe melius conserventur ac solertius custodiantur, dabit operam praepositus reparando aditum ad cubiculum superius ecclāe, in quo commodius quam in sua



residentialia totum archivum erectionum, inscriptionum, metricarum ac aliorum documentorum reponi potest, dummodo omnia ordinatim componantur et inventarium documentorum ordine alphabetico colligatur ac describatur, ut facilius in necessitate quodvis documentum reperiri possit, ne posteris similis labor causetur, qualem nos habuimus.

Multum etiam compatimur adeo pauperrimae habitationi praepositi post devastationem suae residentialiae bellici furoris incursu, sed pro exstruktionem novae nervus aliquis inveniri posset post 22 annos praepositurae, saltem sui commodi gratia, ne locum obtineat illa Divi Pauli sententia: *Qui suae domui praeesse nescit, quomodo ecclesiae Dei diligentiam habebit?* Multum quidem se expendisse pro reparatione ecclesiae asserit praepositus, affert rationes prolixas impensarum, sed nullas perceptarum, cum tamen per totum tempus suae administrationis et tot census pro ecclesia inscripti et tot funeralia et tot pensiones pro pulsu campanarum, eleemosynae ac alia accidentia non defuerint. Quae omnia tanquam fidelis etiam in modico administrator inter perceptam notare debuerat, ut iudicari posset, num expensa pro ecclesia superaverit perceptam sub toto suo regimine et sibi benefactoris meritum coram Deo et hominibus conciliaverit. Quapropter ordinamus serio, ut similes in posterum rationes una cum vitricis de anno in annum in seorsivo libro describantur et ea omnia exacte observentur, quae hic superius praescripsimus titulo: Vitrici.

Rev. Cyprianus Robaszkiewicz, qui vicarium huius ecclesiae agebat, publice notatus in vitio crapulae habitualis ac in eo, quod mandare paginae non decet quodve nec nominari praecepit Apostolus, et quod peius est, post salutarem Varsaviae correptionem nihilo melior factus, pro debitis poenis et pro reassumendo spiritu ecclesiastico ad Officium remittitur, brevi dioecesim mutaturus, utinam et mores mutet in melius. Gravi tamen reprehensione digna est conniventia praepositi, quod conscius talium scandalorum, ea passus est hactenus impune tolerari in suo vicario nec superiori potestati tempestive detulit, prout in conscientia tenebatur. Eiusmodi silentio participem se quodammodo effecit horum reatum. Incumbit nunc sibi onus procurandi quantocius vicarii idonei, doctrina sufficienti ac spiritu ecclesiastico praediti, pro obsequio adeo extensae parochiae, imo optandum est, ut vicarius futurus linguam Germanicam calleat pro commodo parochianorum huius nationis.



Perlatum etiam ad nos est praedicationem verbi divini raram esse in hac eccla, doctrinas morales et catecheses pro rudioribus prorsus neglectas. Quare ut saltem ex libro probati auctoris alicuius ex designatis a Lociordinario praelegantur quolibet die Dominico et festo mane, catecheses autem a prandiis diebus Domcis ante Vesperas pro iuventute et rudioribus indispensabiliter fiant, ordinamus, concludendo eiusmodi doctrinas actibus fidei, spei, caritatis etc. Populus autem maturior saltem semel in anno edoceatur de impedimentis matrimonii et de iis, quae reddunt quodlibet in particulari sacramentum invalidum vel illicitum, de obligatione restitutionis ac de aliis, quae longum esset enumerare, sed quae officium boni pastoris de grege suo solliciti suggerere debet.

Non gravabitur etiam praepositus per se vel per suum vicarium parochianis utut pauperibus sacramenta administrare in infirmitate, ad funus illorum deducendum descendere, praesertim in Garbary, ne in posterum conqueri possint se prorsus neglectos esse et avulsionem sui ac incorporationem ad parochiam viciniorem M. Magdal. expetant. Quae tamen incorporatio omnino necessaria esset, salvo meliori iudicio Lociordinarii, et votis illorum omnium conformis. In exigendis vero iuribus stolae moderatio sit oportet praepitus et rationem habeat paupertatis incolarum. Quoad villas vero et pagos parochiae subiectos quam exactissime observet et per vitricos ecclae observari faciat ordinationem Jll. Hosii eppi circa iura stolae, certus providentiam divinam sibi aliunde non defuturam pro reparatione et decore ecclae, nam facienti, quod ex se est, Deus non denegat gratiam.

SS. Eucharistia ad infirmos de die praemisso pulsu maioris campanae praeter casus urgentes sub umbella cum luminaribus et sonitu campanulae per suburbia deferri debet, ut populus devotus illam comitari possit, praesertim confratres litteratorum, qui hoc officium sibi specialiter commendatum habent in suis erectionibus ac ordinationibus et copiosis indulgentiis compensatum, dummodo in concione ad pium adeo opus alliciantur.

Dolenter etiam ferimus ecclam hanc pluribus olim presbyteris praeditam, nunc aliis diminutis, aliis plane deperditis censibus, fere ad solius praepositi obsequia redactam esse, cursum BMV. in ea fundatum ad praesens prorsus neglectum, licet sub actu ultimae visitationis Libovianae a. 1728 vicarius cum organario et schola, deficientibus mansionariis octo pro illo fundatis, illum decantare solebat. Cum vero nunc praepitus



census nonnullos pro mansionariis inscriptos percipiat, proinde incumbit sibi onus conscientiae saltem ex parte mentem fundatorum adimplere circa cursum decantandum iuxta ordinationem novam in Officio procurandam.

Siquidem autem tot sunt fundata et dotata altaria in hac eccla, quae olim seorsivos altaristas habuerunt, licet non inficiemur plura ex illis congruae sustentationi imparia ad praesens esse, si tamen coniungantur foundationes, possent nunc ultra praepositum et eius vicarium saltem duos altaristas commode alere, ut unus verbi gratia habeat tertium ministerium maioris altaris, duo ministeria capellae litteratorum et s. Apolloniae, alter vero primum ministerium maioris altaris, duo ministeria altaris Immaculatae et insuper altaria Gorgonum, Crucifixi, s. Annae, Annunt. BMV., Angeli Custodis et s. Bennonis. Uterque vero altarista ex foundationibus etiam pro missis et anniversariis participare posset una cum praepto et eius vicario. Sed hoc totum negotium remittimus ad Lociordinarium vel eius Officium, ut statuatur, quod oportunum in praesenti rerum statu iudicaverit, ubi etiam omnes summae huius ecclae approbandae sunt, quae nondum erant approbatae, et obligationes pro ratione modernorum censuum disponendae. Ingens enim disordo est, dum solus praepositus omnia altaria et foundationes possidet, ex quibus census plures percipit, sine tamen adimplerione obligationum eisdem annexarum, quae adeo numerosae et onerosae sunt, ut etiamsi vellet, omnibus satisfacere nullatenus posset. Et praeterea plures census devenerunt ad praesens investigabiles ob defectum proprii altaristae, dum non erat, quem haec cura immediate tangeret. Neque praepositus solus tot negotiis sufficere potuit, nam pluribus intentus minor est ad singula sensus. Quapropter hortamur in Domino praepositum, ut praeter vicarium duos ad minimum altaristas idoneos quantocius procuret et, quo promptius se tanto onere conscientiae liberet, eosdem per legitimos patronos praesentari faciat in Officio instituendos ad omnia altaria dotata huius ecclae inter illos proportionate dividenda. Copiam horum presbyterorum facile suppeditabit seminarium Posn. vel Officialis gener. providebit praeposito sincere volenti. Quos presbyteros sibi adiunctos praeposito omni caritatis et humanitatis officio prosequi curabit et tanquam confratres fovere, ut illam sinistram, sed classicam de se opinionem abstergat, quod nempe suum consortium nullus sacerdotum sustinere potuit et quivis fere post breve experimentum deserere coactus est.



Quoniam vero plures summae pro hac eccla inscriptae sunt hac nostra visitatione comprehensae, de quibus nihil certi habere potuimus, ubinam ad praesens haereant, proinde locatio earum moderna serio inquirenda est et in seorsivo libro pro informatione successorum adnotanda, ne processu temporis et neglectu prorsus depereant. Singulariter vero de summa marc. 200 pro ministris huius ecclae in bonis Krajewice act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Misericordiae 1566 inscripta et in ante successive ex bonis Wielkie Dopiewo, Pleszewo, Baranowo, Objeziorze, Piotrowo, Chalaŵy translata, cuius in visitatione nulla specificationem comperimus, solum in antiquis regestris ecclae exstat vestigium illius usque ad a. 1753, ad quem census ab illa percipiebantur, nunc diligenter inquireret praepositus, utrum in iisdem bonis Krajewice adhuc haereat vel alio translata sit et utrum sit recensita necne inter summas hac nostra visitatione comprehensas.

Quandoquidem etiam constat ex visitat. Tholibov. huius ecclae 1662 expedita, quod summa fl. 1000, quam sub secundo ministerio maioris altaris recensuimus, foundationis olim fam. Sebast. Sukienkiewicz conversa fuerit maiori sui parte in reparationem huius ecclae, occasione cuius ordinavit idem eppus sub actu visitationis suae, ut tantumdem de argento ecclae divenderetur, quantum sufficeret ad colligendam aequalem summam, quae in bonis mundis locanda erat ex censu annuo et obligationes pro fundatore in Officio disponendae, huic ordinationi num hactenus satisfactum fuerit, non constat, imo nulla obligatio pro hoc fundatore absolvitur. Ubi vero haec summa ad praesens haereat, ex antiquioribus monumentis ecclae, praesertim illi tempori vicinioribus investigare non negligat praepositus et aliquam fundatoris animae memoriam in Officio ordinandam haberi curet.

Fraternitates tam pauperum s. Crucis quam litteratorum in hac eccla erectae pristino fervori restituendae sunt. Praeprimis autem fraternitati litteratorum in sessionibus revocari debent in memoriam saluberrima statuta ab eppis Opalenski et Tarnowski approbata eorumque executio urgenda est. Praesertim alliciantur bonis ac suavibus modis confratres ad assistendum quolibet Dom. et festo missae suae votivae, quae per illos decantari debet iuxta antiquam praxim. Serio autem invigilandum est, ne seniores fraternitatum pecuniam collectam domi apud se, sed in corbona ecclae conservent, prout sub titulo Vitrici praescriptum, ne eam pro suis necessitatibus distrahant, ne mutuo aliis



dent, ne summas in censum pro fraternitate vel pro altarista inscriptas propria auctoritate levare audeant vel de bonis in alia bona transferre, prout hactenus inique practicum est sine consensu Officii. Imo gravissimam reprehensionem et poenam ab eodem Officio infligendam meretur ausus fam. Przybylski, suburbanus incolae s. Martini et senioris pro tunc fraternitatis pauperum s. Crucis, qui sine consensu potestatis ecclesiastici, sine scitu praepositi scutellam argenteam ad altare s. Crucis spectantem divendidit pro necessitatibus fraternitatis. Verum huius culpa etiam praepitum participem quodammodo iudicamus, qui in defectu respectivi altaristae et promotoris vices illius gerens permittere non debuit personis saecularibus accessum ad argentum altaris, multominus illius dispositionem. Similia ne in posterum eveniant, gravissime inhibemus. Ac simul revocamus in memoriam ordinationem Jll. Tholibowski eppi, ut praepitum in rationibus a confraternitatibus exigendis, in sessionibus publicis ac electionibus suaviter cum illis procedat, nemini creando aliquam molestiam aut offensionem.

Missa conventualis quolibet die Dom. et festo non lecta, sed cantata celebretur pro parochianis, cui praemittenda est semper aspersio et processio neque ob parvum concursum populi devotio eiusmodi, omnibus parochialibus ecclis propria, intermittenda est. Ne autem laudes divinae sileant potiori temporis parte in hac eccla, alliciatur populus ad pia cantica, ad coronam BMV. ordinatim decantandam ante missam conventualem. Incitetur etiam populus saepe pro concionibus ad observantiam exactiorem festorum ab eccla retentorum, ne in compositionibus insumant dies hos paucos in anno speciali divinae laudi destinatos.

Scholam parochialem, quae semper fuit circa hanc ecclam et pro qua exstat domuncula murata, omnino aperiri curet praepositus observando ea, quae hic superius praescripsimus titulo: Rector scholae.

Contractum emphiteuticum inter antecedaneum praepositum et Christophorum Tesner initum de aedificiis per illum exstructis in area praepositurali villae Górczyno hic superius specificatum inter agros praepositurales, utpote alienationem bonorum ecclae sapientem, sine consensu Officii et sine beneplacito Apost. factum, rescindendum omnino curet praepositus memor sui iuramenti circa institutionem praestiti de bonis huius ecclae pro posse recuperandis.



Siquidem autem hac nostra visitatione curavimus omnes foundationes huius ecclae et obligationes comprehendere, proinde extractum illius authent. habere satagat praepositus inter monumenta ecclae perpetuo conservandum.

Satisfaciendo erectioni mansionariorum in hac eccla, quae iubet, ut quo casu mansionarii non existant, census, qui illos concernunt, non debeant cedere privato commodo parochi, sed in emolumentum dictae ecclae arbitrio Lociordinarii et parochus de illis calculum in Officio praestare teneatur, quando fuerit requisitus, ordinamus decreto praesentis visitationis, ut praepositus a tempore, quo cessavit decantatio cursus BMV., calculum de perceptis et expensis proventuum mansionariorum in rem ecclae vel coram Officio vel coram nobis praestandum in paratis habeat.

Grato vero animo accepimus diligentiam praepositi praevenientem desiderium nostrum in sepultura ossium his diebus solemni ritu instituta cum mortuorum suffragio et vivorum aedificatione. Obligamus tamen vehementer, ut cum oeconomis ecclae a nobis constitutis praesenti actu visitationis in omni caritate et concordia procedat, ut elenchum omnium censuum pro eccla et ordinationem nostram circa vitricos illis in scripto communicet neque eos in illorum officio exercendo quoquomodo impediat, sed semper collato cum illis consilio bonum ecclae procuret, ut reparationes in eccla illis inconsultis non faciat neque separatim ab illis collectas percipiat, cereos et lampades illis ad communem ecclae usum permittat, apparatus ecclae saltem semel in anno aestate liberiori aurae exponantur ventilandi et exsiccandi. Ministros ecclae non de oblationibus altaris, sed de propriis proventibus salariare tenetur praepositus salvis illorum accidentibus, moderatis tamen. Oblationes factae sub tempus devotionum fraternitatum pertinere debent ad easdem, reliquae vero omnes oblationes a vitricis ecclae percipiendae sunt pro communi eiusdem usu convertendae.

De cetero gratulamur vehementer praeposito testimonium bonum ab iis, qui foris sunt, circa gravitatem morum, sobrietatem et honestatem vitae irreprehensibilem, prout decet Dei ministrum. Cui longaevos in perfecta incolumitate ac prosperitate annos vovemus cum plenitudine coelestium gratiarum, quibus etiam ad praemissa omnia exequenda pastorem Lociordinarii et nostram benedictionem sincero corde adiungimus.



# Visitatio

## oratorii et hospitalis s. Crucis

extra portam Vratislaviensem civitatis Posnan.  
in parochia s. Martini siti  
anno D. 1779 die 25. Novembris expedita.

1. Oratorium hoc est de muro solido constructum in figuram crucis sub tholo concavato, ab extra tegulis lateritiis coopertum reparatis recenter. In parietibus probe antea intus et ab extra dealbatum, sed per stillicidia vitiatum, fornice murato clausum, habens fenestras non satis bonas, pavimentum de latere cocto, scamma aliquot lignea, ambonam pariter ligneam depictam, chorum itidem ligneum cum organo parvo, sed per fures destructo, ianuas duas, unam lateralem, alteram a fronte cum foribus ligneis bonis, ferro armatis et bona serratura clausis.
2. Altaria in hoc oratorio sunt quatuor sine ulla dote, fundatione et erectione. Primum altare maius, effigiem sculptam Christi crucifixi praeferens, ligneum, opere sculptorio elaboratum, depictum et sparsim deauratum, cum lapide portatili consecrato integro et salvis reliquiarum operculis. Secundum altare a cornu Evang., imaginem s. Liborii E. praeferens, ligneum, parvum, depictum et sparsim deauratum cum lapide portatili etc. Tertium in eadem regione, imaginem s. Casimiri praeferens, est ligneum, vetus, sine lapide portatili, quia non solet ibi celebrari. Quartum altare a cornu Epistolae situm, imaginem s. Mathiae Ap. praeferens, est ligneum, depictum et sparsim deauratum cum lapide portatili etc. Altaria haec omnia tribus mappis sat mundis teguntur et aliis requisitis instructa sunt ad sacrificium missae decenter celebrandum. Imaginibus sat decenter depictis ornantur, quarum tamen nulla recognita est pro gratiosa seu miraculosa auctoritate publica.
3. Sacristia a cornu Evang. iuncta ecclae est angusta, de muro solido constructa, fornice murato clausa, cum parietibus dealbatis, cum pavimento lateritio, cum fenestra parva vitro et crate ferrea munita, cum cista lignea vetustiori pro suppellectili



ecclae, quae tamen ibidem non asservatur ob periculum furti, cum foribus ferreis, bona serratura clausis.

4. Campanile a fronte ecclae trabibus ligneis exstructum est, in quo pendent duae campanulae, de quarum consecratione nullo documento auth. constat.

5. Caemeterium a multis annis nullo est sepimento circumductum.

6. De primaevo fundatore huius oratorii non constat, solum colligitur ex erectione subsequente fuisse in eodem loco capellam leprosororum dictam ante a. 1420, quo anno ex fundatione famatae Gertrudis, olim Nicolai Peszel civis Posn. relictæ viduae, dotata fuit et erecta in beneficium eccl. per olim Andr. epp. Posn. d. d. Posn. die 8. Jun. 1420. Cuius erectionis copia solum exstat circa hanc ecclam.

7. Jus collationis rectoratus huius capellæ per dictam erectionem attributum est proconsuli et consulibus civit. Posn.

8. Consecrata fuit anno eodem erectionis per eundem Andream eppum, prout in libro, cui titulus: Series obligationum et iurium hospitalis s. Crucis, adnotatum est fol. 5, qui liber conservatur penes provisores dicti hospitalis.

9. Est tituli s. Crucis et curæ animarum ipsius suberant olim pauperes in hospitali manentes, sed incursione belli Suetici hospitale dictum dirutum est et a multis annis non exstat nec pauperes foveantur.

10. Indulgentiæ pro hac eccla recenter concessæ habentur pro festo Invent. s. Crucis plenariæ, pro festo vero Exalt. eiusdem septem annorum et totidem quadragenarum ad decennium valituri ex privilegio Pii P. VI. d. d. Romæ apud s. Petrum die 3. Febr. 1779 et in Officio admissæ die 27. Apr. eodem anno.

11. Reliquias nullas habet hæc eccla neque indulgentias altaris privilegiati pro defunctis.

12. Devotio ibi solet peragi solum bis in anno solemnis, nempe pro festis Invent. et Exalt. s. Crucis cum expositione in monstratorio ss. Sacramenti. Reliquis vero diebus non solet ibi conservari Eucharistia neque lampas ardere solet, quia nulla est pro ea fundatio.

13. Corbana ecclae est sub clavi oeconomorum hospitalis, ex qua modicissima collecta impenditur pro usu altaris, et rationes redduntur magistratui Posn.



14. *Visitationes anteriores huius oratorii et hospitalis reperimus tres, primam Jll. Laurentii Goślicki eppi de a. 1603, secundam Rev. Gaspari Happ, archidiacon. Srem. administr. epp. Posn., de a. 1611, tertiam Jll. Mathiae Łubiński, eppi Posn., de a. 1628. A quo tempore nunquam fuit visitata haec ecclia usque ad hodiernum diem.*

15. *Proventus pro praeposito.*

*Inventarium locale beneficii nullum est.*

1. *Ex erectione census annuus 8 marc. obvenire debet praeposito ex fundatione fam. Gertrudis Peszłowa act. consul. Posn. inscriptus, sed in eadem erectione non exprimitur, super quibus bonis locatus fuerit hic census, neque actus inscriptionis specificatur, proinde hic census ab immemorabili tempore non percipitur et est investigabilis.*

2. *Census a summa marc. 25 foundationis olim Mich. Burchard et Margarithae consortis, civium Posn., de agro in Novis hortis praepito obveniens, act. Consist. Posn. Jacobi de Grandi, offic. Posn., die 7. Sept. 1436 inscriptus, ratione cuius census possidet praepitus ab immemorabili tempore duas particulas agri in Novis hortis prope suburbium s. Martini sitas. Quarum commensuratio sub actu visitationis nostrae facta est in hunc modum:*

*Prima particula agri zaczynając od drogi do Górczyna idącej leży poprzez między ogrodem Panień Benediktynek z jednej y między rolami Pana Topińskiego z drugiej strony, ciągnie się aż do miedzy, liczy wszcz zagonów krótkich 9, skibnych 13, to jest łokci 36, wzdłuż od drogi do Górczyna idącej aż do miedzy liczy łokci 95.*

*Secunda particula agri leżąca między ogrodem Panień Benediktynek z jednej y między dróżyskiem przy ogrodach przedmieścia s. Marcina, ciągnąca się od roli Pana Topińskiego aż do roli Pana Szczepanowskiego, liczy wszcz łokci 115, wzdłuż łokci 247.*

*Agros hos praepositus ad decursum trium annorum contractu manuali arendatario die 1. Maii anno praesenti facto locavit cuidam tenentario pro summa duorum aureorum hung. annuatim sibi pendenda cum concensu Officii in scripto consecutive obtento d. d. Posn. die 15. Nov. 1779.*

3. *Census a summa fl. 1000 de bonis oppidi Rawicz levata et in bonis omnibus civit. Posn., praesertim villae Rataje*



act. Cast. Posn. fer. IV. post fest. Convers. s. Pauli, die scil. 27. Jan. 1773 inscriptus. Ad praesens percipitur.

4. Census a summa fl. 100 testamento olim Melchioris Baławski, civis Posn., sub die 16. Apr. 1631 confecto et per Adamum Nowodworski eppum sub die 20. Apr. 1633 approbato ex bonis Wielkie Łęki in domum lapideam fam. Thomae Medlewski in circulo fori Posn. sitam, ad praesens Mgf. Malczewskich haereditariam, translatus et in eadem inscriptus actu eiusdem testamenti. Census hic ab a. 1766 non percipitur.

5. Juxta visitat. Łubienianam ex fundatione olim Ven. Andr. Bukovii, praepiti huius hospitalis, est census a summa fl. 200 super domo lapidea quondam Magrowska, deinde Nicolai et Sophiae Radulczyków in platea Vratislav. sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest et census ad praesens est investigabilis.

6. Juxta eandem visitat. est census a summa fl. 200 testamentaria legatione eiusdem Andr. Bukovii pro prandio praeposito et pauperibus parando quotannis dispositus et super domo lapidea fam. Stan. Mastek sartoris in platea bedellica sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest et census ad praesens est investigabilis.

Fuerunt antea longe plures proventus praepositi ex censibus super variis aedificiis inscriptis, sed cum ruina horum aedificiorum census isti deperierunt.

Praeterea habuit praepitus sustentationem quotidianam ex proventibus hospitalis pauperum, sed ab immemorabili fere tempore hospitale deficit, pauperes non foveantur et praepitus aliunde victum sibi procurare tenetur.

Aedificia pro praepito a pluribus annis nulla sunt post incursionem Sueticam, cuius furore solo aequata sunt.

#### 16. Obligationes praepositi.

1. Ex erectione tenetur praepositus singulis septimanis tres missas legere ad altare s. Crucis huius oratorii pro anima Gertrudis fundatricis. Cui obligationi non satisfit, quia tota fundatio erectionis deperiit.

2. Ex ratione proventus No. 2 positi iuxta reductionem Łubienski sub actu visitationis factam tenetur praepitus singulis quartualibus anni sacrum pro defunctis absolvere eo adiuncto, ut in aliis sacris, quae pro defunctis absolventur, specialem Michaelis et Margarithae Burchard fundatorum memoriam habeat. Obligationi huic non satisfit.



3. Ex ratione census No. 4 positi tenetur quolibet mense unum sacrum pro anima Melchioris Baławski et consortis absolvere. Obligationi huic non satisfit.

4. Ex ratione census No. 5 positi iuxta reductionem visit. Łubienianae tenetur quolibet mense missam Humiliavit cum passione et collecta pro fundatore Andrea Bukovio absolvere. Obligationi huic non satisfit.

17. In pacifica possessione proventuum, qui ad praesens percipiuntur, est praepositus, super quibus habentur iura suis locis respectivis citata.

18. Praepositus huius oratorii ad praesens est Stanislaus Rorer, oriundus Posnania, annorum 39, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus Posn. die 8. Dec. 1763, ad regendum hoc oratorium legitime praesentatus, canonice institutus die 10. Martii 1779 et eodem anno die 24. Martii rite introductus. Ad excipiendas confessiones etiam pro casibus reservatis officiose approbatus die 12. Apr. 1779 ad decursum duorum annorum. Quae omnia litteris authent. nobis exhibitis rite probavit.

Penes hoc oratorium non residet, quia nullam residentiam habet. Praeter hoc beneficium possidet altare sub titulo Concept. et Nativ. BMV. in eccla colleg. M. Magdal. Posn. sine ullis retentionis litteris ob tenuitatem et compatibilitatem beneficiorum.

Pro familia sua nullam personam conservat habens residentiam et victum apud consanguineos.

#### 19. Supellex huius oratorii.

Monstratorium argenteum 1, calices argentei cum patenis deaurati 2, pyxis argentea deaurata 1, crux argentea 1, vota argentea 7, candelabra stannea 6 etc., dalmaticae 2, casulae 3, antepedia 5 etc.

#### 20. **Hospitale pauperum s. Crucis.**

Fuit olim de muro solido constructum, oratorio s. Crucis contiguum, cum variis aedificiis pro commodo pauperum, continens personas 60. Sed per incursionem belli Suetici funditus devastatum nunquam posthac e suis ruinis assurrexit neque pauperes ulli foveantur.



Erectio ipsius non habetur neque de primaevio fundatore constat. Habentur tamen aliquae foundationes residuae, quae hic recensentur.

### Proventus huius hospitalis.

1. Census a summa aureorum hung. 48 per olim Nob. Stephanum, haeredem bonorum Dębicze dist. Pyzdr., super duobus mansis in iisdem bonis inscriptus in Libro resign. act. Cast. Posn. die Dom. proximo post festum Paschae 1449. Ad praesens bona haec sunt in possessione Gener. Malczewskich, qui censum ab a. 1766 non solvunt, licet iure vindicatum. Sed causa adhuc in lite pendet.

2. Census a summa fl. 150 in et super domo lapidea fam. Waroczewski sutoris in Garbary sita seu inter pontes eundo ad Summum ex civitate a manu sinistra inter vicinitates domorum Heinrichow ab una et Chubertow acialiter parte ab altera consistente, Pruthenico more extructa, act. Advoc. Posn. fer. III. post festum s. Martini, die scil. 13. Nov. 1753 inscriptus, qui ab annis 10 non percipitur.

3. Census a summa fl. 50 in et super domo lapidea aciali in platea Summi ex eadem platea in sutorinam plateam eundo a dextris penes domum muratam Stan. Jendral, sartoris civis Posn., vicinaliter sita, quondam Czayka sutoris, ex post Rudkowskiego, ad praesens Jasniewskiego, demum Męczykiewiczow seu creditorum eorundem act. Advoc. Posn. fer. VI. post Purif. BMV. 1621 inscriptus, per honestam olim Annam Smockkova legatus huic hospitali et ex lapidea eiusdem propria in platea Vratislav. sita translatus, qui ab a. 1776 non percipitur.

4. Census a summa fl. 112 ex summa fl. 150 per commissionem Romanam Posn. 1740 celebratam decortata super lapidea domo quondam Grabowskich post Dublanskich act. Consul. Posn. inscriptus et deinde in domum lapideam totius contubernii sartorum Posn., ad praesens Jllris Szczaniecki, praefecti stabuli Regni, iisdem actis a. 1740 fer. II. pridie fest. Purif. BMV., die scil. 1. Febr. translatus. Census hic ab a. 1769 non percipitur. Haec lapidea sita est in circulo fori Posn. inter lapideas Grabowskiego et fam. Hintzow.

5. Census a summa fl. 50 super domo lapidea in platea Vronec. Gregorii Budyn, deinde Poklękowskiego, ad praesens Stan. Paschalski lanionis inter lapideas Więckowska et Skorzewskiego vicinaliter sita act. Advoc. Posn. fer. IV. post fest.



Concept. BMV. 1601 inscriptus, qui ad praesens ab a. 1770 non percipitur.

6. Census a summa fl. 50 in et super lapidea quondam Kossy, postea Kupkowicza, deinde Witkowskich, ad praesens Lewendowskich inscriptus et in contractu resignatorio eiusdem domus lapideae in platea sutorina eundo ex magna platea ad eccliam PP. Dominicanorum penes lapideam Rosteckiego et domum Witkowskiego Pruthenico opere exstructam vicinaliter sitae act. Consul. Posn. a. 1689 roborato assecuratus, qui ab a. 1769 non percipitur.

7. Census a summa fl. 200 foundationis olim fam. Lucae Wałowski, civis Posn., super lapidea Reginae Brychowa, civissae Posn., postea Jachowskiego, deinde Sobiechowskiego, ad praesens Stephani Topinski in platea Vratislav. in acie penes lapideam Joa. Puchala sita act. Advoc. Posn. fer. IV. pridie festi s. Petri in Vinculis 1619 inscriptus pro prandio pauperibus ipso festo s. Lucae Ev. quotannis dando et pro orationibus tunc temporis per pauperes pro fundatore absolvendis. Census hic ab a. 1760 non percipitur.

8. Census a summa fl. 12 gross. 15 ex summa fl. 50 per commissionem Romanam superius citatam decortata in et super lapidea quondam Winerowicza, postea Łanikowskiego, deinde Myslinskiego, ad praesens Sroczyńskiego doleatoris in platea bedellica inter lapideas Petri Zaydell serrifabri et Stan. Maslek sartoris, civium Posn., vicinaliter sita act. Advoc. Posn. sabb. pridie Dom. Oculi 1637 inscriptus, qui ab a. 1774 non percipitur.

9. Census a summa marc. 6 ex summa marc. 12 per commissionem superius citatam decortata in et super lapidea quondam Andreae Czarny pellionis, ad praesens Murowicza sutoris in platea serrifabrorum inter lapideas Jacobi Oszcicia et Georgii Feder, civium Posn., vicinaliter sita act. Advoc. Posn. fer. VI. infra Oct. Corporis Chr. 1559 inscriptus, qui ab a. 1772 non percipitur.

10. Census a summa fl. 25 ex summa fl. 100 per commissionem superius citatam decortata foundationis olim Sebast. Dicii aromatarii in et super lapidea quondam Joannis sutoris, deinde Balcerkowicza, postea Rzepeckiego, ad praesens Rosteckiego sutoris in platea sutorum inter lapideas Mathiae Choriński et Mathiae Jayko vicinaliter sita coram iudicio bannito ordinario fer. VI. ante fest. Transfig. 1576 inscriptus, qui ad praesens percipitur.



11. Census a summa fl. 100 in et super lapidea quondam Fleyzlow, deinde Wroniecki sartoris, ad praesens Roga sartoris, civis Posn., acialiter sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest. Census tamen percipitur.

12. Census a summa fl. 50 ex summa fl. 200 decortata foundationis olim Elis. Rudowa, civissae Posn., in et super lapidea quondam Kadoha sutoris, ad praesens Grackiego mercatoris in platea magna inter lapideas Stan. Wonenda aurifabri et Alb. Nieznach pellionis vicinaliter sita coram iudicio ordinario bannito fer. VI. ante Dom. Oculi 1618 inscriptus, qui percipitur.

13. Census a summa aureorum hung. 36 de lapidea Jackowska dicta levata et in lapideam Thomae Kell, civis Posn., postea Lichaierowiczow, ad praesens contubernii sutorum Posn. in platea magna inter lapideas Joa. Kurnicki et Georgii fraenificis, vicinaliter sitam act. Consul. Posn. fer. V. post fest. s. Hedv. 1610 translata. Census hic percipitur.

14. Census a summa fl. 100 in lapidea quondam Lichaierowicza, ad praesens contubernii sutorum Posn. in platea magna inter lapideas Georgii Szymanowski et Alb. Raban, civium Posn., vicinaliter sita foundationis olim Simonis Han, mercatoris civis Posn., coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. ante Dom. Judica 1624 inscriptus, qui percipitur.

15. Census a summa fl. 150 ex summa fl. 300 decortata foundationis olim Sophiae Arnoldowa, civissae Posn., in et super lapidea Andreae Szoldra, deinde Merkiera, postea Brukwickiego in platea Vratisl. inter lapideas Leszczynska et Joa. Giec vicinaliter sita coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. post fest. Convers. s. Pauli 1645 inscriptus, qui ab a. 1773, licet decreto Consulari Posnan. eodem anno lato adiudicatus non percipitur.

16. Census a summa fl. 100 ex lapidea quondam Libarowska, Rorerowska et Szczedzwizerow levata et per honestam Sophiam Grzymalska in et super lapidea Pelczynska dicta ex opposito propinatorii Kratka vulgo na Winczarskim targu inter lapideas Sebast. Mejerer et contubernii sutorum Posn. vicinaliter sita, ad praesens fam. Cichocki, sartoris civis Posn., inscripta act. Consul. Posn. sabb. post fest. Epiph. a. 1755, qui ad praesens percipitur.

17. Census a summa fl. 353 in eadem lapidea Cichockiego superius immediate expressa act. Consul. Posn. a. 1761 inscriptus, qui percipitur.



18. Census a summa aureorum hung. 15 ad chartam chyrographariam fam. Adalb. Gierłowski, civi Posn., a. 1769 die 25. Martii latam mutuo data et deinde act. Advoc. Posn. fer. VI. post fest. s. Barthol., die scil. 25. Aug. 1775 in et super lapidea eiusdem Gierłowski propria in foro coronario acialiter (antiquitus Czempinskich dicta) consistente inscripta huic hospitali. Census ad praesens percipitur.

19. Census a summa aur. hung. 15, primum ad chartam chyrographariam fam. Apolloniae Cichowiczowa 1769 die 25. Martii mutuo data et deinde act. Consul. Posn. fer. IV. post fest. s. Michaelis, die scil. 30. Sept. 1778 in et super lapidea eiusdem propria in lapidea Vratisl. acialiter sita inscripta. Census a tribus annis non percipitur.

20. Census a summa fl. 150 ex summa fl. 200 decortata in et super lapidea quondam Rybskich, postea Poninskich, ad praesens Swiniarskiey in platea Vratisl. acialiter sita penes lapideam Spblis Piotrowicz, civis Posn., act. Consul. Posn. fer. II in crastino Dom. Oculi 1648 inscriptus, qui ab a. 1772 non percipitur.

21. Census a summa marc. 6 ex summa marc. 12 decortata in et super lapidea quondam Eklerow, postea Hakiiewiczow, ad praesens Wisnerowey viduae in circulo fori Posn. act. coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. post Oct. Corporis Chr. 1583 inscriptus, qui ab a. 1771 non percipitur.

22. Census a summa fl. 112 ex summa fl. 200 decortata in et super lapidea quondam Miodynska, ad praesens Spblis Czochron, civis Posn., in platea aquatica in acie a latere domus lapideae Stan. Mucha et penes domum muratam Jacobi Borzd, civium Posn., vicinaliter sita act. coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. ante Dom. Judica 1589 inscriptus, qui ab a. 1771 non percipitur.

23. Census a summa fl. 200 ex summa fl. 300 decortata in et super lapidea quondam Mendla, ex post Wasniewiczow, ad praesens Gener. Malczewskich in acie fori sita coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. ante Dom. ss. Trinit. 1625 inscriptus, qui ab a. 1766 non percipitur.

24. Census a summa fl. 25 ex summa fl. 100 decortata in et super lapidea quondam Soiewskiego, ex post Raciborowiczow, deinde Silinskich, ad praesens fam. Gonski, Ianionis Posn., in platea bedellica seu aquatica inter lapideas Joa. Kliza et Sebast. Janeczek vicinaliter sita coram iudicio ordinario



bannito civit. Posn. fer. VI. post Convers. s. Pauli 1612 inscriptus, qui ab a. 1777 non percipitur.

25. Census a summa marc. 25 foundationis olim Spblis Joa. Grodzicki, civis Posn., in et super lapidea quondam Barth. Knichaly, ad praesens Gener. Niegolewski in platea Judaica inter lapideas providi Martini pellionis et Mendell, iudaei Posn., vicinaliter sita coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. ante Dom. Judica 1592 inscriptus, qui ad praesens non percipitur.

26. Census a summa marc. 60 in lapidea quondam Turbaszewiczów, postea Lipinskich, deinde Mroczynskich, exposit Bronikowskich, ad praesens Nob. Kurowski in circulo fori Posn. sita per olim fam. Simonem aromatarium coram iudicio bannito Posn. 1564 fer. VI. post Convers. s. Pauli et a. 1572 fer. VI. post festum Epiphaniae inscriptus, qui ab a. 1777 non percipitur.

27. Census a summa aur. hung. 100 testamento olim providi Alb. Oschul de Costen pro hoc hospitali dispositus in et super omnibus bonis civit. Posn. act. eiusdem civit. fer. VI. ante fest. s. Aegidii 1502 inscriptus, qui ad praesens non percipitur, iure tamen vindicandus.

28. Census marc. 4 in et super bonis civit. Posn. act. civit. Posn. fer. IV. ante fest. s. Barthol. 1558 ex fundatione Domini Joannis a Sierakow inscriptus huic hospitali, qui non percipitur.

Fuerunt olim longe plures census et proventus huius hospitalis in variis aedificiis inscripti cum molendino ipsius proprio, prout constat ex officiosis inscriptionibus, documentis ac privilegiis penes provisos ipsius exstantibus, sed hi omnes census per calamitatem temporum una cum aedificiis deperierunt et ad praesens sunt fere investigabiles.

Et siquidem hospitale a pluribus annis non exstat neque pauperes ulli fovetur, proinde census modici, qui ad praesens percipiuntur (ascendentes annuatim ad 88 fl.), et collectae ex oblationibus piis impendi solent pro celebratione duarum solemnitarum, nempe Invent. et Exalt. s. Crucis, videlicet pro missis, pro lumine, pro necessariis altaris, pro eleemosyna diversis pauperibus, pro musicis, pro consolatione sacerdotum celebrantium et praepositi nec non pro reparatione oratorii.

Rationes perceptarum et expensarum huius hospitalis reperimus conscriptas ab a. 1583 sine ulla interruptione usque ad a. 1707 inclusive, post quem plane deficiunt usque ad a. 1742.



A quo iterum anno reassumuntur et non interruptim continuantur usque ad hodiernum diem. Ex quibus liquet, quod hactenus expensa superavit perceptam fl. 172 gross. 29 solid. 2, quem excessum moderni provisores hospitalis ex futuris ipsius proveniuntibus sibi refundere debent.

Provisores huius hospitalis constitui solent quolibet anno per Nob. magistratum Posn., qui rationes perceptarum et expensarum ipsius in seorsivo libro conscribere solent. Ad praesens sunt Spbles Sebast. Mejerer et Zoładkiewicz, qui sub actu visitationis nostrae calculum de perceptis et expensis ab a. 1773, videlicet ab inchoatione sui officii praestiterunt supra expressum.

#### Decretum reformationis pro oratorio et hospitalis s. Crucis.

Antequam commissio Reipublicae hospitalibus praeposita aliquid, quod opportunum iudicaverit, de proveniuntibus huius hospitalis statuatur, non abs re fore censemus, ut antiqua ordinatio visitationis Laurentii Goslicki eppi observanda renovetur, quae vult, ut provisores hospitalis quotannis per Nob. magistratum Posn. in praesentia praepositi eligantur, ut ii, qui deponunt hoc officium, calculum quotannis praestent circa festum Epiphan. coram Nob. magistratu et praeposito, qui hanc ordinationem pervetustam decreto visitationis nostrae innovatam observari curabit. Summas vero, quae nondum approbatae sunt nec censibus eccles. adscriptae, in Officio approbari faciet, sive pro sua sustentatione sive pro hospitali destinatas, et obligationes ibidem pro se disponi curabit, ne vel nimium praegravatus eisdem vel leviter oneratus videatur. In reliquo commendamus praeposito et provisoribus conservationem status materialis huius oratorii, reparationem eiusdem tempestivam, et ad praemissa omnia exequenda benedictionem divinam precamur, nostram plenissimo corde impertimur, obligando tam praepositum quam provisores, ut census respectivos omni meliori modo pro hospitali vindicari curent et caemeterium sepimento circumdari.



## Visitatio

### ecclesiae et hospitalis s. Lazari

extra muros Posn. sub parochia s. Martini sitae  
a. 1779 die 14. Decembris expedita.

1. Ex visitationibus anterioribus non reperimus ullam.
2. Ecclesia haec est de muro solido constructa in figuram ovalem decussatam et irregularem, ab extra tegulis lateritiis cooperta, sed sparsim reparatione indigentibus, in parietibus ex parte orientali notabili fissura hiantibus intus et ab extra dealbata, fornice murato clausa, ab intra picturis variis decorato; habens fenestras integras et bene compactas, pavimentum de latere cocto, scamna aliquot lignea pervetusta, ambonam ligneam et chorum similem simplicissimo opere elaboratum sine organo, ianuas duas, unam lateralem, alteram a fronte cum foribus ligneis bonis et bona serratura clausis. Porticus fronti ecclesiae iuncta incendio non ita pridem sublata est, sed pro extructione novae de muro solido materialia maiori parte iam sunt praeparata. Sacristia non est ulla, sed supellex et apparatus eccl. conservantur in armariis ligneis parieti ecclesiae insertis.
3. Altaria sunt tria sine ulla dote, fundatione et erectione. Primum altare maius imaginem s. Jacobi Ap. praeferens set ligneum, vetus, opere sculptorio elaboratum, depictum et sparsim deauratum, cum lapide portatili mensae muratae immisso et agglutinato, consecrato, integro et salvis reliquiarum operculis. Altare secundum a cornu Evang. imaginem s. Lazari Ep. praeferens est parvum, ligneum, vetus, depictum et sparsim deauratum, cum lapide portatili consecrato integro et salvis reliquiarum operculis. Altare tertium a cornu Epist. imaginem Dolorosae BMV. praeferens est ligneum, vetus, depictum et sparsim deauratum cum lapide portatili consecrato integro et salvis reliquiarum operculis. Altaria haec omnia tribus mappis satis mundis teguntur et omnibus requisitis instructa sunt ad sacrificium missae decenter celebrandum. Imaginibus sat decen-



ter depictis ornantur (prout et tota eccla), quarum tamen nulla recognita est pro gratiosa sive miraculosa auctoritate publica.

4. Tabernaculum in maiori altari situm est ligneum, deauratum, intus et ab extra probe ornatum et sera clausum, in quo super corporali mundo reposita est pyxis argentea, intus deaurata continens ss. Eucharistiam, cuius species ex farina munda pridie consecratae sunt ratione imminentis festivitatis s. Lazari. Sed ordinarie non solet ibi asservari ss. Eucharistia in hac deserta et a confluxu populi elongata eccla, exponi tamen solet in monstratorio bis in anno, nempe pro festo tituli et dedicationis ecclae. Quod ut decenter fiat, revocamus in memoriam ordinationem eppi moderni de numero et qualitate cereorum ad hunc actum accendendorum, et ut ab Officio obtineatur facultas in scripto pro eiusmodi expositionibus.

5. Oleum infirmorum pro pauperibus conservari solet in armario ad cornu Epist. cum argenteria ecclae sera clausum, hoc anno consecratum veteri combusto.

6. Reliquias nullas habet haec eccla praeter frustum Agnus Dei pacificali insertum.

7. Indulgentias pariter nullas habet, sive alias altaris privilegiati pro defunctis sive alias pro vivis.

8. Campanile est in caemeterio e trabibus ligneis ruditer confectum. In quo pendent campanae minores duae, de quarum consecratione nullo documento authent. constat. Est quidem campanile de muro solido lateri frontis ecclae iunctum, ad instar turris rotundae exstructum, sed per incendium desolatum.

9. Caemeterium nullo sepimento circumductum reperi-mus, ita ut in illud animalibus pateat aditus. Nundinae et mercatus in illo non solent fieri.

10. Erectio huius ecclae non habetur neque de primaevo eius fundatore constat.

11. Jus collationis ipsius ex antiqua constanti traditione spectat ab Nob. magistratum Posn.

12. Consecratam fuisse docent signa visibilia in parietibus et dies anniversaria dedicationis, quae celebrari solet Dom. infra Oct. Ascens. Chr. Nescitur tamen, quando et a quo fuerit consecrata.

13. Est titulus s. Lazari, eppi Massiliensium.

14. Curae animarum ipsius subsunt pauperes in hospitali manentes.

15. Crypta subterranea pro sepeliendis mortuis in eccla est una, fornice murato clausa.



16. Corbona ad fores ecclae est destructa, ex qua modicissima collecta sub clavi praepti impenditur pro usu altaris, prout et ex sacco.

17. Lampas pensilis non est neque ulla est pro ea fundatio.

18. Proventus haec eccla nullos habet certos, solum ex proventibus hospitalis provideri solet pro necessariis et reparatione ipsius per oeconomos.

19. Liber metrices mortuorum et sepultorum circa hanc ecclam antiquus debet esse, qui omnino inquirendus est. Nos sub actu visitationis reperimus non librum, sed chartulas aliquot complicatas, in quibus ab a. 1769 nomina sepultorum circa hanc ecclam conscripta sunt. Novus proinde liber in folio iustae magnitudinis comparandus est, in quo (quatuor marginibus undequaque relictis) ea, qua par est diligentia nomina mortuorum ex dictis chartulis translata describantur legibili caractere, et ita semper in posterum liber continuetur.

20. Devotio sollemnis in hac eccla peragi solet bis in anno, nempe pro festo s. Lazari et pro dedicatione ecclae. Reliquis vero diebus Dom. et festivis solet ibi legi missa pro pauperibus.

21. Praepositus huius ecclae ad praesens est Adm. Rev. Josephus Nepomucenus Schalmeir, oriundus Posnania, annorum 57, qui litteras suae promotionis ad minores et maiores ordines authent. nobis produxit. Sacerdotio initiatus in eccla Cath. Posn. die 17. Sept. 1748, ad regendam hanc ecclam legitime praesentatus, canonice institutus die 10. Julii 1767 et eodem anno die 19. Julii rite introductus. Ad excipiendas confessiones officiose approbatus die 2. Jan. 1777 ad decursum trium annorum. Quae omnia litteris auth. nobis exhibitis rite probavit.

Praeter hoc beneficium possidet decanatum in eccla colleg. M. Magdal. Posn. et altare ibidem sine ullis litteris retentionis ob contiguitatem, tenuitatem et compatibilitatem beneficiorum. Penes hanc ecclam non residet, sed solum penes ecclam M. Magdal. Pro familia conservat hospitam unam, quae est satis honesta et morigera.

22. Proventus praepositi.

Inventarium locale beneficii nullum est.

1. Census a summa fl. 600 testamentaria legatione olim Sebast. Janecii dispositus et in bonis villae Gutowo dist. Posn. act. in iudiciis Kapturowe dictis fer. II. post. s. Jacobi Ap. 1669



inscriptus atque decreto Consist. Posn. die 7. Febr. 1716 recognitus. Ad praesens percipitur.

2. Census a summa fl. 1000 ex legato Stan. Rudnicki primo in bonis oppidi Rawicz inscripta, deinde decreto Consist. Posn. sub die 18. Dec. 1772 levata et in bona civit. Posn. patronimica, praesertim villae Rataje translata ac in iisdem inscripta act. Cast. Posn. fer. IV. post fest. Convers. s. Pauli, die scil. 27. Jan. 1773. Census iste percipitur.

3. Census a summa fl. 1000 per olim Gener. Stan. Miełinski super bonis villae Sokołowo dist. Cost. act. Cast. Vschov. fer. V. post Dom. Conductus 1748 inscriptus. Ad praesens percipitur.

4. Praeterea percipit praeptus ex proventibus hospitalis annuatim fl. 100. Percipiebat olim solum fl. 60 et insuper annuam seu portionem crudam in carne et leguminibus, prout constat ex antiquis rationibus huius hospitalis.

5. Habet insuper modica accidentia pro missis temporibus solemnitatibus in hac ecclia celebrari solitarum.

6. Habet residentiam vicinam eccliae de muro solido constructam, tegulis lateritiis coopertam, cum uno hipocausto et camera, cum fornice murato subterraneo reparatione indigentem, quam solet locare inquilinis pro summa annuali fl. 33, ex qua a caminis persolvit fl. 14 gr. 9.

7. Huic residentiae adiacet hortulus praepositoralis sulcorum 14, continens in longitudine cubitos 50, in latitudine cubitos circiter 25.

Est insuper area residentiae contigua pro conseminandis oleribus apta.

Reliqui proventus praepositi, si qui insuper fuerunt in variis aedificiis inscripti, cum ruina horum aedificiorum per calamitatem temporum deperierunt et ad praesens sunt investigabiles.

#### Obligationes praepositi.

1. Ex vi officii incumbit sibi cura animarum pauperum in hospitali degentium, administratio sacramentorum pro ipsis, missa quolibet die Dom. et festo celebranda in hac ecclia cum doctrina morali pro pauperibus, cui obligationi satisfit non ex integro.

2. Ex ratione census ex Gutowo ignorantur obligationes, quia inscriptio primaeva non est ad manum, quae tamen omnino procuranda est et obligationes inde eruendae. Dicit tamen prae-



positus se absolvere 11 missas annuatim pro fundatore huius census.

3. Ex ratione census de Rataje ignorantur obligationes, quia primaeva inscriptio in oppido Rawicz deest, quae inquirenda est, ut menti fundatorum satisfiat.

4. Ex ratione census ex Sokołowo tenetur praepetus qualibet hebdomada in hac eccla missam legere pro animabus suffragio carentibus. Cui obligationi non ex integro satisfit.

23. In pacifica possessione proventuum, qui ad praesens percipiuntur, est praepositus, super quibus habentur iura hic superius suis locis respectivis citata.

#### 24. Supellex huius ecclae.

Monstratorium cupreum deauratum, calices argentei cum patenis deaurati 2, pixis argentea deaurata 1, crux argentea 1, votum argenteum 1, missalia 3, candelabra stannea 12, candelabra aurichalcina 4 etc. Casulae 13, antepedia 9, vexilla 2 etc.

#### 25. Hospitale s. Lazari.

Ex opposito ecclae s. Lazari penes viam publicam exstat hospitale de muro solido constructum in a. 1757, partim beneficentia Perill. Wosinski, can. Cath. Posn., partim magistratus Posn., tegulis lateritiis coopertum, cuius fabrica extenditur in longum ad cubitos 30, in latum ad cubitos 12, continens hipocausta 2 et cubiculum per modum oratorii. Quae omnia reparatione indigent.

De primaeva erectione huius hospitalis plane non constat. Certum solum est ex monumentis penes provisores exstantibus illud ab immemorabili tempore fuisse, in quo fovebantur olim personae pauperes ultra 50. Ad praesens reperiuntur 7, quinque mulieres et duo viri.

#### Proventus huius hospitalis.

1. Census a summa fl. 100 foundationis olim Joa. Skodzinski in domo lapidea quondam Grądkowskich, deinde Sliwkiewiczow, ad praesens fam. Borecka in platea bedellica Posn. sita act. coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. ante Dom. Trinit. 1615 inscriptus, qui nunc percipitur.

2. Census a summa fl. 118 in eadem domo lapidea per Adamum Rzepkowski act. coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. ante Dom. Palmarum 1608 inscriptus, qui nunc percipitur.



3. Census a summa fl. 100 in bonis villae Sady dist. Posn. act. Cast. Posn. fer. IV. post Dom. Invocavit 1578 inscriptus, qui ab annis 9 non percipitur.

4. Census a summa fl. 100 in domo lapidea quondam Oberlandrow, ad praesens Spblis Kieller in platea serrifabrōrum Posn. sita act. Consul. Posn. fer. III. post fest. Circumcis. Dom., nempe 3. Jan. 1758 inscriptus, qui percipitur.

5. Census a summa fl. 500 in domo lapidea quondam Końskich, deinde Kramberskich, postea Kozłowskich, ad praesens Rozpędowskiey in platea Vratisl. sita act. Advoc. Posn. fer. IV. post fest. Purific. BMV. 1684 inscriptus, qui ad praesens percipitur.

6. Census a summa marc. 18 ex summa totali marc. 24 per commissionem Romanam de a. 1740 Posn. celebratam decorata in domo quondam Zdzierkiewiczow in platea, qua itur sub monticulum penes conventum PP. Franciscanorum, per olim Andream Naporowicz coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante fest. Purific. BMV. 1614 inscriptus, qui per successores, ad praesens Wroniecki et Brzeski sartorem a 3 annis non solvitur.

7. Census a summa fl. 333 ex summa originali fl. 500 per eandem commissionem decortata in domo lapidea quondam Budziniewiczza, deinde Wentlantow, deinde Stachowskich, ad praesens fam. Mejererow in circulo fori Posn. sita coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. ante fest. ss. Simonis et Judae 1662 inscriptus in necessitates pauperum in plateis (ae) sterquiliniis misere decumbentium, qui ex iisdem locis ad hoc hospitale deduci debent per hominem, cui pro hoc obsequio ex praefato censu 6 fl. quotannis obvenire debent cum obligatione, ut qualibet hebdomada ter plateas perlustret et pauperes ex eisdem ad hospitale deducat. Item praeposito hospitalis ex dicto censu 4 fl. quotannis cedere debent, qui a singulis iis pauperibus ad hospitale deductis confessionem sacram. excipere et singulis quartualibus anni missae sacrificium pro anima fundatoris celebrare et eandem pauperum orationibus commendare tenetur. Census iste ab aliquot annis non percipitur et obligationi non satisfit.

8. Census a summa fl. 250 ex summa fl. 500 per eandem commissionem decortata in et super lapidea quondam Fersztalow, ad praesens Gruchałow in platea Judaica sita act. Adv. Posn. fer. IV. post fest. Purific. BMV. 1684 inscriptus, qui a 5 annis non percipitur.



9. Census a summa fl. 100 ex summa fl. 200 decortata in et super lapidea quondam Granatkiewiczow, deinde Serbinskiego molitoris, ad praesens Nowiszewski sutoris inscriptus act. Civit. Posn., sed actus inscriptionis deest et census a 4 annis non percipitur.

10. Census a summa fl. 200 in et super lapidea quondam Rydla sutoris, ad praesens Murowiczowey, civissae Posn., act. Consul. Posn. die 5. Aug. 1732 inscriptus, qui ab 8 annis non percipitur.

11. Census a summa fl. 100 ex summa fl. 400 decortata binis inscriptionibus in et super lapidea quondam Raciborowiczow, deinde Silinskich, ad praesens Gońskiego lanionis in platea aquatica sita inscripta, et quidem prima fl. 100 act. Adv. Posn. sabb. ante Dom. Exaudi 1650, secunda fl. 300 coram iudicio bannito civit. Posn. fer. VI. post fest. Convers. s. Pauli 1612. Census a 3 annis non percipitur.

12. Census a summa fl. 312 ex summa fl. 450 decortata foundationis Nob. Kaminski in et super lapidea ad praesens Maszkiewicza doleatoris in platea sutorum sita act. Consul. Posn. in vig. ss. Petri et Pauli 1702 inscriptus, qui ab a. 6 non percipitur.

13. Census a summa fl. 150 ex summa fl. 200 decortata in eadem lapidea act. Advoc. Posn. fer. IV. ante fest. s. Martini 1611 inscriptus, a 6 annis non percipitur.

14. Census a summa fl. 200 ex lapidea Stroinskich levata et in lapidea quondam Staneckich, ad praesens Spblis Czochron in circulo fori sita act. Consist. Posn. die 19. Junii 1769 inscripta, a qua census percipitur.

15. Census a summa fl. 2000 in eadem lapidea decreto Consist. Posn. die 19. Junii 1769 lato recognitus ac adiudicatus, qui percipitur.

16. Census a summa fl. 333 ex summa fl. 500 decortata in lapidea Adami Bruchwicki in platea Vratisl. sita act. Adv. Posn. fer. III. post Dom. Misericordiae 1684 inscriptus, qui a 6 annis non percipitur.

17. Census a summa fl. 100 in lapidea quondam Schneidera, postea Niziwskiego, ad praesens Wernera in platea magna sita act. Advoc. Posn. fer. VI. in crastino festi s. Hedvigis 1626 inscriptus, qui percipitur.

18. Census a summa fl. 500 in lapidea domo Sznaydrowska dicta in platea magna sita act. Adv. Posn. fer. II. ante



fest. Nativ. BMV., die scil. 3. Sept. 1753 inscriptus, qui percipitur.

19. Census a summa fl. 300<sup>\*</sup> in lapidea quondam Wasniewiczow, deinde Czempinskigo, postea Rospędowskiew, ad praesens Morgowskigo in platea Vratisl. sita coram iudicio bannito civit. Posn. 1600 fer. V. ante Dom. Cantate inscriptus, qui percipitur.

20. Census a summa fl. 50 in eadem lapidea act. Advoc. Posn. per Adalb. Pokorowicz fer. III. ante ss. Simonis et Judae 1666 inscriptus, qui percipitur.

21. Census a summa fl. 300 in eadem lapidea decreto Consist. Posn. 1769 die 19. Junii lato recognitus, qui percipitur.

22. Census a summa fl. 750 ex summa fl. 1000 decortata in lapidea quondam Czochronow, deinde Kuczkowskich, ad praesens Piotrowiczow in circulo fori sita act. consul. Posn. fer. VI. post Visit. BMV. 1720 inscriptus, qui percipitur.

23. Census a summa fl. 200 ex summa fl. 300 decortata in lapidea quondam Mendłow, deinde Wasniewiczow, ad praesens successorum Malczewskich in circulo fori sita act. Advoc. Posn. fer. VI. ante fest. s. Hedvigis 1589 inscriptus, qui a 3 annis non percipitur.

24. Census a summa fl. 750 ex summa fl. 1000 decortata in lapidea quondam Szttyplerow, ex post sartorum Posn., ad praesens Gener. Szczaniecki, praefecti stabuli Regni, in circulo fori sita act. Adv. Posn. fer. III. post Assumpt. BMV. 1699 inscriptus, qui a 7 annis non percipitur.

25. Census a summa fl. 150 in bonis villae Kaniewo haereditariis Celsissimae Sapięha, palatinidissae Męcisławien., act. Cast. Posn. fer. II. post s. Magar. 1609 inscriptus per olim Gener. Andr. Stamski, qui a 12 annis non percipitur.

26. Census a summa fl. 166 ex summa fl. 250 in lapidea Bruchwickiego in platea Vratisl. sita act. Cast. Posn. sabb. post Dom. Jubilate 1693 inscriptus, qui a 5 annis non percipitur.

27. Census fl. 20 foundationis Grudzinskigo act. Cast. Posn. 1638 in et super bonis totius synag. Posn. inscriptus, qui ab 11 annis non percipitur.

28. Census a summa fl. 300 in lapidea quondam Graffoska, postea Wecebauma, ad praesens successorum Belycha in platea magna sita act. Consul. Posn. fer. VI. post fest. s. Michaelis 1721 inscriptus, qui percipitur.



29. Census a summa fl. 500 ex summa fl. 1000 decortata in lapidea quondam Szczeszynskich, postea Czochronow, ad praesens Koteckiego in platea aquatica sita act. Consul. Posn. fer. VI. post Visit. BMV. 1720 inscriptus, qui percipitur.

30. Census a summa fl. 200 in lapidea quondam Scislewskich, expost Smatrowskich, ad praesens successorum Gembicza in platea Judaica sita decreto Consul. Posn. 1768 lato recognitus, qui percipitur.

31. Census a summa fl. 166 gr. 20 ex summa fl. 1000 decortata in lapidea quondam Godlewskich, postea Kunickiego, ad praesens successorum Wilanta in platea magna sita decreto Consist. Posn. 1756 die 8. Oct. lato recognitus, qui percipitur.

32. Census a summa fl. 50 in lapidea quondam Szpankow, postea Trabanta, deinde Smolinskich, ad praesens Sędysa in platea magna sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest, census tamen percipitur.

33. Census a summa fl. 333 gr. 10 ex summa fl. 500 decortata in lapidea quondam Prędkowskich, expost Schmita, ad praesens Schleynowy na Małych Garbarach sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest et census ab 8 annis non percipitur, qui antea persolvebatur.

34. Census a summa fl. 600 in lapidea quondam Hedelhoffera, ad praesens Reiera sartoris in platea magna sita act. Consist. Posn. 1746 die 17. Mart. inscriptus, qui percipitur.

35. Census a summa fl. 100 in lapidea quondam Kwaśniewskiego, expost Kinosowicza, ad praesens Ptaszkiewiczza in platea serrifabrorum sita inscriptus, sed actus inscriptionis deest, census tamen percipitur.

36. Census a summa fl. 200 in bonis villae Brączyno dist. Caliss. act. Cast. Caliss. 1642 inscriptus, qui non percipitur.

37. Census a summa fl. 133 ex summa fl. 200 decortata in lapidea quondam Kossego, expost Hennika, ad praesens Nowackiey viduae in platea sutorum sita act. Advoc. Posn. sabb. ante fest. s. Martini 1675 inscriptus, qui a 9 annis non percipitur.

38. Census a summa fl. 225 ex summa fl. 310 gr. 15 decortata in lapidea Herbowskich in platea Vratisl. sita act. Adv. Posn. sabb. pridie festi s. Catharinae 1685 inscriptus et decreto Consist. Posn. 1768 lato adiudicatus, qui non percipitur.

39. Census a summa fl. 100 na budzie sledziowey quondam Mroczyńskich, ad praesens Bukowicza in circulo fori sita



act. Advoc. Posn. fer. IV. in crastino festi Nativ. s. Joa. Bapt. 1636 inscriptus, qui percipitur.

40. Census a summa fl. 75 ex summa fl. 100 decortata in lapideola quondam Hedyen, ad praesens Meerowey viduae in Garbary sita act. Consul. Posn. fer. III. post fest. ss. Innocent. 1721 inscriptus, qui a 7 annis non percipitur.

41. Census a summa fl. 100 in lapideola quondam Rybickich, ad praesens Woraczewskiego (fundationis Rychniewickiego) inter Pontes Posn. sita act. Adv. Posn. fer. VI. post Visit. BMV. 1746 inscriptus, qui ab 11 annis non percipitur.

42. Census a summa fl. 250 gr. 20 in lapidea quondam Szpernow, ad praesens Cichowiczowey viduae in platea Vratisl. sita act. Consul. Posn. fer. III. post Dom. Palmarum, die scil. 5. Apr. 1757 inscriptus, qui ab 11 annis non percipitur.

43. Census a summa fl. 2000 in lapidea quondam Sekulinskich, ex post szpitalna, deinde Kaysza, demum Lewandowskiego, ad praesens Loë slifierza inscriptus et in contractu resignatorio eiusdem lapideae a. 1777 fer. IV. ante fest. s. Margar. act. civit. Posn. roborato recognitus, tandem inde levatus et in bona civit. Posn. fer. IV. ante fest. s. Margar., die scil. 9. Julii 1777 translatus ac in iisdem inscriptus. Census hic percipitur.

44. Census a summa fl. 220 gr. 20 per Mariannam Rydlochowa act. Consul. Posn. sabb. post fest. s. Lucae 1760 in manso agri vulgo huba dicto in Winiary sito inscriptus, qui ab aliquot annis non percipitur.

45. Census a summa fl. 100 per honoratos Szubertow in lapidea illorum propria in platea sutorum sita act. civit. Posn. die 14. Dec. 1775 inscriptus huic hospitali, qui ad praesens non percipitur.

46. Census a summa fl. 372 in domo lapidea quondam Woyciechowskiego, ad praesens Szperny in platea Vronec. sita act. Adv. Posn. fer. VI. ante Dom. Oculi 1651 inscriptus, qui non percipitur.

47. Census a summa fl. 100 in lapidea quondam Białeckich, ad praesens Petri Zołądkiewicz in platea magna sita act. civit. Posn. inscriptus, sed actus inscriptionis deest, census tamen percipitur.

Fuerunt antea longe plures census in variis aedificiis tum intra tum extra muros Posn. pro hoc hospitali inscripti, prout constat ex numerosis inscriptionibus apud provisores exstantibus et ex libro, cui titulus: *Series obligationum*



pro hospitali Lazareth apud eosdem manente, sed aedificiis per calamitatem temporum devastatis etiam census deperierunt et ad praesens sunt investigabiles.

### Fundi hospitalis.

In suburbio Posn. post eccliam s. Martini exstant varii fundi iurisdictionis Wenetowo dictae antiquitus per olim Mgf. Stanislaum Potulicki, palatinidem Caliss., huic hospitali cum tota iurisdictione donati et inscripti act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Oculi 1594, quorum descriptio sequitur in hunc modum:

1. Grunt z domostwem quondam Paśnikowe, teraz Ley-snera piekarza, od ulicy wszerz łokci 30, w tyle łokci 33, wzdłuż łokci 210.
2. Grunt z domostwem quondam Xięskiego, teraz Mosin-skiego rzeźnika, od ulicy wszerz łokci 30, w tyle 33, wzdłuż 210.
3. Grunt z domostwem quondam Stefankowe, teraz Witkie-wicza płociennika, od ulicy wszerz łokci 12, w tyle tyleż, wzdłuż 25.
4. Grunt z domostwem quondam Xięskiego, teraz sukces-sorow Sobanskiego, od ulicy wszerz łokci 23, w tyle 33, wzdłuż 210.
5. Grunt z domostwem quondam Zurkowiczow, teraz Marszałkiewicza kołodzieja, od ulicy wszerz łokci 15, w tyle tyleż, wzdłuż 210.
6. Grunt pusto leżący tegoż Marszałkiewicza, od ulicy wszerz łokci  $13\frac{1}{2}$ , w tyle tyleż, wzdłuż 210.
7. Grunt z domostwem quondam Zielinskiego, teraz Pytlewskich, od ulicy wszerz łokci 12, w tyle tyleż, wzdłuż 210.
8. Grunt tegoż Pytlewskiego, na którym ogród y podworze zdawna chorążyka, od ulicy wszerz łokci 12, w tyle tyleż, wzdłuż 210.
9. Grunt z domostwem quondam Wrony, teraz Janu-szewskiego, od ulicy wszerz łokci 12, w tyle tyleż, wzdłuż 210, w środku 14.
10. Grunt z domem quondam Rzymskiego, teraz Gołka, od ulicy wszerz łokci 23, w tyle 156, wzdłuż 210.
11. Grunt z domem quondam Formankowe, a teraz Opol-skiej wdowy, od ulicy wszerz łokci 30, w tyle tyleż, wzdłuż 210.
12. Grunt pusty quondam Strugalinskih, expost Drużyn-skich, teraz jest w kontrowersyi z racyi pretensyi mianey przez J. Pana Bruchwickiego, wszerz łokci  $34\frac{1}{2}$ , w tyle 40, wzdłuż 105.
13. Grunt z domem quondam Wielimowe, teraz Sielskiego, od ulicy wszerz łokci 25 y ćwierć jedna, w tyle tyleż, wzdłuż 92.



14. Grunt pusty quondam Wypelkowiczow, teraz Czekalskiej wdowy, od ulicy wszerz łokci 15 y ćwierć, w tyle tyleż, wzdłuż 81.

15. Grunt z domem quondam Wyzykowe, teraz Hano-wicza, od ulicy wszerz na okoł łokci 36 y pół, wzdłuż 34 y wpół.

16. Grunt z domem quondam Tylkowe, teraz Muszynskiego, od ulicy wszerz łokci 30, w tyle tyleż, wzdłuż 45.

17. Grunt z domem quondam Sowinskiach, teraz Robaszkiewiczowej wdowy, od ulicy wszerz łokci  $11\frac{1}{2}$ , w tyle tyleż, wzdłuż 90.

18. Grunt z domem quondam Dyczkowe, teraz Hanowiczowej wdowy, od ulicy wszerz łokci 39, w tyle tyleż, wzdłuż 90.

19. Grunt z domem quondam Koronowskich, teraz Pełczynskiej wdowy, od ulicy wszerz łokci 13, w tyle 15, wzdłuż 90.

20. Grunt z domem quondam Soleckiego, teraz Sobanskiej, od ulicy wszerz łokci 17, w tyle tyleż, wzdłuż 90.

21. Gruntu jedna połowa Fizbuchow, expost Tomiszewskiego, teraz Grabickiego mularza z domostwem, od ulicy wszerz łokci 20, wzdłuż 99.

Circa hos fundos stetit ordinatio sub actu visitationis Christoph. Szembek, eppi Posn., de a. 1719 die 19. Dec. puncto 8 in haec verba: »Qui quidem incolae Wenetowo ratione census terrestres de quolibet fundo annuatim pro festo s. Martini per fl. 3 pro hospitali ad manus provisorum solvere erunt adstricti. Item erunt sicut sunt adstricti ad metendas segetes tempore messis de agro hospitalis s. Lazari vel solvere tenebuntur annuatim fl. 60 ratione huius messis«. Tamen non obstante hac ordinatione solvebant solum hospitali incolae huius fundi in recognitionem dominii annuatim fl. 76 gr. 16 usque ad a. 1768, a quo anno nihil plane solvunt obtinentes calamitatem temporum. In quo incusatur etiam negligentia vel conniventia provisorum, quod fundus hic hospitali per tot annos nihil fructificet.

Quod vero iurisdictionem huius fundi attinet, idem Visitator statuit puncto 7 in haec verba: »Fundus Wenetowo hospitalis s. Lazari, quem Gener. Potulicki haereditario et terrestri iure possidebat, eundemque simul cum iure haereditario donavit hospitali s. Lazari, ne a civitate gravetur et ne incolae eius ad contributiones tam capitales quam hibernales aliaque onera civitatis trahantur aut ad praetorium Civitatisense citentur, sed immunitate bonorum terrestrium gaudentes solis et immediatis provi-



soribus hospitalis uti dominis suis sint subiecti». Item puncto 9: »Regimen vero praedictorum incolarum tale sit: Provisores pro die ultima anni ad hospitale descendent, unum ex praedictis incolis advocatum eligent, qui in levioribus causis ceteros iudicabit appellatione nisi in gravioribus ad iudicium suum provisoriale admissa, census etiam colliget ac alias contributiones, de quibus singulis annis ad finem expirationis officii sui calculum provisoribus in praesentia incolarum faciet».

Ordinatio haec quoad iurisdictionem observatur ad praesens cum hac tamen exceptione, quod incolae praedicti, cum sint variis contuberniis Civitatensibus adscripti, qua cives coguntur impositiones et contributiones Civitatenses persolvere.

### Agri hospitalis.

Ex donatione Gener. Stanislai Potulicki, filii palatini Caliss., officiose confecta coram act. Cast. Posn. fer. II. post Dom. Oculi 1594 sunt certi agri hospitalis proprii incipiendo a fossa et salicibus extendentes se ad villam Gorczyño, continentes tres mansos alias trzy huby roli, quorum dimensuratio sub actu visitationis nostrae facta ponetur ad finem ipsius.

In his agris fundatum fuit praedium hospitalis proprium cum inventario pecudum et pecorum, cum omnibus rei agrariae et oeconomicae utensilibus, cum duobus horreis, stabulis et forrestis. Rem oeconomicam ipsi provisosores administrabant ab antiquo et longe plures pauperes in hospitali fovebantur. Licet autem cautum fuerit ordinatione superius citata, ne unquam praedium cum agris et inventario contractu arendatario tenentariis locetur, sed per ipsos provisosores administrantur omnes proventus hospitalis in tres partes dividendi ita, ut prima pars in vulneratos et insanabiles aegrotos, secunda in pauperes viros, tertia in pauperes feminas convertatur, tamen ab immemorabili fere tempore provisosores subterfugiendo laborem administrationis agros hos contractu arendatario tenentariis locabant et semper sine consensu Officii vel Lociordinarii, solum ex dispositione Nob. magistratus Posn. nullo iure sibi usurpata, et contra decreta Conc. Trident. Quo factum est, ut proventus huius hospitalis notabiliter diminutus sit, atque adeo numerus pauperum, inventarium locale pecudum et pecorum ac universae rei oeconomicae deperierit, de quo solum constat ex antiquis hospitalis registris, contractibus et conscriptionibus eiusdem inventarii. Colligitur



tamen ex ultimo contractu esse pro loco 16 pecudum varii generis alias 16 sztuk bydła.

Et quod peius est, stetit ultimus contractus manualis a. 1744 die 9. Mart. confectus non iam titulo arendae, sed titulo perpetuae et irrevocabilis venditionis bonorum immobilium et agrorum omnium huius hospitalis inter provisores eiusdem ab una in assistentia deputatorum a magistratu Posn. et providum Fridericum Sznayder colonum et eius successores parte ab altera initus, qui licet dicatur fuisse factus cum expresso consensu Rev. curatorum huius hospitalis a Lociordinario designatorum, tamen id non probatur nec iste consensus produci potest. Et licet cauta sit in illo procuranda approbatio Lociordinarii vel eius Officii, tamen neque haec producitur. Et praeter illam ad validitatem huius contractus venditionis et alienationis perpetuae bonorum ecclesiasticorum necessarium fuisset beneplacitum Sedis Apost., quod tamen non producitur. Quapropter contractus iste ex multis capitibus invalidus et illicitus et summopere hospitali praeiudiciosus omnino rescindendus est.

Vigore huius contractus vendiderunt in perpetuum provisores totum praedium cum agris supradictis pro summa 500 tynfonum rathatim enumerata et insuper pro solvendis annuatim hospitali in recognitionem praeteriti domini tynfonibus 120 et certis laboribus per dictos colonos obeundis in commodum hospitalis sub vadio 500 tynfonum per eam partem alteri solvendo, quae a contractu et eius conditionibus resilierit.

Cum autem praedium hoc olim de muro solido constructum cum aedificiis omnibus incendio casuali per hominem viatorem excitato consumptum esset in a. 1777, quo igne et porticus ecclesiae et campanile desolata sunt ex occasione eorundem colonorum, qui hunc hominem viatorem hospitio exceperunt, moderni Spbles provisores novum contractum inierunt cum successoribus praedicti Sznayder, quo in emphiteusim ad 30 annos locarunt illis totum praedium cum agris hospitalis pro summa 228 fl. annuatim duabus rathis pendenda et insuper duobus caponibus et triginta ovis annuatim pro pauperibus hospitalis dandis cum obligatione insuper convehendi ligna pro pauperibus et farinam ex molendino. Vigore huius contractus praedicti coloni Sznaydrowie post incendium extruxerunt propriis impensis de ligno domum cum duobus horreis et totidem stabulis de nova radice in eodem loco, ubi fuit antiquum hospitalis



praedium. Contractus hic factus est in a. 1778 et act. Civil. Posn. eodem anno roboratus. Sed quia est initus sine consensu Lociordinarii et eius Officii et sine beneplacito Sedis Apost., solum cum consensu magistratus Posn., proinde illum tanquam invalidum et illicitum remittimus ad Lociordinarium vel eius Officium ad irritandum vel approbandum. Et Sp. provisoribus omnino iniungimus, ut eundem ibidem exhibeant memores, quod hospitalia sint bona ecclesiastica, dispositioni Lociordinarii in omnibus subiecta, prout docet Conc. Trident. Quapropter ne in posterum similes contractus facere audeant provisoires sine consensu Officii, severissime inhibemus. Interim tamen ultra summam in contractu stipulatam praedicti tenentarii Sznaydrowie sub actu visitationis nostrae obligarunt se ad solvendo quotannis in rem hospitalis 18 praeter fl. 240 (?) in contractu expressos pro additamento in consolationem sacerdotum pro solemnitatibus s. Lazari et dedicationis ecclae et insuper aliquid plus ex ovis et caponibus pro pauperibus. Quae conventio tamdiu valere debet, donec contractus ipse emphiteuticus approbetur vel rescindatur per Lociordinarium vel eius Officium. Contractus iste factus est coram Officio actisque oeconomico Dispensatorialibus civit. Posn. fer. IV. post fest. ss. Petri et Pauli, die scil. 1. Julii 1778 officiosus, manualis vero inter partes contrahentes et deputatos consules a magistratu Posn. factus est eodem anno die 6. Febr. Utrumque certe sine magna admiratione legere non potuimus eo vel maxime, quod magistratus Posn. usurpet sibi potestatem de bonis ecclesiasticis disponendi independenter a Lociordinario vel eius Officio.

Ex his agris solvi solent annuatim ratione iuris parochialis praeposito s. Martini duae metretae siliginis et totidem avenae. Sed quia praepetus s. Martini nullos labores parochiales obit circa pauperes, imo totum laborem committit praeposito huius hospitalis circa dispositionem moribundorum et sepulturam pauperum, proinde aequitati conformius censemus, ut haec obventio ex agris hospitalis cedat praepeto eiusdem hospitalis, salvo meliori iudicio Lociordinarii.

Hortulus hospitali adiacens pro oleribus exstat, quem pauperes pro se colunt, ita ut pro qualibet persona sint duo sulci ad dimidium stadium protensi. Sed quia non est circumseptus, proinde non potest multum fructificare pauperibus.



### Aedificia hospitalis.

Praeter superius expressa exstat in fundo hospitalis ex altera parte praedii domus lignea cum horreo, forrestis et area, quam inhabitat Sznaydrowa vidua, quae unum mansum alias hubę agri hospitalis occupat.

Item in hac contiguitate est domuncula lignea hospitalis propria, quam occupat inquilinus solvens annui census fl. 3.

Ex opposito est domuncula in fundo hospitalis lignea cum promariolo et duabus arboribus fructiferis inquilino locata, ex qua solvitur census annuus fl. 16.

Item sunt duae domunculae lignae parvae in fundo hospitalis penes viam, in quarum una habitat seniculus pauper cum uxore, in altera vero habitat femina inquilina solvens census annui fl. 2 pro hospitali.

### Jura noviter reperta pro sacerdote hospitalis.

1. Census a summa marc 24., cuius medietas praepo hospitalis, altera vero medietas ipsi hospitali cedere debet, ex domo lapidea in platea columbina reemptus ac in domo olim fam. Andreae Naporowicz, deinde Francisci Ianionis sub monticulo sita inscriptus act. Adv. Posn. fer. VI. ante Purific. BMV. 1614. Ad praesens aegre investigari potest.

2. Census a summa fl. 100 in domo lapidea in platea bedellica sita olim fam. Casim. Skoyczewski act. Adv. Posn. fer. V. post s. Martini 1680 inscriptus ex fundatione honestae Reginae mendicae pro missa celebranda quotannis et reliquo censu inter pauperes dividendo. Qui ad praesens videtur esse investigabilis.

3. Census a summa marc. 13 in domo lapidea olim fam. Gaspari Czeran, deinde Felicis Cyganowicz, deinde Gofuchowicz in platea Judaica Posn. sita act. Adv. Posn. fer. VI. ante fest. s. Matthaei 1586 inscriptus pro sacerdote in hospitali manente, ut circa celebrationem missarum mentionem faciat et orationem addat pro fundatoribus, specialiter autem pro advocato et scabinis Posn. pro tempore existentibus. Census iste ad praesens aegre investigari potest.

4. Census a summa marc. 8 pro sacerdote in hospitali commorante in eadem domo lapidea iisdem actis, eodem anno et feria inscriptus. Ad praesens non percipitur.

5. Census a summa fl. 100 ex testamento olim Ven. Stan. Bębnii sacerdoti hospitalis Lazareth in domo lapidea olim



Laurentii Gębicki, deinde Koneckowicz alias Grygierek in platea Vronec. sita act. Adv. Posn. fer. IV. post Dom. Misericordiae 1616 inscriptus. Ad praesens investigatio eius est difficilis.

6. Census a summa fl. 400 testamento olim Sebastiani Janecii, olim Excell. Georgii Janecii filii, in domo lapidea eiusdem Janecii in circulo fori Posn. sita recognitus et act. Advoc. Posn. fer. V. ipso die s. Petri in Vinculis 1669 inscriptus pro sacerdote hospitalis Lazareth iuxta ordinationem Officii circa approbationem eiusdem testamenti quoad divina officia. Census iste nunc est investigabilis.

7. Census a summa fl. 100 pro hospitali s. Crucis, item fl. 200 pro hospitali s. Lazari, item fl. 100 pro hospitali s. Valentini in domo lapidea olim Blasii Winkler in circulo fori Posn. sita act. Adv. Posn. fer. IV. ante fest ss. Petri et Pauli 1619 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

8. Census a summa fl. 600 ex legato olim Georgii Janecii, medic. doctoris, in braseatorio ad torrentem Flissa act. Advoc. Posn. fer. V. post Dom. Invocavit 1646 inscriptus pro praepo hospitalis.

9. Census a summa fl. 500 ex legato olim Elisabeth Kurowska pro sacerdote hospitalis et pauperibus inscriptus act. Adv. Posn. fer. VI. ante ss. Simonis et Judae 1602 in lapidea in circulo fori Posn. sita, cuius deinde possessor fuit Christoph. Wentlandt et demum Joa. Wendlandt. Census iste ad praesens aegre investigari potest.

10. Census a summa fl. 100, ex quo medietas sacerdoti et altera medietas pauperibus cedere debet, in domo lapidea olim Martini Stoy, deinde Andr. Zatuski in platea Vratisl. sita act. Adv. Posn. fer. VI. post Convers. s. Pauli 1606 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

11. Census isti omnes supra specificati serviunt potiori parte pro praepo hospitalis s. Lazari, quos omnino investigare debet, ne per incuriam plane depereant, et obligationes iisdem annexas ex inscriptionibus inquirere, ut menti fundatorum satisfiat, saltem iuxta reductionem modernis temporibus accomodatam in Officio procurandam.

12. Est praeterea decretum Consist. Posn. de a. 1667 die 20. Junii, ut provisores solvant annuatim praepo fl. 60, ut corbonas solum in praesentia illius aperiant, ut offertoria praepo cedant, ut annona cruda ex proventibus hospitalis praepo detur. Quae determinata fuit per compositionem amicabilem in scripto



de a. 1654 die 3. Maii factam in haec verba: »Na tydzień siedm sztuk mięsa y pieczenia, na ryby gross. 12 na tydzień. Chłopiec Xsiędza ma jadać z czeladzią. Drwa wolne do opału albo kwatery drzew Xsiędzu. Masła na rok cztery rozmiary, gomólek na rok kopa, taterczaney kaszy cztery półmiarki, jęczmienney kaszy cztery półmiarki, jagiał cztery półmiarki, grochu wiertel na rok. Przez post na tydzień śledzi 12 y zł. 60 na rok«. Ad praesens autem nihil horum percipit praepetus praeter fl. 100 in annum a provisoribus.

*Jura noviter reperta pro ipso hospitali.*

1. Census a summa fl. 100 ex fundatione olim Nob. Abrahae Zbąski in domo lapidea Spblis Martini Skrzetuski in platea canum sita act. iudicii banniti Posn. fer. IV. post Oct. Corp. Chr. 1572 inscriptus. Nunc videtur esse investigabilis.

2. Census a summa fl. 75 ex summa marc. 100 per commissionem Apost. superius citatam decortata, primo in bonis villae Ślawno inscripta, deinde in domum lapideam in platea canina Posn. sitam translata (cuius domus nunc possessor est Gener. Łukaszewicz) act. Cast. Posn. fer. IV. ipso festo s. Barbarae a. 1577. Census iste ab aliquot annis non percipitur.

3. Census a summa marc. 3 fundationis Andr. Dymugay Itali super propugnaculo et stabulo suo sub monticulo post portam intra moenia civit. Posn. coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante ss. Simonis et Judae 1582 inscriptus. Ad praesens est investigabilis.

4. Census a summa fl. 50 testamento olim Gasp. Zwidel in lapidea sua propria in circulo fori Posn. sita act. Adv. Posn. fer. III. post Dom. Judica 1598 roborato inscriptus. Census iste est investigabilis.

5. Census a summa fl. 50 super domo et horto providi Gabr. Pudło in oppido Wenetowo sito act. eiusdem fundi fer. II. in vig. Praesent. BMV. 1600 inscriptus, vigore cuius provisores huius hospitalis intromissionem ad dictam domum et hortum ceperunt actis eiusdem fundi fer. VI. ante Dom. Misericordiae 1601.

6. Census a summa fl. 200 testamento olim Lazari Rakwicz pro hospitali dispositus, super domo lapidea sua in circulo fori Posn. in acie sita act. Adv. Posn. fer. V. post s. Petri in Vinculis 1606 inscriptus, qui est investigabilis.

7. Census a summa fl. 200 per fam. Joa. Skrobirog in domo sua, horto et agro in suburbio Posn. dicto Polwsie sito,



cuius possessor ad praesens est praep. colleg. M. Magdal., act. Adv. Posn. fer. VI. post s. Francisci 1610 inscr. Ad praesens non percipitur.

8. Census a summa fl. 50 testamento fam. Annae Smockkova pro hospitali dispositus et per Barth. Ochota in et super domo sua murata aciali a dextris eundo ex magna platea in plateam sutorum coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante Dom. Judica 1611 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

9. Census a summa fl. 100 per Andr. Kaczmarek super lapidea sua propria in platea Vratisl. in acie sita coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante Dom. Palmarum 1612 inscriptus. Ad praesens investigabilis.

10. Census a summa fl. 150 super domo lapidea in magna platea olim Alb. Czarny, deinde Thomae Kell, deinde Lichniewicz coram iud. bannito Posn. fer. VI. ante s. Mich. 1613 inscr. Ad praesens investigabilis.

11. Census a summa fl. 208 super domo lapidea Stan. Łukowski in platea aquatica sita coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante s. Mich. 1614 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

12. Census a summa fl. 300 in lapidea dicta Arnoldowska, expost PP. Dominicanorum in circulo ad portam Vronec, eundo a dextris sita act. Procons. Posn. sabb. post s. Barth. 1616 inscriptus, quae inscriptio iterata est coram iudicio bannito Posn. eodem anno fer. VI. ante fest. s. Thomae.

13. Census a summa fl. 130 in domo murata olim Georgii Bolg in platea Vratisl. sita coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante fest. s. Thomae 1616 inscr. Ad praesens non percipitur.

14. Census a summa fl. 240 per Martinum Rosman super domo sua murata in platea Vratisl. in acie sita a latere moenium civilium coram iudicio bannito Posn. fer. VI. post oct. Corp. Chr. 1616 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

15. Census a summa fl. 130 in domo murata olim Pauli Lubstowski, deinde Gener. Lisiecki in platea Vratisl. sita act. Adv. Posn. fer. V. ante s. Martini 1616 inscriptus et per moniales ex horto suo in novis hortis sito reemptus, qui non percipitur.

16. Census a summa fl. 200, quam Gener. Sophia de Gay Obornicka, olim Hieronimi Pogorzelski consors, hospitali s. Lazari in bonis suis omnibus inscripsit act. Cast. Posn. fer. II. post fest. natalis s. Joa. Bapt. 1617. Ad praesens investigabilis.



17. Census a summa fl. 200 testamento Elisabeth Rud pro hospitali legata et super domo lapidea Barth. Zorawski, deinde Venceslai Schmit, deinde Nayman aurifabri in platea magna sita coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante Dom. Oculi 1618 inscriptus, qui non percipitur.

18. Census a summa fl. 200 pro hospitali s. Lazari et totidem pro hospitali s. Crucis et totidem pro hospitali s. Valentini et totidem pro hospitali s. Spiritus in domo lapidea olim Reginae Brychowa, deinde Jachowski, deinde Rzymiski in platea Vratisl. in acie sita act. Adv. Posn. fer. IV. pridie festi s. Petri in Vinculis 1619 inscriptus. Ad praesens non percipitur.

19. Census a summa fl. 100 per Cyriacum Winnicki in domo sua lapidea in platea Vronec. sita act. Adv. Posn. fer. III. post s. Andreae 1624 inscriptus, qui non percipitur.

20. Census a summa fl. 100 per olim Zachariam Konieczny in domo sua lapidea in platea parva obliqua sub arce Posn. sita, cuius deinde possessor erat Joa. Axamitny, act. Consul. Posn. fer. III. postridie festi s. Andreae 1620 inscriptus, qui non percipitur.

21. Census a summa fl. 50 in domo lapidea olim Thomae Zabor, deinde Poklękowski in platea Vronec. sita act. Adv. Posn. fer. VI. ante s. Laurent. 1625 testamento inscriptus, qui non percipitur.

22. Census a summa fl. 450 per olim Nob. Kaminski donata in domo lapidea in circulo fori Posn. sita olim Joa. Zolnierz, deinde Alb. Budzyniewicz, ex post Spblis Wentlandt propria coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante Dom. Laetare 1595 inscriptus, qui non percipitur.

23. Census a summa fl. 50 in domo lapidea olim Joa. Poth, deinde Tobiaszowey Jasłowska, deinde Grayter chirurgi in platea magna sita coram eodem iudicio fer. VI. post s. Matthaei 1626 inscriptus, qui non percipitur.

24. Census a summa fl. 100 in domo lapidea olim Joa. Koziorowicz aurifabri, deinde Dni Kwasniewski in platea stricta ferrifabrorum sita act. Adv. Pos. sabh. post OOSS. 1648 inscriptus, qui non percipitur.

25. Census a summa fl. 100 in domo olim Pauli Libe in platea cerdonum inscriptus, ex post Ianionum de macellis muratis act. Adv. Posn. fer. VI. post. s. Lucae 1633 inscriptus, qui non percipitur.



26. Census a summa fl. 50 in domo lapidea olim Mart. Łukowski, deinde Grabowski in circulo fori Posn. sita act. Adv. Posn. fer. III. Rogationum 1639 inscriptus, qui non percipitur.

27. Census a summa fl. 100 in domo lapidea olim Gener. Valent. Lipowski, deinde Wodynski penes lapideam desertam eundo e circulo ad portam civilem sita coram iudicio bannito Posn. fer. VI. in crastino oct. Corp. Chr. 1636 inscriptus, qui non percipitur.

28. Census a summa fl. 2000 foundationis olim Georgii Janecii super domo lapidea civ. Posn. propria acialiter in circulo fori eundo ad arcem Posn. a sinistra parte, Grodzicka antiquitus nuncupata, act. Adv. Posn. sabb. in crastino festi ss. Viti et Modesti 1646 inscriptus, qui non percipitur.

29. Census a summa fl. 500 legata hospitali per Nob. Stan. Rabczynski testamento coram notario Apost. confecto Posn. a. 1646 die 2. Junii, sed inquirendum est, ubi ad praesens haec summa haereat, a qua census non percipitur.

30. Census a summa marc. 26 per olim providum Blasium lignifabrum in domo olim Gabrielis pectinatoris inscriptus act. Consul. Posn. fer. VI. post s. Andreae 1594, qui non percipitur.

31. Census a summa fl. 172 in domo lapidea olim Valent. Topirybka in platea Vronec. sita act. Adv. Posn. fer. IV. post s. Lucae 1636 inscriptus, qui non percipitur.

32. Census a summa fl. 100 in domo lapidea olim Stan. Fonenda aurifabri seu Simonis Buta in magna platea act. Adv. Posn. fer. V. ipso die s. Petri in Vinculis 1602 inscriptus, qui non percipitur.

33. Census a summa fl. 200 ex fundatione Joa. Wesoly in domo lapidea Spelczynska dicta in platea sutorum sita act. Adv. Posn. fer. IV. ante s. Martini 1614 inscr., qui non percipitur.

34. Censu a summa fl. 500 per Andr. Naporowicz super tota domo sua halecaria in circulo fori Posn. sita ex fundatione Mathiae Palczynski sartoris act. Adv. Posn. fer. IV. post s. Lucae 1636 inscriptus, qui non percipitur.

35. Census a summa fl. 500 testamento olim Annae Racieńska in horto suo in novis agris sito, deinde Hatkowskiego act. Adv. Posn. fer. III. post Dom. Reminiscere 1624 inscriptus, qui non percipitur.

36. Census a summa fl. 135 per Alb. Swiezawski super sorte domus suae in platea pileatorum sitae act. Consul. Posn. fer. IV. post fest. s. Jacobi 1633 inscriptus, qui non percipitur.



37. Census a summa fl. 1000 super domo lapidea in platea magna sita olim Cathar. Gembicka, deinde Kawka, deinde Godlewski pauperibus hospitalis pro cerevisia act. Adv. Posn. fer. V. in vig. Assumpt. BMV. 1631 inscriptus, qui non percipitur.

38. Census a summa fl. 500 per olim Mich. Giebler ex lapidea Wilczochowska deportata et in sua domo lapidea in magna platea et horto Izraeli dicto act. Consist. Posn. die 6. Oct. 1665 inscriptus, qui est investigabilis.

39. Census a summa marc. 12 in domo olim Mich. Mączny, deinde Kuligowski, deinde Skoyczewski in platea bedellica sita coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante ss. Simonis et Judae 1591 inscriptus, qui non percipitur.

40. Census a summa fl. 70 super domo lapidea Alb. Pruszałkowicz in platea stricta coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante s. Mart. 1576 inscriptus, deinde in lapideam Stan. Jachowski, ex post fam. Rzymiski in platea Vratisl. sitam translatus, qui non percipitur.

41. Census a summa fl. 372 in domo lapidea olim Mart. Łukowski in platea Vronec. sita act. Adv. Posn. fer. VI. ante Dom. Oculi 1651 inscriptus, qui non percipitur.

42. Census a summa fl. 200 in domo lapidea olim Blasii Winkler, deinde Porzelskiego, ex post Korzenkowicza in circulo fori Posn. sita coram iudicio bannito Posn. fer. IV. ante ss. Petri et Pauli 1619 inscriptus et pro hospitalibus s. Crucis, s. Valentini, s. Lazari dispositus, qui non percipitur.

43. Census a summa fl. 150 in domo murata Nicolai Łabędz, deinde Lichnierowicz in magna platea sita act. Adv. Posn. sabb. post oct. Corp. Chr. 1606 inscriptus, qui non percipitur.

44. Census a summa fl. 200 in domo murata olim Simonis Buta in magna platea sita act. Adv. Posn. fer. III. post OOS. 1668 inscriptus, qui non percipitur.

45. Census a summa fl. 50 in domo olim Valent. Kurek sutoris dicta Kosmidrowska in platea sutorum coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante fest. s. Agnetis 1596 inscriptus, qui non percipitur.

46. Census a summa fl. 400 per Christoph. Ryth pro hospitalibus s. Crucis, s. Lazari, s. Spiritus, s. Valentini disposita super horto et duabus domibus suis in suburbio Posn. post hospitale s. Crucis sitis act. Adv. Posn. sabb. pridie Dom. Invocavit 1612 inscriptus, qui non percipitur.



47. Census a summa fl. 1000 per olim Thomam Mędlowski in domo sua lapidea, deinde Zdzierkowicza, exposit Puchlinskiego sartoris in circulo fori Posn. sita coram iudicio bannito Posn. fer. VI. ante ss. Trinit. 1625 inscriptus, qui non percipitur.

Jura haec omnia consulto speciatim produximus, ut ea provisos et alias omnes obligationes ac inscriptiones censuum, quaecunque adhuc sunt circa hoc hospitale, serio examinent. Nec illos pigeat laboris amore Dei et proximi subeundi pro vindicandis censibus (etiam iure si opus est), quicumque sunt adhuc repetibiles. Prudenter enim colligitur plures census per incuriam provisorum neglectos periisse vel saltem oblivioni diuturni temporis traditos fuisse et plerumque culpa magistratus Posn., qui eosdem de aliis in alia bona sine scitu et consensu potestatis eccles. transferre licentiam sibi usurpabat. Quod ne in posterum fiat, sedulo praecavimus.

Proventus huius hospitalis ex hospitali extincto s. Crucis et ex cista chirurgorum.

Juxta ordinationem superius citatam Christophori Szembek, eppi Posn., hospitali s. Lazari adiuncti sunt et incorporati omnes proventus hospitalis extincti s. Crucis, expressi in visitatione immediate antecedente, in qua nulla mentio facta fuit de praefata incorporatione, quia haec ordinatio nunc primum casu merissimo in manus nostras incidit, neque circa hospitalia vel apud provisos illius aliqua exstat memoria aut copia. Dicitur autem in hac ordinatione in haec verba: »Primum hospitale sit in ipsa civitate Posn. et vocetur hospitale s. Spiritus, cui (praeter proventus ex fundatione sua antiquitus ad hospitale s. Spiritus pertinentes) omnes etiam proventus hospitalium s. Gertrudis et s. Valentini generatim et specialiter annectimus, unimus, incorporamus et assignamus. Secundum autem hospitale remaneat in suburbio Posn. ad eccliam s. Lazari, cui hospitali (praeter proventus sibi proprios) etiam omnes proventus hospitalis s. Crucis et cistae chirurgorum propter vulneratos et incurabiles fundatae generatim et specialiter annectimus, unimus, incorporamus, appropriamus ei assignamus statuantes, ut abhinc tam cistae chirurgorum quam huius hospitalis iidem sint provisos«.

Ordinatio haec prorsus non observatur. Cista enim chirurgorum administratur per alios provisos a magistratu Posn. deputari solitos neque quidquam commune habet cum



hospitali s. Lazari. Proventus autem illius, de quibus notitiam aliquam capere potuimus, sunt sequentes:

Proventus cistae chirurgorum.

1. Ex eleemosynis per PP. Soc. Jesu collectis pro primaeva fundatione congregata fuit summa fl. 6666 et data Praenobili magistratui Posn. in censum annuum locanda pro curandis infirmis vulneratis etc., prout constat ex ordinatione huius summae per magistratum Posn. facta et in pergameno descripta d. d. in praetorio Posn. fer. V. post fest. s. Andreae a. 1610 et act. Consist. Posn. approbata 1611. Super qua summa partiali in censum annuum locanda in domibus civit. Posn. habetur privilegium Sigismundi III., regis Poloniae, in pargameno descriptum d. d. Varsaviae die 9. Mart. 1601. Sed in quibusnam bonis civit. Posn. haec summa ad praesens haereat et utrum census ab illa percipiatur, plane devenire non potuimus.

2. Census a summa fl. 100 testamento olim Apoll. Bolkowa pro chirurgo, pharmacis et lignis in commodum pauperum dispositus in domo lapidea olim Felicis Dominowski in circulo fori Posn. sita act. Adv. Posn. sabb. pridie Dom. Rogationum 1626 inscriptus. Census iste non percipitur.

3. Census a summa fl. 100 in domo Petri sartoris in platea interpontali vulgo Międzymosty nuncupata act. Adv. Posn. fer. V. ante Dom. Misericordiae 1699 inscriptus. Possessor deinde huius domus fuit smigmator alias mydlarz. Census iste nescitur, utrum percipiatur.

4. Census a summa fl. 100 super domo olim Petri Kapiszewicz lapidea in platea sutorum sita act. Consul. Posn. fer. IV. post OOSS. 1646 inscriptus, de domo Szametulczyka olim levatus. Ad praesens nescitur, utrum percipiatur.

5. Census a summa fl. 300 decreto iudicii scabinalis et advoc. Posn. sabb. pridie Dom. Rogationum, die vid. 15. Maii 1695 adiudicatur super domibus Franc. Lochaczyk sutoris, Joa. Wernayde aurifabri, Annae Berentowa et Benedicti Domagalicz. Ad praesens nescitur, utrum percipiatur.

6. Census a summa fl. 100 in domo lapidea olim Laur. Styrski in platea Vratisl. sita act. Adv. Posn. fer. VI. ante Dom. Palmarum 1618 inscriptus. Possessor huius domus fuit deinde Joa. Koński. Ad praesens nescitur, an percipiatur.

7. Census a summa fl. 100 in domo olim Christoph. Samborczyk sartoris inscriptus, sed actus inscriptionis deest,



solum ex decreto Consul. Posn. fer. IV. in vig. OOSS. 1674 adiudicatus decernitur. Ad praesens nescitur, an percipiatur.

8. Census a summa fl. 200 in instita halecaria olim Joa. Rupalski, aurifabri Posn., inscriptus et decreto Consul. Posn. fer. II. ante fest. Assumpt. BMV. 1691 adiudicatus. Non percipitur.

9. Census a summa fl. 300 in domo lapidea olim fam. Reginae Gruchalina in platea cerdonum sita decreto iudicii Advoc. Posn. fer. II. post Dom. Reminiscere 1675 et alio decreto Consul. Posn. fer. II. post fest. s. Aegidii 1673 recognitus et adiudicatus. Non percipitur.

10. Census a summa fl. 300 in domibus binis lapideis in platea sutorina sitis Joa. Kossy, sutoris Posn., act. Adv. Posn. fer. V. in crastino ss. Petri et Pauli 1678 decreto lato recognitus et adiudicatus. Ex qua summa fl. 200 haerent in domo lapidea olim Kubkowicz, deinde Witkowskiego, fl. vero 100 hactenus investigari nequeunt. Ad praesens non percipiuntur isti census.

11. Census a summa fl. 200 in domo lapidea olim Joa. Leman in platea magna sita decreto Adv. Posn. fer. II. post Dom. Oculi 1678 lato recognitus. Ad praesens nescitur, an percipiatur.

12. Census a summa fl. 400 super lapideis domibus honesti Joa. Kwasniewski, una in circulo fori et altera in platea serrifabrorum sita inscriptus et decreto intromissionis in sortes earundum lapidearum pro parte provisorum cistae chirurgicae lato coram iudicio Adv. Posn. fer. V. post Purific. BMV. 1677 recognitus et adiudicatus. Non percipitur.

13. Census a summa fl. 400 in domo lapidea olim Andr. Gołuchowicz in platea magna sita inscriptus et decreto Adv. Posn. fer. VI. ante Dom. Conductus 1689 lato, item alio decreto Adv. Posn. sabb. pridie Dom. Rogationum 1696 lato recognitus. Census iste speratur.

14. Census a summa fl. 200 in domo lapidea olim Gaspari Weinhard decreto Consul. Posn. fer. II. post s. Margar. 1697 lato recognitus et adiudicatus. Census nescitur, an percipiatur.

15. Census a summa fl. 116 in domo lapidea quondam Turzynskich, deinde infidelis Hebraei Ber, ad praesens autem civit. Posn. inscriptus, sed actus inscriptionis deest, solum ex quietatione colligitur manuali olim Alb. Lugostowicz, provisoris cistae chirurgorum, d. d. Posn. die 6. Mart. 1756 censum hunc



usque ad hunc annum perceptum fuisse, ad praesens autem non percipitur.

16. Census a summa fl. 500, item ab alia summa Dnorum Krzyckich fl. 200 in villis civit. Posn. inscripti, sed actus inscriptionis deest, solum ex quietatione manuali eiusdem Lugostowicz data Posn. 15. Febr. 1759 colligitur fuisse perceptos hos census usque ad eundem annum. Ad praesens autem non percipiuntur.

17. Census a summa fl. 100 in domo Franc. Przycinski sutoris inscriptus ad cistam chirurgorum et decreto Adv. Posn. sabb. ante s. Margar., die scil. 7. Julii 1703 recognitus et adiudicatus. Ad praesens non percipitur.

18. Census a summa fl. 300 in domo olim Thomae Przedborski sartoris in platea cerdonum sita inscriptus et decreto Adv. Posn. sabb. ante s. Marg. 1703 recognitus et adiudicatus. Ad praesens nescitur, an percipiatur.

19. Census a summa fl. 200 in domo lapidea olim Alb. Rudowicz in platea sutorum sita inscriptus et decreto Adv. Posn. sabb. in vig. s. Joa. Bapt. 1703 recognitus et adiudicatus. Ad praesens nescitur, an percipiatur.

20. Census a summa fl. 200 in domo lapidea olim honestae Karolowey, ad praesens Christoph. Langa in platea sutorum sita inscriptus et decreto Adv. Posn. fer. II. post Dom. Laetare 1676 lato recognitus et adiudicatus. Ad praesens nescitur, utrum percipiatur.

21. Census a summa fl. 200 in domo lapidea olim Brocka, deinde deodictarum virginum ordinis s. Clarae inscriptus, sed actus inscriptionis deest, solum decreto Consist. Posn. die 28. Junii 1675 lato adiudicatus. Ad praesens nescitur, an percipiatur.

22. Census a summa fl. 100 in domo lapidea olim Gener. Gosławski, deinde Raczynski, deinde Krzycki, deinde conventus Carmelitarum discalceatorum inscriptus, sed actus inscriptionis deest, solum in monitorio ad acta Consist. Posn. de a. 1675 die 31. Maii expressus et specificatus, qui ad praesens nescitur, an percipiatur.

23. Census a summa fl. 100 act. Adv. vel Consul. Posn. fer. III. ante s. Mart. 1680, sed nescitur in quibus bonis inscriptus, qui ad praesens non percipitur.

24. Census a summa fl. 200 ex lapidea quondam Grabowskich translatus in lapideam domum contubernii sartorum



Posn. in circulo fori Posn. sitam act. Consul. Posn. fer. II. in crastino Dom. Passionis, die scil. 8. Apr. 1737, qui ad praesens nescitur, utrum percipiatur.

Inscriptiones noviter repertae censuum sub N. 16 positorum in bonis civit. Posn. haerentium, prima in actis trium ordinum civit. Posn. fer. IV. post fest. s. Antonii de Padua, die 15. Junii 1695 facta, secunda act. Cast. Posn. sabb. post Dom. Invocavit 1754 facta.

25. Census a summa fl. 100 ex domo lapidea in fundo Monialium s. Theressae, quondam fam. Mich. Wanig Itali propria levata, in domum lapideam olim Mathiae Puchlinski, quondam Mędlewska dictam, in circulo fori Posn. sitam act. Adv. Posn. fer. VI. ante s. Martini 1680 translatus ac in eadem inscriptus. Ad praesens nescitur, an percipiatur. Possessores huius lapideae nunc Gener. Malczewscy.

26. Census a summa fl. 100 in domo lapidea Kozłowska nuncupata in platea sutorina sita act. Consul. Posn. fer. IV. ante s. Mart. 1645 inscriptus. Ad praesens nescitur, utrum percipiatur.

27. Census a summa fl. 200 in lapidea domo quondam Franc. Lochacz, deinde Fisiera, expost Belica sutoris in platea sutorum sita act. Consul. Posn. fer. V. ante Purific. BMV. 1691 inscriptus. Ad praesens nescitur, utrum percipiatur.

28. Census a summa fl. 100 in domo lapidea olim Petri Zaidell, Chamblersowska dicta, in platea bedellica sita act. Adv. Posn. sabb. post Circumcis. Dni 1637 inscriptus, cuius domus possessor fuit deinde Franc. Chakiewicz. Census iste nescitur utrum percipiatur.

29. Census a summa fl. 100 in fundo quondam Wędzolkow nuncupato una cum horto in novo aggere extra portam aquaticam eundo e civitate in pontem magnum, qui fuit deinde in possessione Andr. Synkiewicz, contractu venditorio huius fundi act. Consul. Posn. facto fer. II. post Assumpt. BMV., die 18. Aug. 1738 assecratus. Ad praesens nescitur, utrum percipiatur.

30. Census a summa fl. 2000 in domo lapidea Spblis Lamparski in circulo fori Posn. sita locatus, sed actus inscriptionis deest et census a pluribus annis non percipitur.

31. Census a summa fl. 2000 in bonis Spblis olim Alb. Lugostowicz, civis Posn. et provisoris per longum tempus huius cistae, plane deperditus (ut asseritur) una cum summa originali, nec amplius spes est illum vindicandi.



De reliquis vero censibus ad cistam chirurgorum in-scriptis, pro commodo pauperum infirmorum erectam nullam notitiam acquirere potuimus, imo aliquoties facta amicabile requisitione Nob. proconsuli civit. Posn., ut informare nos vellet, quinam census nunc percipiantur ad cistam chirurgorum, in quos usus convertantur, quomodo administretur haec cista, quatenam sint et a quo tempore rationes perceptarum et expensarum ipsius, an reperiatur ad praesens aliqua residuitas pecuniae in hac cista, renitentem reperimus et dicentem se non teneri visitationi nostrae rationem reddere super praemissis, imo nec debere, utpote innixum privilegio Regio Sigismundi III. superius citato. Quod tamen privilegium nihil amplius sonat, nisi quod permittat civit. Posn. summas huius piaae foundationis in bonis suis ex censu annuo locare neque eximit illas per hoc a visitatione gener. Lociordinarii. Non enim derogare voluit privilegium Regium concilio Trident., quod sess. 22 cap. 8 de reformatione ait in haec verba: »Episcopi omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos sive executorés, habeant ius visitare hospitalia, collegia quaecumque ac confraternitates laicorum, etiam quae scholae sive quocumque alio nomine vocantur, eleemosynas montis pietatis sive caritatis et pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamsi praedictorum locorum cura ad laicos pertineat, ac omnia, quae ad Dei cultum aut animarum salutem seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio iuxta sacrorum canonum statuta cognoscant et exequantur, non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili privilegio aut statuto«.

Proinde totum hoc negotium remittimus ad Lociordinarium, cuius erit iura sua tueri et ordinationem praedecessoris sui circa incorporationem proventuum tam hospitalis extincti s. Crucis, quam cistae chirurgorum ad hospitale s. Lazari in tantum manu tenere, in quantum in Domino iudicaverit.

#### Administratio et usus proventuum hospitalis Lazareth.

Circa hanc administrationem ordinatio saepe citata Jll. Szembek statuit sequentia: 1) Utriusque hospitalis (nempe s. Spiritus et s. Lazari) sit in posterum unus visitator ex canonicis Cath. Posn. de anno in annum, tamen non longius quam ad triennium per Nos vel successores nostros eligetur, cuius muneris erit praedicta hospitalia saepe in persona invisere et ex



mendicis inquirere, an provisores suo officio rite fungantur, an rem oeconomiam bene administrent. Quodsi quid devium invenerit, paterne admoneat, ut defectus corrigant, quodsi in hoc puncto negligentes fuerint, Officio nostro vel Nobis immediate deferet. Ipsius pariter muneris erit attendere et praecavere ac prohibere, ne bona hospitalis per quemquam desolentur. 2) Sint praeterea tres provisores hospitalis s. Lazari et totidem alii hospitalis s. Spiritus, unus presbyter ex beneficiatis s. M. Magdal. vel s. Martini vel s. Adalberti per Nos vel successores nostros vel in absentia Nostri per Officium nostrum gener. Consist. Posn. constitutus ad triennium, duo autem saeculares (non tamen ex dispensatoribus civit. Posn.) per magistratum Posn. ad triennium eligantur, et visitatori electio ipsorum annuntietur, ut si quid contra aliquem habuerit, Officio nostro deferat, quod (bene pensatis rationibus) apud magistratum pro substitutione alterius instabit. Porro sic electi et deputati provisores quolibet quartuali anni ad hospitalia simul convenient et de meliori ipsorum bono consilium inibunt, expensas oportune praescribent et laborem inter se partientur in hunc modum: Unus ex illis census percipiet, alter perceptos distribuet, tertius circa administrationem rei oeconomicae et aedificiorum reparationem occupabitur. Quae officia quovis anno alternatim inter se permutabunt. Calculum autem de perceptis et expensis quolibet anno fer. V. ante oct. Pentec. quilibet de suo officio respectivo reddent coram visitatore et coram deputatis a magistratu Posn.

*Ordinatio* haec plane non observatur a multis annis. Nullus enim est visitator hospitalium ex canonicis Cath. Posn., nullus provisor ex statu spirituali, solum ex saeculari sunt provisores duo per magistr. Posn. ante annos 14 constituti, videl. Spbles Sebastianus Mejerer et Natali, quorum primus non item pridem fuit dispensator civit. Posn., quod tamen per ordinationem prohibitum est.

*Rationes* perceptarum et expensarum proventuum huius hospitalis reperimus antiquas ab a. 1649 conscriptas, sed serie interrupta et in multis annis deficientes, usque ad a. 1740. A quo anno usque ad diem praesentem in duobus libris sunt rationes descriptae, sed calculus non reddebatur ab a. 1740 per 23 annos usque ad a. 1763. A quo anno post ultimum calculum examinavimus rationes perceptae et expensae nimis inordinate conscriptas usque ad diem praesentem, siquidem per 13 annos calculus nemini reddebatur. Ex quibus rationibus deducitur perceptam



generalem per id tempus fuisse fl. polonic. 12 244 gr. 5, expensam fuisse fl. 12 045 gr. 1 $\frac{1}{2}$ . Ergo apud provisores pro futuro calculo restant fl. 199 gr. 3 $\frac{1}{2}$ .

*Expensa* haec fit pro pensione praepto hospitalis pro solemnitatibus celebrandis in festis tituli et dedicationis ecclesiae s. Lazari, pro necessitatibus altaris, pro reparatione ecclesiae et hospitalis et pro portione pauperum, quae est, ut sequitur, pro septem vel octo personis:

Z pieniędzy każdej osobie na tydzień po gr. 18, cztery razy zaś na rok, to jest na s. Łazarz, na Boże Narodzenie, na Wielkanoc y na poświęcenie kościoła bierze każda osoba po zł. 1 gr. 6. Drzewa na opał biorą wszyscy na rok dwie kwatery. Żyta na rok do malcia na chleb biorą wszyscy dwie lub trzy ćwiertnie, item każda osoba na rok bierze dwie lub trzy kwarty soli, grochu biorą wszyscy dwa lub trzy wiertele. Okrasy na rok dla wszystkich za zł. 14 lub 15 y ogródek mają na warzywo już wyżej opisany.

*Sed* conqueruntur pauperes, quod hanc portionem superius descriptam non semper ex integro percipiant. Quapropter obligamus provisores, ut non sint parci erga indigentiam, sed ex mente fundatorum et pro ratione censuum illi subveniant, ne cogantur pauperes per domos et plateas civitatis circumcursare studio conquirendae eleemosynae, prout ad praesens faciunt.

*Vestimenta* illis non subministrantur ob defectum proventuum, licet forte antea dabantur, prout innuit ordinatio Szembek statuens, ut insigne huius hospitalis in vestimentis prae se ferant.

#### *Administratio spiritualis huius hospitalis.*

In ordinatione toties dicta Jll. Szembek regimen spirituale hospitalium s. Lazari et s. Spiritus praescribitur sequens: 1) Ad haec hospitalia recipiantur solum miseri, aegri, claudi, caeci et aliis corporis infirmitatibus laborantes, item infantes expositi. Illi autem, qui pollent viribus, otio assueti, si laborare nolunt, ad hospitalia non admittantur. 2) In admissione pauperum praecipua ratio habenda erit incolarum huius civitatis prae ceteris et eorum vel maxime, qui testimonium bonae conversationis et morum habebunt a praep. colleg. M. Magdal. 3) In utroque hospitali sint ex ipsis pauperibus selecti seniores per provisores constituti, qui ceteris praesint ac invigilent et mane ac vespertinias Lauretanus BMV. cum omnibus decantent in communi



pro fundatoribus et benefactoribus. Diebus autem festis in porticu ecclae M. Magdal. post summum sacrum canticum s. Adalberti: Boga Rodzica dziewica devote decantent. 4) Utrumque hospitale habeat seorsivum suum praepositum, qui curam animarum illius gerat et sacramenta aegris administret. Praepositus autem hospitalis s. Lazari quolibet die Dom. et festo missam lectam, cui omnes pauperes assistere debent, absolvat, qua finita Evangelium incidens polonice praeleget, deinde confessionem generalem cum actibus theologicis et praecipuos articulos fidei breviter et clare exponet cum aliquibus punctis devotae meditationis.

Est praeterea alia ordinatio regiminis spiritualis huius hospitalis antiquior per olim Hieron. Wierzbowski, suffrag. et offic. Posn., approbata et per Nicol. Żalasowski, can. Cath. Posn., iudicem surrogatum, ad observandum tradita. Cuius quoniam nulla exstat memoria circa hoc hospitale, solum casu aliunde in manus nostras incidit, proinde eam hic per extensum apponimus in posterum observandam.

#### Porządek albo ustawy szpitala ś. Łazarza.

1. Elekcyja starszych szpitalnych corok nazajutrz po poświęceniu kościoła ś. Łazarza, aby się odbywała przy prowizorach szpitalnych, którzyby wraz z JM. Proboszczem ś. Łazarza starszych szpitalnych statecznych, nabożnych, do gospodarstwa sposobnych y zdrowszych obierali, tych zaś pluralitas per vota affektować będzie, y przeszłoroczni, jeżeli swojej powinności zadosyc czynili, mają być utrzymani.

2. Powinnością starszych jest, jałmużnę na ubogich daną taką samą, jak Xiędzu Proboszczowi bez ukrzywdzenia y zwłoki oddawać.

3. Przyjęty do szpitala ubogi za konieczną wiadomością Proboszcza tamecznego, jeżeli jest chory, powinien mieć miejsce wygodniejsze na łóżku, jeżeli zaś zaraziłą ma chorobę, tedy na stronie ma mieć swoje skłonienie.

4. Powinni starsi ubogich pobudzać do nabożenstwa, mianowicie do słuchania mszy ś. w niedzielę y w święto, y aby o spowiedziach ich y poprawie życia wiedzieli.

5. Powinni starsi chorych doglądać, nawiedzać, konającym w rękę świecę podawać, kapłanowi tamecznemu o konającym znać dawać, rzeczy po zmarłym wiernie Xiędzu Proboszczowi oddać, aby pogrzeb przy panach prowizorach wyprawili.



6. Powinni ubodzy wszyscy starszych swoich słuchać, czcić równie jak y pasterza swego, kościół chędożyć y cmentarz, nieposłuszny zaś ma być karany klęceniem albo ujęciem porcyi. Incorrígibilis zaś, lubo nie praecipitanter za doniesieniem kapłanowi wyrzucony być z szpitala powinien.

7. Ubodzy mają się spowiadać na każde Suchedni y na Wielkanoc przed swoim pasterzem, a jeżeliby który nie miał podufałości do swego pasterza, wolno mu będzie gdzieindziej się spowiadać, byle tylko osobiwie na Wielkanoc w swoim kościele komunikował.

8. Powinni się ubodzy w każdą niedzielę i w uroczyste święta około wtórey godziny po południu pod karą siedzenia w kunie schodzić do kościoła swego na katechizm. Po katechizmie mają mówić litanie: w niedzielę, w czwartek, w piątek do Pana Jezusa, w poniedziałek, w wtorek do wszystkich SS., w środę i w sobotę do Najśw. Panny, a potem spiewać Boga Rodzica, pięć pacierzy zmówić za dobrodziejów żywych y pięć za umarłych, modląc się za konających, w grzechu śmiertelnym będących każdy dzień w kościele, nie w szpitalu po południu zawsze. Ma im też być czytane przykazanie Boga, tajemnice Troycy Przenajśw., czego powinni z uwagą słuchać.

9. Mają sobie zachować wierność, miłość, zmilczenie jeden drugiemu, gusłow, swarow nie robić, pijanstwa y złorzeczenia wystrzegać się.

Te powinności zebrane tak z strony starszych jako y z strony ubogich, żeby były pilnie zachowane, mają być na każde Suchedni przy wszystkich ubogich czytane lub w kościele lub w szpitalu.

Nicolaus Zalasowski, UJD. can. Cath. Posn. iudex surrogatus mpp. (L. S.)

*Saluberrima haec praescripta in praesenti rerum statu non omnia observantur. Solum pauperes mane et a prandiis recitant in communi officium de Immac. Concept. BMV. vel coronam. Doctrinae morales non fiunt pro ipsis neque missa quolibet die Dom. et festo celebratur, multo minus diebus feriabilis, sed coguntur eam pauperes in aliis ecclis quaerere.*

*Agrosum hospitalis huius dimensionem sub actu visit. nostrae factam per geometram iuratum ex mandato commissionis Boni Ordinis sub idem tempus celebratae ponimus hic sequentem:*



Ogrody szpitalne s. Łazarza zawierają w sobie morgow dwa, prętow kwadratowych 262 oprócz placu.

Role szpitalne s. Łazarza zawierają w sobie morgow 74, prętow kwadratowych 212. Więc szpital ma ze wszystkim gruntu chuby dwie, morgow 17 y prętow 174. Brakuje mu do zupełnych trzech chub morgów 12 y prętow 126. Te jakim sposobem odpadły od szpitala (ponieważ zupełne trzy chuby od JM. Pana Potulickiego szpitalowi zapisane były, jako się wyżej rzekło), raczą inwigilacyę uczynić panowie prowizorowie.

De noviter reperto documento est pro hoc hospitali adhuc unus census a summa fl. 1000 testamento Nob. Annae Juliannae de Panwitz Hirsekornowa die 4. Dec. 1772 officiose confecto et act. Adv. Posn. fer. II. post s. Barthol. 1773 per oblatam porrecto legata, quae inscripta est in domo lapidea Spblis Nake in circulo fori Posn. sita act. Consul. Posn. Census ab hac summa ad praesens percipitur.

### **Decretum reformationis**

pro eccla et hospitali s. Lazari.

Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, spondet Regius vates. Cuius promissionis effectum iam abunde experiuntur piae fundatorum et benefactorum animae, qui misericordia christiana erga egenos ducti suo commodo plura subtraxerunt, ut languidos curarent, nudos operirent et famelicos proximos satiarent, rati Christum ipsum in persona pauperum (se) fovere. Idem praemium expectat praepositum et provisores hospitales, si in hoc eximio christianae caritatis obsequio non deficiant. Ad quod rite explendum quoniam exstat saluberrima ordinatio olim Christoph. Szembek, eppi Posn., sub actu visitationis huius hospitalis de a. 1719 die 16. Dec. provide constituta et ad acta Consist. Posn. a. 1722 die 13. Aug. porrecta, proinde eam processu temporis neglectam in toto reassumendam ducimus. Cuius siquidem nullum exemplar reperitur circa hoc hospitale, idcirco quantocius ex actis Officii Posn. procuretur et inter monumenta praecipua huius ecclae studiose asservetur. Dabit etiam seriae executioni praepositus cum provisoribus utilissima praescripta pro regimine spirituali huius hospitalis per olim Hieron. Wierzbowski, suffrag. et offic. Posn., approbata et in actum visitationis nostrae inducta. Super quibus oneratur conscientia praepositi, ut curam animarum pauperum non negli-



gat, ut quolibet die Dom. et festo missam pro commodo illorum absolvat, ut catecheses et doctrinas morales illis praedicet et ad pia cantica sub tempus missae illos alliciat, ut ordinem diurnum devotionum et aliarum occupationum illis praescribat, ut denique in spiritu lenitatis et mansuetudinis cum illis procedat ad imitationem Christi, qui evangelizare pauperibus missus, quando erat cum simplicibus sermocinatio eius, non habebat amaritudinem conversatio ipsius. Quoniam vero nescitur, quo iure praepositus 8 fl. a quolibet paupere pro incorporatione ad hospitale percipiat (ultra 30 fl., qui hospitali ab unoquoque obveniunt), vectigal hoc omnino sibi prohibitum esse sciat. Studeat autem onera missarum sibi incumbentium ex inscriptionibus bene nosse, si vero se illis praegravatum sentiet, pro reductione illorum ad Officium recurrat. De proventibus autem praeprium concernentibus, quos ad praesens non percipit et quorum inscriptiones nonnullas in tractu visitationis nostrae adnotavimus, serio inquirat, ne sua incuria reddantur plane investigabiles et irrepetibiles. Idem omnino serio commendandum venit provisoribus circa proventus neglectos ipsius hospitalis. De urceolis argenteis huius ecclae per praedecessorem suum deperditis vel, ut supponitur, ad sacristiam M. Magdal. translatis seriam inquisitionem faciet praeprius. Instabit etiam apud provisos pro sepiendo caemeterio huius ecclae, pro reparatione suae residentiae et pro sepimento rustico circa hortulum pauperum circumducendo. In describendis metricis defunctorum maiorem diligentiam quam hactenus adhibeat et novum pro illis librum comparare studeat. Et quoniam cum consensu verbali (ut asseritur) Officii stetit campanarum permutatio huius ecclae cum eccla colleg. M. Magdal., ideo consulendo suae securitati consensum hunc in scripto habere curet et inter monumenta huius ecclae conservet.

Siquidem autem iuxta ordinationem superius citatam proventus duorum hospitalium s. Crucis et s. Lazari, imò et cistae chirurgorum in unum hoc hospitale concentrati sunt, ideo si executioni detur, prout par est, praefata ordinatio, possent plures pauperes foveri, praecipue si amputentur inutiles expensae pro solemnitatibus celebrandis in utraque eccla s. Crucis et s. Lazari quater in anno, pro musicis, pro tractatione sacerdotum. Quae solemnitates in ecclis adeo dissitis et angustis, in tanta copia ecclarum Posnaniae plane videntur esse superfluae. Et quoniam ex proventibus cistae chirurgorum provisos ipsius calculum



nobis reddere renuerunt prohibente id magistratu Posn., ordinatio vero huius cistae a maioribus constituta iubet, ut calculus iste quotannis reddatur in praesentia praepiti M. Magdal., quod tamen a multis annis fieri non solet, proinde praepositum M. Magdal. officii sui commonitum esse volumus tanquam perpetuum deputatum eppi et commissarium ad id muneris, prout dicta ordinatio magistratus Posn. obloquitur, ut calculum, quem nostrae visitationi reddere noluerunt, in praesentia sua faciant provisores huius cistae. Praenobilis vero magistratus Posn., si eppi sui decreto de incorporatione huius cistae ad hospitale s. Lazari obtemperare non vult, saltem maiorum suorum et piorum praedecessorum ordinationem observari curet, ut scilicet census huius cistae de bonis in alia bona non transferat (prout hactenus practicum est) sine scitu praepiti s. M. Magdal., a fortiori Officii, ut decorationes censuum ecclesiasticorum sine consensu potestatis eccl. aequae ac hospitalium sola auctoritate Officii Consul. facere non praesumat (prout hactenus praesumpsit), ut contractus emphiteuticos et perpetuae venditionis bonorum immobilium hospitalis sine approbatione Lociordinarii vel eius Officii non faciat in posterum (prout hactenus fecit) et eos, qui iam conclusi sunt, in Officio approbari faciat. Commendatur etiam provisoribus, ut satisfaciendo ordinationi Szembekovianae pro designandis curatoribus huius hospitalis ex statu spirituali in Officio instent, ut censum ab antiquo solitum ab inquilinis suburbii dicti Wenetowo pro hoc hospitali repetant, ut contractum commutationis perpetuae hortorum inter Praenobiles Karczewskich ab una et provisores huius hospitalis parte ab altera initum d. d. Posn. die 28. Jan. 1746 in Officio approbari faciant. Fundum vero in oppido Wenetowo iniuste praetensum per Spblem Bruchwicki in satisfactionem pro debito per possessorem huius fundi olim contracto ab hospitali nullatenus alienari permittant, nam possessor non poterat contrahere debita super fundum (cuius non erat dominus), sed solum super superficiem, in qua evictionem quaerat Spblis Bruchwicki, non autem in fundo. Aequitati consonum censemus, ut praepitus huius hospitalis ex agris ipsius missalia percipiat, utpote curam animarum ipsius gerens, non autem praepitus s. Martini, qui nullos hic labores obit et tamen fructus hinc percipit. Sed negotium hoc relinquimus decisioni Lociordinarii, cuius etiam discretionis, gratiae et benevolentiae committimus stipendium aliquod decernendum ex proventibus hospitalis pro ipsius provisoribus, qui certe maiori alacritate officio suo invigi-



labunt, si praeter mercedem a Deo magnam nimis etiam modicum aliquod solatium temporale percipiant. Quibus tamen vel maxime commendatur, ut ordinationi Jll. Szembek in omnibus punctis satisfaciant, ut pauperibus hospitalis annonam pro ratione proventuum integram sine ulla diminutione distribuunt, maxime confisi, quod Christum ipsum in pauperibus foveant, qui illos securos reddit, quod: quidquid ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Qui erit merces eorum in altera vita et benedictio copiosa in hac vita, quam longaeвам, sanctam meritisque plenam ac finali perseverantia coronatam toto corde optamus.

---



V4 1357/1-

K  
990

K 30  
II 15603